

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Opera

Priscianus

[Venedig], 15. Dez. 1481

[urn:nbn:de:bsz:31-324175](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-324175)

15

R.

x PC 107

AN 439

Bl. 13359

133

Ioannes Hieronymus Tullianensis,
in summo imperio quondam.
Anno salutis .J. M. C. LXXV.
Vrbano sanctissimum Vrbano.

**IULIANO CONSULI AC PATRI
GIO PRISCIANVS SALVTEM.**



QUOMINIS ELOQVENTIAE DOCTRINAM: & omne studiorum genus: sapientiae luce praefulgens: a graecorum fontibus derivatum: latinis proprio sermone inuenio celebrasse. & in omnibus illorum uestigia liberalibus consecutos artibus uideo: nec in his solum quae emendatae ab illis sunt scriptae. sed etiam quosdam errores eorum amore graecorum doctorum deceptos imitari: in quibus maxime uetustissimi grammatica in arte arguuntur peccasse: cuius auctores quanto iuniores tanto perspicaciores: & in genis floruisse: & diligentia ualuisse omnium iudicio confirmatur eruditissimorum. Quid enim Herodiani artibus certius? Quid apollonii scrupulosis quaestionibus enucleatus possit inueniri? Cum igitur eos omnia fere uitia quaecumque antiquorum graecorum commentariis sunt relicta artis grammaticae expurgasse coperio: certis quoque rationis legibus emendasse: nostrorum autem neminem post illos imitatorum eorum extitisse. Quippe in negligentiam cadentibus studiis litterarum propter inopiam scriptorum: quis audacter sed non impudenter ut puto conatus sum pro uiribus meis rem arduam quidem. sed officio professionis non indebitam supra nominatorum praeccepta uirorum: quae congrua sunt uisa: in latinum transferre sermonem: collectis etiam omnibus fere quaecumque necessaria nostrorum quoque inueniuntur artium commentariis grammaticorum: quod gratum fore credidi temperamentum: si ex utriusque linguae moderatoribus elegantiora in unum uocant corpus meo labore faciente. Quia nec uituperandum me esse credo si eos imitor: qui principatum inter graecos scriptores artis grammaticae possident cum ueteres nostri in erroribus etiam ut dictum est graecos equiparantes maximam tamen laudem sunt consecuti. Exemplum etiam proponere placuit: ne pigeat alios etiam a me uel ignorantiam forte praetermissa: uel uitiose dicta. Nihil enim ex omni parte perfectum in humanis inuentionibus esse posse credo: sua quoque industria ad communem litteratorum professionis utilitatem congrua rationis portione uel addere uel mutare tractantes. Namque festinantius quam uolui hos edere me libros compulerunt: qui alienis laboribus insidiatos

furtimq; & quasi per latrocinia scripta ab aliis surripientes unius no/
minis ad titulum pertinentis infanda mutatione totius operis gloria
in se transferre conantur. Sed quoniam in tanta operis materia impossi/
bile est aliquid perfectum breuiter exponi: spacii quoq; ueniam peto:
quauis ad Herodiani scriptorum pelagus: & ad eius patris Apolonii
spaciosa uolumina meorum copendiosa sunt existimanda scripta libro
rum: huius tamen opus te hortatorem sortitus iudicium quoq; facio.
Iuliane consul ac patricie: cui sumos dignitatis gradus summa acquisi/
uit in omni studio ingenii claritudo non tamen accipiens ab excelsis
gradibus honorum precium: quantum illis decoris addes tunc: cuius me
tem tam Homeri credo q; Virgilii anima costare: quorum uterq; arcem
possedit: musicæ te tertium ex utroq; compositum esse ego confirmans
Quippe non minus grecorum q; latinorum in omni genere doctri/
nae præfulgentem. Tibi igitur hoc opus deuotio omnis eloquentiæ
præsul: ut quantacumq; mihi deus annuerit suscepti laboris gloriam
te comite: quasi sole quodam dilucidius crescat. Titulos etiam uni/
uersi operis per singulos posui libros: quo facilius quicquid ex eis quaer/
ratur discretis possit locis inueniri.

Primus Liber continet de uoce: & de eius speciebus: De lit/
tera quid sit littera. De generibus eius & speciebus. De sin/
gularum potestate quæ & in quas transeunt per declinatio/
nes & compositiones partium orationis. Secundus de syl/
laba: quid sit syllaba: quot litteris costare potest: & quo ordine: & quo/
sono: de accidentibus singulis syllabis. De dictione: quid sit dictio:
quæ eius differentia ad syllabam. De oratione: quid sit oratio: quot
sunt eius partes: de earum proprietate. De nomine: quid sit nomen:
de accidentibus ei. Quot sunt species propriorum nominum. Quot
appellatiuorum. Quot adiectiuorum. Quot deriuatiuorum. De patrony/
micis: & quot eorum forma: quomodo deriuant: ex quibus primitiuis
De diuersis possessiuorum terminationibus: & eorum regulis. Tertius
de comperatiuis & superlatiuis: & eorum diuersis extremitatibus: ex
quibus positiuis: & qua ratione formantur. De diminutiuis: quot eorum
species: ex quibus declinationibus nominum quomodo formantur.
Quartus de denominatiuis: & uerbaliibus: & participialibus: & ad/
uerialibus quot eorum species: ex quibus primitiuis quomodo nas/
cuntur. Quintus de generibus dignoscendis per singulas terminatio/
nes: de numeris: de figuris: & earum cumpage: de casu. Sextus de no/
i. 2

minatio casu per singulas extremitates omnium nominum tam in
vocales: quā in consonantes desinentium per ordinem: de genituo/
rum: tam ultimis quā penultimis syllabis. Septimus de ceteris obli/
quis casibus: tam singularibus: quā pluralibus. Octauus de uerbo &
eius accidentibus. Nonus de regulis generalibus omnium coniuuga/
tionum: & praterito perfecto primæ & secundæ coniugationis. Deci/
mus de praterito perfecto tertiæ coniugationis & quartæ. Undeci/
mus de participio. Duodecimus: & tertiusdecimus de pronomine.
Quartusdecimus de præpositione. Quintusdecimus de aduerbio &
interiectione. Sextusdecimus de coniunctione. Septimusdecimus &
octauusdecimus de constructione siue ordinatione partium oratio/
nis inter se in contextu orationis eiusdem.

De Vocis diffinitione.

Philosophi diffiniunt uocem esse aerem tenuissimū ictū.
uel suum sensibile aurium. i. q. proprie auribus accidit: &
est prior diffinitio a substantia sumpta. Altera uero a no/
tione quam græci ἐμνοίαν dicunt hoc est ab accidentibus
Accidit enī uoci auditus q̄tū in ipsa ē. uocis autē differētiæ quattuor
sunt: articulata: inarticulata: litterata: illitterata. Articulata ē quæ coar/
tata: hoc est copulata cum aliquo sensu mentis eius: qui loquitur pro/
fertur. Inarticulata est contraria quæ a nullo affectu proficiscitur men/
tis. Litterata est quæ scribi potest. Illitterata est quæ scribi non potest
Inueniunt igitur quædam uoces articulata: quæ & scribi possunt: &
intelligi: ut Arma uirumq; cano. Quædam quæ non possunt scribi:
intelliguntur tamen: ut sibili hominum & gemitus: hæc. n. uoces quā/
uis sensum aliquem significant pferentis eas tamen scribi non possūt
Aliæ autem sunt quæ quāuis scribātur: tamen inarticulata: dicuntur
cum nihil significant: ut coax: cra. Eas. n. uoces q̄q̄ intelligimus de
qua sint uolucres profectæ: tamen inarticulata: dicuntur: quia uox ut
superius dixi inarticulata est quæ a nullo affectu proficiscitur. Aliæ
sunt inarticulata: & illitterata: quæ nec scribi possunt nec intelligi: ut
strepitus: mugitus: & his similia. Scire autē debemus: quia has quat/
tuor species uocum perficiunt quattuor superiores differētiæ genera/
liter uoci accidentes binæ per singulas inuicem coeuntes. Vox autē
dicta est uel a uocando: ut dux a ducendo: uel ἀπὸ τοῦ βοῶ: ut qui/
busdam placet.

De Littera.

Articulata
Inarticulata
Litterata
Illitterata

Littera est pars minima uocis composita: hoc est quæ con-
stat ex compositione litterarum. Minima autem quantū
pertinet ad totam comprehensionem uocis litterata: Ad
hanc. n. etiam pductæ uocales breuissimæ partes inueniū-
tur: uel q̄ omnium est breuissimū eorū quæ diuidi possunt id quod
diuidi non potest. Possumus etiam & sic diffinire. Littera ē uox quæ
scribi potest indiuidua. Dicitur autem littera: uel quasi legitera eo q̄
legendi it̄r prabeat: uel a litturis ut quibusdam placet: quod plerūq̄
antiqui in caratis tabulis scribere solebant & postea dclere. Litteras
autem etiā elementorum uocabulo nuncupauerunt: ad similitudinē
mundi elementorū. Sicut. n. illa cocuntia omne corpus perficiunt. Sic
etiam hæ coniunctæ litteralem uocem quasi corpus aliquod compo-
nūt: uel magis uere corpus. Nam si aer corpus est: & uox quæ ex aere
ictō constat corpus esse ostenditur. Quippe cū & tangit aurem & tri-
partito diuiditur: quod est suum corporis hoc est in altitudinē. & la-
titudinem & longitudinem. Vnde ex omni parte potest audiri. Præ-
terea tamen singulæ syllabæ altitudinē quidem habent i tenore: cras-
situdinem uero & latitudinem in spiritu: lōgitudinē in tempore. Litte-
ra igitur est nota elementi & uelut imago quædā uocis litteratæ quæ
cognoscitur ex qualitate & quantitate figuræ linearum. Hoc uero in-
terest inter elementa: & littera: q̄ elementa proprie dicuntur ipsæ pro-
nunciationes. Notæ autem earum litteræ: Abusue tamen & elem-
ta p litteris: Et litteræ pro elementis uocantur. Cum enim dicimus
non posse cōstare in eadem syllaba. r. ante. p. non de litteris dicimus
sed de pronunciatione earum. Nam quantum ad scripturā possunt
coniungi: non tamen etiam enunciari nisi postposita. r. ut princeps.
Sunt igitur figuræ litterarum quibus nos utimur. xxiii. Ipsæ uero p
nunciationes earum multo ampliores. Quippe cum singulæ uocales
denos inueniātur sonos habentes uel plures: ut puta. a. breuis quattu-
or habet soni differentias cum habeat aspirationem & acuitur uel gra-
uatur: & rursus cum sine aspiratione acuitur uel grauatur: ut habeo
habemus: abeo abimus. Longa uero eadem sex modis sonat: cum ha-
bet aspirationē & acuitur uel grauatur: uel circūflectit: ut hamis ha-
mor: hamus: & rursus cū sine aspiratione acuitur uel grauatur uel cir-
cūflectit: ut aræ arag: ara. Similiter aliæ uocales. possunt pferri. Præ-
terea tamē. i. &. u. uocales quando mediæ sunt alternos inter se sonos
uidentur cōfundere teste donato: ut uir optimus quis: & i quidē quā-

do post u consonantē loco digāma. f. sūctā xolici ponit breuis sequen-
te. d. uel. n. uel. r. uel. t. uel. x. ionum. y. græce uidet habere: ut uideo:
uim uirtus: uicū: uix: u: autē quis cōtractū eundē tamē sonū: hoc est
y. habet cū iter. q. & o. uel. i. uel. ae diphthongū positū ē: ut que quis
quæ. Necnō iter. g. & eadā uocales: cū in una. yllaba inuenit ut pin-
gue: sanguis: lingua: In consonantibus etiā sunt differētiæ plures: trā-
teantium in alias & nō transeuntū quippe diuerſa sunt potestatis.

Accidit igitur litteræ: nomen: figura: potestas. Nomen ueluti
a. b. c. & sunt i declinabilia: tā apud græcos elemētōꝝ noia:
q̄ apud latinos: siue q̄ a barbaris inuēta dicuntur siue q̄ sim-
plicia hæc & stabilia esse debēt: quali fundamētū oīs doctriæ immobile
siue q̄ nec aliter apud latinos poterat esse: cum a suis uocibus uocales
nominentur. Semiuocales uero i se desinat. Mutæ autē a se incipientes
uocali terminent: quas si flectas: significatio quoq; nominū una eua-
nescit. Vocales igitur ut dictū est per se prolata: nomē suum ostendūt
Semiuocales uero ab. e. incipientes & in se terminantes: absq; x. quæ
sola ab i incipit p̄ anastrophē græci nominis xi Quia necesse fuit: cū
sit semiuocalis a uocali icipere: & in se terminare: quæ. x. nouissime a
latinis assumpta post omnes ponitur litteras: quibus latinæ dictioēs
egent. Quod autem ab. i. incipit eius nomen ostendit etiam Seruius
in cōmento quod scripsit in donatum his uerbis. Sunt septem semi-
uocales quæ ita proferuntur: ut inchoent ab. e. littera: & desinant in
naturalem sonum ut. f. m. n. r. s. x. Sed. x. ab i inchoat. Id etiam eutro-
pius confirmat dicens una duplex. x. est quæ ideo ab i. incipit: quia
apud græcos in eandem desinit. Mutæ autem a se incipientes: & in e
uocalem desinentes: exceptis. k. & q. Quarum altera in a: altera in. u
finitur sua conficiunt nomina. h. n. aspirationis magis est nota. Figu-
ræ accidunt: quas uidemus in singulis litteris. Potestas autem ipsa ē
p̄nunciatio: p̄pter quā: & figuræ: & nomina sunt facta. Quidam etiā
addunt ordinem: sed ē pars potestatis litterarū: ex his uocales dicunt
quæ per se uoces perficiunt: uel sine quibus uox literalis p̄ferri nō po-
test: unde & nomen hoc præcipue sibi defendunt. Ceteræ. n. quæ cū
his p̄feruntur consonantes appellantur. Sunt igitur uocales nume-
ro quinque. a. e. i. o. u: utimur autē etiā. y. græcorum causa nominum.
Consonantiū autē aliæ sunt semiuocales: aliæ mutæ. Semiuocales
sunt ut plerisq; latinorum placuit septem. f. l. m. n. r. s. x. Sed. f. mul-

tis ostenditur modis muta magis: de qua post docebimus. z. quoque
titimur in grecis dictionibus: hæc ergo hoc est semiuocales quantum
uincuntur a uocalibus tamen superant mutas: ideo apud grecos qui
dem omnes dictiones: uel in uocales uel in semiuocales quæ secundā
habent euphoniā desinunt quam nos sonoritatem possumus dice-
re. Apud latinos autem ex maxima parte non tamen omnes. Inueni-
untur. n. quædam etiā in mutas desinētes. Semiuocales autem sunt
appellatæ quæ plenam uocem non habēt: ut semideos: & semiuiros
appellamus non qui dimidiam partem habent deorū: uel uirorum:
sed qui pleni di: uel uiri non sunt. Reliquæ sunt mutæ: ut quibusdā
uidetur numero nouem. b. c. d. g. h. k. p. q. t. Et sunt qui nō bene hoc
nomen putant eas accepisse. Cum hæc quoque partes sint uocis: qui ne
sciunt: quæ ad comparationem bene sonantiū ita sint nominatæ uelut
informis dicitur mulier nō quæ caret forma: sed quæ male est forma-
ta: sicut etiā frigidum dicimus eum nō qui penitus expers ē calor
sed qui minimo hoc utitur. Sic igitur etiam mutas: nō quæ omnino
uoce carent: sed quæ exiguam partem uocis habent. Vocales apud
latinos omnes sunt ancipites: uel liquidæ: hoc ē quæ facile modo pro-
duci: modo corripi possunt: sicut etiam apud antiquissimos crāt gra-
corum ante inuentionem. ñ. &. ω. quibus inuentis. e. &. o. quæ ante an-
cipites erant: remanserunt perpetue breues. Cū earū p̄ductarū loca pos-
sella sunt a supradictis uocalibus sēper longis. Sunt etiam in consonā-
tibus lōgæ: ut puta duplices. x. &. z. Sicut enim lōgæ uocales: sic hæc
quoque longā faciunt syllabam. Sunt similiter in consonantibus an-
cipites uel liquidæ: ut. l. &. r. quæ modo lōgam modo breuem post mu-
tas positæ in eadē syllaba faciūt syllabā: his quidā addunt nō irra-
tionabiliter. m. &. n. quia ipsæ quoque comunes faciūt syllabas post mu-
tas positæ: quod diuersorū confirmatur auctoritate tam grecorum quæ
latinorū. Quidius in decimo methamorphoseos. Piscosamque gnidō
gravidāque amathunta metallis. Euripides in phœnisis. ὅτι τὸν ἄν-
ηκὰ τῶν ῥιμὸν ὄρισε. In eisdē ἀπολλο μεδωνῆν κακοῖσ ἀντρός apud
grecos inuenit tamē. m ante. n. posita nec p̄ducens ante. se uocalē mo-
re mutarū τὸσ ἀέν ὁ ἀνυσάρχιοσ ἐφηξένος ὀλλεσίνδινων. Apud an-
tiquissimos grecorum non plus quæ sedecim erant litteræ. quibus ab il-
lis acceptis latini antiquitatem seruauerunt perpetuā. Nam si uerissi-
me uelimus inspicere eas hoc est sedecim non plus quæ duas additas in
latino inueniemus sermohe. F. æolicum digāma quod apud antiquis

simos latinorum eandem uim: quam apud aoles habuit. eum autem prope sonum quem nunc habet. f. significabat. p. cum aspiratione. Si cut etiam apud ueteres graecos pro. φ. p. & h. Vnde nunc quoq; i graecis nominibus antiquam scripturam leuamus p. p. & h. ponentes ut orpheus phaeton: postea uero in latinis placuit uerbis p. p. & h. f. scribi: ut fama filius facio. loco autem digāma. u. p consonante quod cognatione soni uidebatur affinis esse digāmo ea littera. Quare cum. f. loco mutae ponatur. i. p. & h. siue miror hanc inter semiuocales posuisse artium scriptores. Nihil. n. aliud habet haec littera semiuocalis nisi nominis plicationem: quae a uocali incipit: sed haec potestatem mutare litterae non debuit: Si. n. esset semiuocalis: necessario terminalis nominum inueniretur: quod minime reperies nec aē. l. uel. r. in eadē syllaba poni posset. Qui locus mutarum est duntaxat: nec cōmunē ante eandem posita faceret syllabam. Postremo graeci quibus in omni doctrina auctoribus utimur: cuius locum apud nos. f. obtinet quod ostenditur in his maxime dictionibus quas a graecis sumpsimus hoc est fama fuga fur: mutā esse confirmant. Sciendū tamen q; hic quoq; error a quibusdam antiquis graecorū grāmatici inuasit latinos. Qui & φ. & ο. & χ. Semiuocales putabāt nulla alia causa nisi q; spiritus in eis abundet inducti quod si esset uerum: debuit e quoq; uel t. addita aspiratione semiuocalis esse quod omni caret ratione. Spiritus enim potestatem litterae non mutat. Vnde nec uocales addita aspiratione aliae sunt & aliae ea dēpta hoc tamen scire debemus q; non fixis labris est p̄nuncianda. f. quomodo. p. & h. atq; hoc solum interest. χ. etiā duplicem loco. c. & s. uel. g. & s. postea a graecis inuentam assumpsimus: ut dux ducis rex regis. k. n. & q. quibus figura & nomine uideant aliquā habere differentiam cum. c. tamen eandē: tam in sono uocū q̄ in metro continent potestatem: & k. quidem penitus superuacua ē. Nulla. n. ratio uidetur cur. a. sequente. k. scribi debeat. carthago. n. & caput: siue per. c. siue per. k. scribantur: nullam faciunt nec i sono nec in potestate eiusdem consonantis differentiā. Q. uero propter nihil aliud scribenda uidetur esse: nisi ut ostendat sequens. u. ante alteram uocalem in eadem syllabā positum perdere uim litterae in metro: q; si alia ideo littera est existimanda quā. c. debet. g. quoq; cum similiter p̄ponitur. u. amittenti uim litterae alia putari: & alia cum id non facit. Dicimus enim āguis sicuti quis & augur sicuti cut. Vnde si uelimus etiā cum ueritate contemplari: ut diximus non plus q̄ decem & octo

litteras in latino sermone habemus hoc est sedecim antiquas graecorum
& .f. & .x. postea additas & eas quoque ab eisdem sumptas. Nam .y. & .z.
z. graecorum causa ut supra dictum est asciimus nominum. **H.** au-
tem aspirationis est nota: & nihil aliud habet litterae nisi figuram & quod
in usu scribitur inter alias litteras quod si sufficeret ut elementum putare-
tur nihilominus quorundam etiam numerorum figuram quia in uersu
inter alias litteras scribuntur: quibus eis dissimiles sint elementa sunt ha-
benda. **Sed** minime hoc est adhibendum: nec aliud aliquid ex accidē-
tibus proprietatem ostendit uniuscuiusque elementum quomodo potestas
qua caret aspiratio. **Nec** enim uocalis. nec consonans esse potest. uo-
calis non est. **h.** quia a se uocem non facit nec semiuocalis cum nulla
syllaba latina uel graeca per integras dictiones in eam desinat. **Nec**
mutacum in eadem syllaba: cum duabus mutis bis ponitur: ut phthi-
us erichthonius. **Nulla** enim syllaba plus duabus mutis potest haberi
iuxta se positis: nec plus tribus consonantibus continuare. **Auctoritas**
quoque tam **Varronis** quam **maeiri** teste **Censorino** nec .k. nec .q. nec .h. in
numero adhibet litterarum. **Videntur** tamen .i. & .u. cum in consonan-
tes transeunt quantum ad potestatem quod maximum est in elemen-
tis alia litterae esse praeter supradictas. **Multum** enim interest utrum
uocales sint an consonantes: sicut enim quanuis in uaria figura & ua-
rio nomine sint. **k.** & .q. & .c. tamen quia unam uim habent tam in me-
tro quam in sono pro una littera accipi debent. sic .i. & .u. quanuis unum
nomen & unam habent figuram: tam uocales quam consonantes: tamen
quia diuersum sonum & diuersam uim habent in metris & in pronun-
tiatione syllabarum non sunt in eisdem meo iudicio. elementis accipi-
enda: quanuis & **Censorino** doctissimo artis grammaticae idem pla-
cuit. **Multa** enim est differentia inter consonantes ut diximus & uo-
cales. **Tantum** enim fere interest inter uocales & consonantes: quan-
tum inter animas & corpora. **Animae** enim per se mouentur: ut philo-
sophis uidetur: & corpora mouent. **Corpora** uero nec per se sine ani-
ma moueri possunt nec animas mouent: sed ab illis mouentur. **Vo-**
cales similiter & per se mouentur ad perficiendam syllabam: & con-
sonantes mouentur secum. **Consonantes** uero sine uocalibus immobiles
sunt. **Et** in quidem modo per simplici modo per duplici accipitur consonante.
Pro simplici: quando ab eo incipit syllaba in principio dictionis posita
subsequente uocali in eadem syllaba: ut **Iuno Iuppiter**. **Pro duplici** autem

quando in medio dictionis ab eo incipit syllaba post uocalcm ante se
positam subsequente quoque uocali in eadem syllaba : ut maius pe /
ius eius in quo loco antiqui solebant geminare eandem .i. litteram &
maius peius eius scribere : quod non aliter pronuciari posset quā
si cum superiore syllaba prior .i. cum sequente altera proferentur : ut
peius eius maius . & duo .i. pro duabus consonantibus accipiebant
nam quanuis .i. sit consonans in eadem syllaba geminata iungi non
posset. Ergo non aliter quam tellus manus proferri debuit. Vnde pō
peii quoque genitiuum per tria .i. scribebant quorum duo superiora
loco consonantium accipiebant : ut si dicas Pompeiū nam tribus .iii.
iunctis qualis posset syllaba pronuciari. Nam postremum .i. pro uo
cali est accipiendum : quod Cæsari doctissimo artis grammaticæ pla
citur fuisse : auctore quoque in arte grammatica de syllabis compro
batur. Pro simplici quoque in media dictione inuenitur : sed in com
positis ut iniuria adiungo ciectus reice. **Virgilius** in bucolicis proce
leumaticum posuit pro dactylo. **Tityre** pascentes a flumine reice ca
pellas. Nunq̄ autem potest ante eam loco positam consonantis aspi
ratio inueniri : sicut nec ante .u. consonantem : unde hyulcus trisylla
bum est : nulla enim consonans ante se aspirationem recipit. **V.** uero
loco consonantis posita eadem prorsus in omnibus uim habuit apud
latinos quā apud æoles digāma .f. unde a plerisq; ei nomē hoc datu
quod apud æoles habuit olim .f. digāma in au ab ipsius uoce pfectū
teste **Varrone** : & **Didymo** qui id ei nomen esse ostendunt : p quo **Cæ**
far hanc figuram .f. scribere uoluit : quod quanuis illi rectum uisum
est : tamen cōsuetudo antiqua superauit. Adeo autem hoc uerum esse
quod pro æolico .f. digamma .u. ponitur : quod sicut illi solebant ac
cipere digamma .f. modo pro consonante simplici : teste **Astyage** qui
diuersis hoc ostendit uersibus : ut in hoc uersu δὶ ὀυενοσφελένην καὶ
παῖλα sic nos quoq; pro cōsonāte plerunq; simplici habemus .u. loco
f. digāma posuitum : u at uenūs haud animo ne quicq; exterrita mater.
Est tamen quādo iidem æoles inueniuntur pro duplici quoq; cōsonā
te digāma posuisse : ut ηὲσὸραδέσῳ παδός. Nos quoq; uidemur hoc
sequi i præterito pfecto & plusquā pfecto tertiæ & quartæ cōiugatiōis
in quibus .i. āte .u. cōsonāte posita pducitur : eadēq; subtracta corripit
ut cupiui cupii cupiuerā : audiui audii audiuerā & audierā. Inueniunt
etiam pro uocali correpta hoc digamma illi usu : ut κάίχεϊμα

ἄλφισόν. Est enim dimetrum iambicum: & sic est
profertendum .f. ut faciat breuem syllabam. Nostri quoq; hoc ipsū
fecisse inueniuntur & pro consonante .u. uocalem breuem accipisse:
Vt Horatius syluæ trisyllabum protulit in epodo hoc uersu **Niue**sq;
deducunt **Iouem.** nunc mare nunc syluæ. Est enim dimetrum iambi
cum coniunctum pentimemeri heroica: quod aliter stare non potest
nisi syluæ trisyllabum accipatur. Similiter **Catullus Veronēsis** quod
zonam soluit diu ligatam inter endecasyllabos phaleutios posuit: er/
go nisi soluit trisyllabum accipias: uersus stare non potest. Hoc tamē
ipsum in deriuatiuis: uel compositis frequenter solet fieri: ut uolo uo/
lutus: o uo solutus: auis auceps auspiciū augurium augustus: la/
uo lautus: faueo fautor: digamma æoles est: quando pro nihilo in me/
tris accipiebant: ut

Est enim exametrum heroicum apud Latinos quoque hoc idem inue/
nitur pro nihilo in metris: & maxime apud uetustissimos comicorū
Vt Terentius in andria. Siue inuidia laudem inuenies: & amicos pa/
res. Est enim iambicum trimetrum: quod nisi sine inuidia pro tribra/
cho accipatur: stare uersus non potest. Sciendum tamē q; hoc ipsum
etiam æoles quidem ubique loco aspirationis ponebant effugientes
spiritus asperitatem. Nos autem in multis quidem: non tamen in
omnibus illos sequimur: ut cum dicimus uespera uis uestis: hiatus
quoque causa solebant illi interponere. .f. digamma quod ostendunt
etiam poeta æolide usi

& epi/
grammata quæ egomet legi in tripodē uetustissimo **Apollinis** qui stat
in xetolopho bizantii sit scripta

Et nos quoq; hiatus causa interponimus .u. loco digamæ .f. ut dauus
argiuus pauo ouum ouis bouis: hoc tamen etiam per alias quasdam
consonantes hiatus: uel euphoniae causa solet fieri: ut prodest com/
buro sicubi nuncubi quod græci quoq; solent facere:

Sed tamen hoc attendendum est: quod præualuit
in hac littera .i. in .u. loco digamma posito: potestas simplicis conso/
nantis apud omnium poetarum doctissimos: In .b. etiam solet apud
æoles transire .f. digamma quotiens ab .r. incipit dictio quæ solet as/
pirari: ut rhetor. breitor. dicunt quod digamma nisi uocali præponi &
in principio syllabæ nō potest. Ideo aut locū quoq; transmutauit: quia
b. uel digamæ post .r. in eadē syllaba præponi nō potest. Apud nos quoq;
potest inueniri q; p .u. consonante. b. ponitur celebs celestium uitā ducens

per. b. scribitur q. u. consonans ante consonantem poni non potest: sicut etiam **Bruges** & **Belenam** antiquissimi dicebant teste **Quintiliano** qui hoc ostendit in primo institutionum oratoriarum. **Nec mirum** cum. b. quoque in. u. euphoniae causa conueri inuenimus: ut aufero pro abtero. **Aspiratio** quoque ante omnes uocales poni potest post consonantes autem quattuor tantummodo more antiquo graecorum. c. t. p. r. ut habeo herennius heros hyems homo humus hylas chremes thralo philippus pyrrhus. Ideo autem extrinsecus ascribitur uocalibus ut minimum sonet: consonantibus autem intrinsecus ut plurimum. **Omnis enim littera** siue uox plus sonat ipsa sese cum post ponitur quam cum anteponitur. quod uocalibus accidens esse uidetur nec si tollatur ea perit etiam uis significationis: ut si dicam erennius absque aspiratione: quanuis uitium uidear facere: intellectus tamen integer permanet: **Consonantibus autem sic cohaeret**: ut eisdem pernitus substantia sit: ut si auferatur: significationis uim minuat prorsus ut si dicam **Cremes** pro **Chremes**. **Vnde haec considerata ratione Graecorum doctissimi singulas fecerunt eas quoque litteras**: quippe pro. th. o. pro ph. π. pro. ch. χ. scribentes. **Nos autem antiquam scripturam seruauimus**: in latinis tamen dictionibus nos quoque pro. ph. ce/ pimus. f. scribere ut filius fama fuga: nisi quod ut supra docuimus e ali que in pronuntiatione eius litterae differentia. f. cum sono. ph. **Rh** autem ideo non est translatum ab illis in aliam figuram: quod nec si cohaeret huic quomodo mutis nec si tollatur minuit significationem quanuis enim subtracta aspiratione dicamus retor pyrrus: intellectus integer manet: non aliter quam si antecedens uocalibus auferatur. **Vnde ostenditur ex hoc quoque aliqua esse cognitio. r. litterae cum uocalibus**: ex quo quidam dubitauerunt. **Vtrum praeponi** debeat huic aspiratio an subiungi: unde **æoles** loco ut diximus aspirationis, digamma ponentes in dictionibus ab. r. incipientibus solent loco digamma. b. scribere iudicantes debere praeponi digamma quasi uocali. **Sed rursus quasi consonanti digamma in eadem syllaba praepone** recusantes comutabant id in. b. breitor brodos dicentes: sed apud graecos haec littera. i. r. multis modis fungitur loco uocalis: ut in declinatione nominum in ra & in a puram desinentium: quae similiter seruant. a. p. obliquos casus: ut ὄρα ὄρας ὄφια ὄφιας. **Apud latinos autem non adeo. Quae** ritur cur i uah. & ha. post uocales ponit aspiratio: & dicimus q. apocopa facta e extremae uocalis cui praeponebatur aspiratio: nam perfecta

uaha aha sunt: ideo autem abscissione facta extrema uocalis tamen
 aspiratio mansit ex superiore pendens uocali. quia suū est interiectionis
 uoce abscondita pferri. Itaque pars abscondita extremitatis uidetur
 congrue in interiectionis naturali prolatione remansisse. **N**ec mirum
 cum in Syriorum aegyptiorumque dictionibus soleant etiam in fine
 aspirari uocales. Interiectionum autem pleraque communes sunt
 naturaliter omnium gentium uoces. **I**nter e sine aspiratione & cum
 aspiratione est. g. **I**nter. t. quoque &. th. est. d. & inter. p. &. ph. siue. f.
 est. b. **S**unt igitur haec tres hoc est .b. g. d. mediae: quae nec penitus ca-
 rent aspiratione: nec eam plenam possident: hoc autem etiam osten-
 dit ipsius palati pulsus & linguae uel labrorum consimilis quidem
 in terminis in .p. & .f. h. uel. f. &. b. & rursus in .c. &. ch. &. g. simili-
 ter inter .t. &. th. &. d. sed in leuibus exterior fit pulsus in asperis inte-
 rior. **I**n mediis inter utrunque supradictorum locum: quod facile di-
 gnoscutur: si attendamus in supradictis motibus ora mirabili naturae
 lege modulata uoces: **T**ayra autem est cognatio earum ad se quod
 inuicem inueniuntur pro se posita in quibusdam dictionibus. ut am-
 bo pro ἀμφω buxus pro πύξος & publicus pro πῦλκος γρίψης
 pro ἐπίστατος gubernator pro κυβερνήτης gobius pro κοβίος caete
 ἀπό τοῦ χαίρε puniceu φοινίκου deus θεός purpurcum πορφύρεον.
Hoc quoque obseruandum est quod ad comparisonem aliarum con-
 sonantium quae solent mutari uel abiici immutabiles sunt apud nos-
 tres. l. n. r. per omnes enim casus eadem permanēt: ut sal salis: flumē
 fluminis: **C**aesar caesaris .t. quoque &. c. quauis in tribus solis inueni-
 antur nominibus quae possunt declinari hoc idem seruant: ut caput
 capitis: & ab eo composita: ut sinciput sincipitis: occiput occipitis:
 alce alcectis: lac lactis: in quo etiam .t. additur: quare quibusdam nō
 irrationabiliter nominatiuus hoc lacte prolatus inuenitur. **R**eliquae
 uero consonantes mutantur: uel abiiciuntur. d. ut aliquid alicuius. m
 ut templum templi peluim peluii. s. ut magnus magni .x. **R**ex regis
 nix niuis **I**n uerborum quoque praeteritis perfectis solent omnes mo-
 do mutari modo manere exceptis. l. p. f. x. haec enim nunquam mutā-
 tur: ut habeo habui: iubeo iussi: compesco compescui: dico dixi: ascē-
 do ascēdi: laedo laesi: lego legi: pingo pinxi: demō dempsi: premo pres-
 si: mōneo monui: sino siui: neqō nequiui: torqueo torsti: dissero disse-
 rui: uro ussi: uerto uerti: flecto flexi. **I**lle aut quattuor nunq̄ mutatur
 ut supra diximus i praeterito perfecto. l. ut celo celauit: doleo dolui: uolo

uolui: mollio molliui. p. turpo turpau. Stupco stupui: scalpo scalpsi
 lipio lipiui. f. quasso quassau: cenleo censiui: arcesso arcessi. ui. x. nexo
 nexui. **V**ocales quoq; in eisdem prateritis perfectis: quæ in principali
 bus syllabis inueniuntur uerborum modo ex correptis producuntur:
 modo mutantur in alias uocales: modo manent eadem. **P**roducuntur
 plerunque omnes: ut faueo faui: caueo caui: sedeo sedi: lego legi: ui/
 deo uidi: moueo moui: foueo foui: fugeo fugi. **M**utatur. a. & c. a. qui
 dem in. c. modo productam modo correptam. **P**roductam: ut ago
 agi: capio capi: facio feci: frango fregi. **C**orreptam ut tango tetigi: ca
 do cecidi: parco peperci. **E**. uero transit in. i. ut eo iui. uel ii. **S**olinus in
 collectaneis. uel polihistore: **T**acius in arce ubi nunc ædes est. **I**uno/
 nis moneta: qui anno quinto q̄ in gressus urbem fuerat a laurentibus
 interemptus est: septima & uicesima olympiade hominē exiuit: queo
 quiui uel quii: **H**æc eadem uocalis penultima in uerbis secundæ con/
 iugationis sæpe mutatur in. u. ut doceo docui: moneo monui: doleo
 doiui quod similiter est quando in tertia uel quarta coniugatione pa
 titur: ut rapio rapui: aperio aperui. u. & o. manet in principalibus syl
 labis positæ imutabiles temporum quoq; in quibusdam: ut ruo rui:
 domo domui. doceo docui. **H**oc quoq; obseruandū est q̄ nunq̄ in su
 pradicto tempore potest geminari: neq; in principio neq; in fine sylla
 bæ: nisi quæ a muta incipit: ut tondeo totondi: pendeo uel pendo pe
 pendi: disco didici: posco poposci: tundo tutudi: pedo pepedi: tango
 tetigi: cædo cæcidi: cado cecidi: fallo fefelli: prodo prodidi: uendo uen
 didi: ex quo etiam apparet. f. uim magis mutæ obtinere a qua incipi
 ens est geminata syllaba. **S**. ante mutā posita inueniuntur duo quæ ge
 minat syllabā in præterito: sto steti: spodeo spopodi. **A**ntiquissimi eti
 am scindo scicidi dicebāt: quod iuniores scidi dixerūt: ut in præterito
 pfecto uerbi ostēdemus: nec sine ratione inuenitur ante mutas gemi
 natū cū. f. amittit uim suā plerūq; sic posita ante mutā. **V**nde nec se/
 cūda syllaba repetitur. **M**. quoq; geminatur: mordeo momordi: quæ
 loco mutæ in multis fungitur: nā & ante. n. posita cōmunē facit sylla
 bā: ut ramnes ramnetis: sicut cremnes cremnetis. **I**ambica enim sunt
 quæ sic declinant: quod callimachi quoq; auctore confirmatur: in ætiis
 sicut iā supradictū ē hoc uersu τῶσ δὲν ὀδνησ ἀρχεῖος ἐφρησῆνος ὀλ
 λῆσιν ἀίνων. **E**t nunq̄ tamē eadē ante se natura lōgā uocalē patitur in
 eadē syllaba esse: ut illā artē puppim illū rē: spē: diē. **C**ū alia oēs semī
 uocales hoc habent: ut **M**æcenas pœan: lol: pax: par. **P**ræterea sola

hanc semiuocalis postponit: quod mutatur: et ut smirna: smaragdus: &
 atque liquidam: ut lamnis. Et quod ante s posita in finali syllaba nominis mo-
 te muta interposita i facit genitiuum: ut hycms hycmis: uel ut inops
 iopis: celebs celibis. Apparet igitur quod elementorum alia sunt eiusdem generis
 ut uocales & consonantes: alia eiusdem speciei: ut i uocalibus breues &
 longae & in consonantibus simplices & duplices quae habent aspirationem
 & quae non habent & earum mediae. Alia uero sunt sibi affines per con-
 mutationem. id est quod inuicem pro se posita inueniuntur: ut breues &
 longae quae habent aspirationem: & quae carent ea. Alia autem per con-
 iugationem: uel cognationem: ut. b. p. f. nec non. g. & c. cum aspirati-
 one siue sine ea. x. quoque duplex similiter. d. & t. cum aspiratione uel
 sine ea. Et cum his. z. duplex. unde saepe. d. scribentes. Latini hanc expri-
 munt sono: ut merides hodie. Antiquissimi quoque Medentius dice-
 bant pro Mezentius. Quinetiam. s. simplex habet aliquam cum supra-
 dictis cognationem. unde saepe pro. z. eam solemus geminatam po-
 nere: ut patrisio pro πατρισιω: pitisio pro πιτισιω: massa pro μάσσα: do-
 res τυ pro τυ. unde nos quoque tu pro τυ & te pro τε. Attici autem ea
 λαττα pro ελάσσα & ορηια pro ορηια & ηττον pro ηδον & ξυα/
 ασχος pro συαασχος. Romani etiam ajax pro αιιασ. In uocalibus
 quoque sunt affines. e. correpta siue producta cum ei diphthongo qua uete-
 res latini utebantur ubique loco. i. longa. Nunc autem contra per ea. i. longa
 ponimus: uel. e. productam: ut ηειλος nilus καλλιόπεια calliopea χο-
 ρεία chorea. e. penultima modo correpta modo producta. o. breuis:
 siue longa cum. u. ut bos βοις. Ebur robur per ebor robor: & platanus per
 πλατανος. A quoque cum. e. & i. arceo & coerceo: facio inficio: necno
 alia cum aliis: & quia frequenter haec in omnibus pene litteris. muta-
 tiones non solum per casus uel per tempora: sed etiam per figurarum
 compositiones: uel deriuationes: & translationes. a. graeco in latinum
 fieri solent: necessarium est earum ponere exempla. a. correpta con-
 uertitur in productam: faueo faui. In. e. correptam parco peperi:
 armatus i armis. In. e. productam facio feci: capio capi: producta quoque
 a. in. e. productam inuenitur halitus anhelitus. In. i. correptam ami-
 cus: inimicus. In. o. etiam μαρμαρον marmor. In. u. falsus: insulsus
 ara: arula. e. correpta transit in productam: lego legi. In. a. ut sero sa-
 tus: reor ratus. In. i. moneo monitus: lego diligere. In. o. tego toga.
 Antiqui quoque amploti pro amplecti dicebant: & animaduerti pro
 animaduerti. In. u. ut tego tugurium. Et apud antiquissimos quotiens

cūq; n. d. sequuntur in his quæ a tertia coniugatione nascuntur loco e. u. scriptum inueniuntur: ut faciundum: legundum: dicundum uertundum pro faciendum legendum dicendum uertendum. **I** transit in a: ut genus generis generatim: paulus pauli paulatim. **I**n e: fortis forte: sapiens sapientis sapienter. **I**n o: patris patronus: et patro uerbum: olli pro illi: saxi saxosus. **I**n u: carnis carnifex antiqui pro carni fex: ut lubens pro libens: & pessumus pro pessimus. **S**ciendum tamē est q; pleraq; nomina quæ cum uerbis siue participiis componuntur uel nominatiui mutant extremitatem syllabæ in i correptam: ut armipotens homo homicida: cornu corniger: stella stelliger: arcus arcitenens: fatum fatidicus: aurum aurifex: caula cauldicus: luctus luctificus: cornu cornicen: tuba tubicē: fides fidicen. fides plura e enius singulari fides est unde etiam diminutiuum fidicula: tuba tibicen pro tibicen. **T**ibia enim a in e debuit mutare ut supra dictum est: unde pro duabus idest breuib; una longa facta est: quod in alia huiusmodi compositione nō inuenies: uulnus uulnificus: magnus magnificus: amplius amplificus: fructus fructifer: opus opifex. **N**el genitiui ut uir uiri uiripotens par paris parricida quod uel a pari componitur uel ut alii dicunt a patre. **E**rgo si est a pari. r. euphoniae causa additur **S**in a patre. r. in. r. conuertitur. quibusdam tamen a parente uidetur esse compositum & pro parricida per syncopam & commutationem. t. in. r. factum parricida: uix quoq; lucis lucifer: flos floris florifer: sacer sacri sacrificus: frater fratris fratricida: soror sorori sororicida: ars artis artifex. **P**auca sunt quæ hanc non seruant regulam ut auceps aues capiens: mens mentis mentecaptus: augur augustus & similia: & quæ ex duobus nominatiuis componuntur: sed ea cum de figuris dicemus latius tractabimus. **Q**aliquot Italiae ciuitates teste Plinio non habebant: sed loco eius ponebant. u. & maxime umbri & tusci. **O** transit in. a. ut creō creauī. **I**n erut tutor tutela: bonus bene uonū genu ποῦδ pes. **A**nquicōpes pro compos: in quo a oles sequimur. **I**lli enim ἐδόντα pro ὀδόντα dicunt. **O** conuertitur in. i. uirgo go uirginis. **I**n. u. tremo tremui: huc illuc pro hoc illoc. **V**irgilius in octauo: **H**oc tunc ignipotens celo descendit ab alto. **E**t pleraq; quæ apud graecos nominatiui in os terminant. o. in. u. conuertunt apud nos: ut κύρος cyrus: σπονδαίος spondeus: κύπρος cyprus: πέλγος pelagus. **M**ulta præterea uetustissimi etiā in principalibus mutant syllabis: gungrū p gōgrū: chūchim p chōchi: huminē p hominē

proferentes: sunt pro fontes frondes pro frondes **Vnde** lucretius in
primo libro: Angul toq; fretu rapidum mare diuidit undis. pro freto.
Idem in tertio: Atq; ea nimirum quaecunque acherunte iacentem.
In eodem. Nec tityon uolucres ineunt acherunte iacentem. Quarta
 men a iunioribus repudiata sunt quasi rustico more dicta. V quoq;
 multis italis populis in ulu non erat sed e contrario. **Vnde** Roma
norum quoque uetustissimi in multis dictionibus loco eius .o. pos/
 fuisse inueniuntur: publicum pro publicū: quod testatur Papyrianus
 de orthographia: polchrum pro pulchrum colpam pro culpam dicē
 tes: & hercolem pro herculem: & maxime digamma antecedere hoc
 faciebant: ut seruos pro seruus: uolgu pro uulgu dauos pro dauus.
Trāsit in .i. a. ut ueredus ueredarius. **In .e.** pondus ponderis: deierat
 picrat pro deirrat peirrat: labrum labellum sacrum sacellū. Antiqui
 auger & augeratus pro augur & auguratus dicebant. **In .i.** cornu cor
 nicem: arcus arcitenens: fluctus fluctuagus: cursus uel currus curri/
 culus uel curriculū. **In .o.** nemus nemoris ebur eboris: robur roboris
Ponitur hāc eadem littera i graecis nominibus modo loco .o. diphthō
 gi: ut musa pro μούσα modo p. o. correpta: ut **Homerus** π δ α η ρ ο s
 pro eadem producta ut fur pro φ ῶ ρ sicut e contrario pro β η ο s bos mo
 do pro i longa: ut α ι s pro mus modo pro correpta: ut π ο ρ φ ῶ ρ α
 purpura. **In** plerisq; tamē aoles hoc facimus secuti. **Alii** enī δ ο υ γ α τ η ρ
 dicunt pro δ ο υ γ α τ η ρ corripientes: uel magis. ysonio u. soliti sunt p nū
 ciare. **Ideo** q; ascribunt .o. non ut diphthongum faciant ibi: sed ut so
 num. y. aolicū ostendant: ut κα λ λ ι χ η ρ ο υ κ ε ν ο s ε δ ι π η ι ο s δ ο υ γ α τ η ρ
Quod nos secuti. u. modo correptam modo productam habemus:
 quis uideatur oy. diphthongi sonum habere. **Pro .o.** quoq; oy solent
 frequenter ponere graeci δ ῶ ρ ο s pro δ ρ ο s η η σ ο s pro η ὀ σ ο s dicentes:
 quod nos frequenter habemus in finalibus maxime syllabis: ut **Prīa**
 mus pylus pelium. u. tamen corripientes. **Est** quando amittit uim tā
 uocalis q̄ consonantis: ut cum inter. q. & aliam uocalem ponitur: si
 cut iam commemorauimus: ut quis quānt. hoc idem patitur etiā in
 ter. g. & aliquam uocalem: ut sanguis lingua. s. quoq; aheedete & se
 quete a uel e hoc idem saepe fit: ut suadeo suauis suesco suetus: quod
 apud aoles quoq; y. saepe patitur & amittit uim litterae in metro: ut
 δ α φ α λ λ α τ υ δ α α η δ α ι η τ α τ α ρ ω ρ α similiter π η λ υ i dyssillabum inueni
 tur apud eosdem cum. y. non est diphthongus. **Est** quando trāsit in
 consonantem idem. u. ut η δ υ τ η ο s nauita nauita: gaudeo gauisus: si/

cut e contra a consonante transit in uocalem ut supra diximus: caueo
cautus: soluo solutus: faueo fautor: uoluo uolutus: saepe. u. interponi/
tur iter. cl. uel. cm. i. græcis nominibus: ut ἥρακλῆς hercules ἄσκλιπτι
ὄδ᾽ ἄσκαπιος & ἄτικί αἰκμῆν alcumena αἰκμῆν αἰκμῆν alcumenon
In consonantibus quoq; multæ sunt similiter cōmutationes. **L.** triplicem
ut **Plinio** uidetur sonum habet exilem quando geminatur secun/
do loco posita: ut ille **Metellus** plenum quādo finit nomina uel sylla/
bas & quando habet ante se in eadem syllaba aliquam consonantem
ut sol: sylua flauus clarus. medium autem i aliis: ut lectus lecta lectū
l. transit in. x. ut paulum pauxillum: mala maxilla: uellum uexillum
In. r. ut tabula taberna. **M.** obscurum in extremitate dictionū sonat:
ut templum: apertum in principio: ut magnus mediocre. i. mediis ut
umbra. **T**ransit in. n. & maxime. d. uel. t. uel. c. uel. q. sequentibus: ut
tam: tandem: tantum: tantundē: idem: identidem: num: nuncubi. &
ut **Plinio** placet nunquis nunquam anceps pro amceps. **A**m enī præ/
positio. f. uel. e. uel. q. sequentibus in. n. mutat. m. ut anfractus: anci/
lus anquiro. **V**ocali uero sequente intercipit. b. ut ambitus: ambelus
ambustus ambages: necnon etiam in comburo combustus idem fit.
Finalis dictionis subtrahitur m in metro plerunq; si a uocali incipit se/
quens dictio: ut **Illum** expirantem trāsfixo pectore flāmas. **V**etustis/
limi tamē non semper eam subtrahebāt. **Ennius** in. x. annalium. **I**nfi/
gnita fere tum milia militum octo duxit delectos bellum tolerare po/
tentes. **N.** quoq; plenior in primis sonat: & in ultimis partibus sylla/
barum: ut nomen stamen. **E**xilior in mediis: ut amnis dānum transit
in. g. ut agnosco ignauus ignotus ignarus: ignominia cognosco cog/
natus potest tamen in quibusdam eorum etiam per concisionem adē/
pta uideri n. quia in simplicibus quoq; potest inueniri per adiectionē
g. ut gnatus gnarus & sequente. g. uel. c. pro ea. g. scribunt græci. **E**t
quidam tamen uetustissimi auctores **Romanorum** euphoniae causa
hoc bene facientes: ut agchises ageps aggulus aggens: quod osten/
dit **Varro**. i. de origine linguæ latinæ his uerbis: Aggulus aggens ag/
guilla iggerunt **I**n eiusmodi græci & actius noster binam. g. scribunt
alii. n. & g. quod i hoc ueritatē facile uidere nō ē. **S**imiliter ageps &
agcora **T**rāsīt etiā. n. i. l. ut unus ullus nullus: uinū uillū catena catel/
la: bonus bellus catinū catillū. **S**imiliter collega collego: illido collido
Trāsīt etiā i. m. sequētibus. b. uel. m. uel. p. auctore **Plinio** & **Papyria**
no & pbo ut imbibo imbellus imbutus imieo imitto imotus improbus

imperator impello. Similiter in græcis nominibus neutris in. on. desin-
 entibus: ΠΑΛΛΑΔΙΟΝ palladium ΠΗΛΙΟΝ pelion trāsīt etiam in .r. ut
 corngo corrum: o: i: r: hanc autem mutationem litterarum sciēdū
 est quadam naturali fieri uocis ratione: propter celerioremotum
 linguæ laborumq; ad uicinos facilius transeuntium pulsus. **T**ranzit
 supradicta consonans. n. etiam in .s. scindo scissus: hindo fissus. in .t.
 canis catulus: in .e. ecquid pro enquit. **E**xpellitur. n. a græcis in .ēn
 desinentibus: cum in latinam trāleant formam ut demiphos: simio leo
 draco: sicut econtra additur latinis nominibus in .o. desinētibus: apud
 græcos: ut κικέρων κἀτων pro **C**icero **C**ato: **T**ranzit in .u. consonan-
 tem: ut simo siui: sterno strauī. **R**. sine aspiratione ponitur in latinis
 græcis uero princ palis uel geminata in media dictione aspiratur: ut
 rhetor rhodus pyrrius tyrrhenus orthiena: pro quo nunc orthiena
 dicentes aspirationem antiquæ seruant scriptura: **T**ranzit in .l. nger
 n. gellus umbra umbella in .s. ut arbor pro arbor: odos p. odor. **P**lau-
 tus in captiuis. **Q**uorum odos sub ba: ticanos omnes adegit in forū
 uertor uersus. in duas. s. uero ussi: gero gessi: in .u. consonantem: tero
 triui: sero seui. in .n. aeneus pro aratus. **S**. in metro apud uetustissimos
 uim suā frequenter amittit. **V**irgilius in .xi. aeneidos. **P**onite spes sibi
 quisque. **A**dem in duodecimo inter se coisse uires: & decernere ferro.
Ne autem conjunctione sequente cum apostropho: penitus tollitur
 ut uidetur in uin: pro uide sine satisne uisine. **N**ecnon etiam in græcis
 nominibus as uel es terminantibus plerumque tollitur cum sint pri-
 ma declinationis: ut getha binhia phædria chatea poeta quoque so-
 phista: scytha: citharista: in quibus etiam .s. producta in .a. correptam
 conuertitur. **T**ranzit hæc eadem in .m. ut rursum proflus dimi-
 nuo pro disminuo. **T**ertius in adelphis: **D**iminuetur tibi cerebrum
In .n. mutatur. s. sanguis sanguinis. **I**n .r. flos floris: ius iuris: cursus
 curriculum uel curriculum: in .x. aiax pro aias & pistrix pro pistris: in
 quo sequimur dores illi. n. ὄρνιξ pro ὄρνις in .d. custos custodis: pes
 pedis: praes praesidis: palus paludis. **I**n .t. nepos nepotis uirtus uir-
 tutis sancti sanctis. **I**n .u. consonantē bos bouis. **S**æpe p. aspiratione
 ponitur in his dictionibus quas a græcis sumpsimus: ut semis lex
 septem seji sal: Nam hemis hex hepta he hi hals apud illos aspiratio-
 nem hēnt in principio. **A**deo aut cognatio ē huic litteræ .i. s. cū a pira-
 tione qd p ea in quibusdā dictionibus solebāt boetes. i. p. s. h. scribere

muha p muha dicētes: huic. s. p̄ponit. p. & loco. ψ. græce fugitur: p
 qua Claudius Caesar antigisigma u hac figura scribi uoluit: sed nulli
 ausi sūt atiq̄ scripturā mutare: quīs non sine rōne hæc quoq; duplex
 a græcis addita uideat. nā multo meliorē: & uolubiliore sonitū hēt. ψ
 q̄ ps uel bs. hæc tamē. i. bs. nō alias debēt p̄i p̄ ψ hoc ē i eadē syllaba
 cōiūcta: nisi i fine nti: cuius genitiuus i bis desinit: ut urbs urbis: ca/
 libs celibis. arabs arabis Sicut ergo. ψ. melius sonat q̄ ps uel bs sic. x.
 etiā quā gs uel cs. & x. quidē assūpsimus. ψ. aut nō. Sed quātū expe
 ditior ē. ψ. q̄ ps tantū. ps q̄ bs. Iōq; nō irōabiliter plerisq; loco uidet
 ψ. ps debere scribi: q; de ordie litterarū docētes plenius tractabimus
 X. duplex mō p̄ cs. mō p̄ gs accipit: ut apex apicis: grex gr̄gis: tran
 sit tamē ēt i. u. cōsonatē ut nix niuis. necnō i. ct. ut nox noctis supel
 lex supellectilis. Sed hæc cōtra regulā declinari uidēt. Subit ēt. x. lit
 tera loco aspiratiōis: ut ueho uexi traho traxi. x. uertit i f ut efficio ef/
 fero. Et sciendū q; quotiēscūq; ex præpositio præponit cōposita dictio
 nibus a uocalibus incipientibus: uel ab his quattuor consonantibus
 hoc est. c. p. t. s. integra manet ut exaro exeo exigo exoleo exuro ex/
 cutio expeto extraho exequor: in quo uidemur contra græcorum
 facere consuetudinem. illi. n. s. sequente nūquam. x. præponunt: sed
 K pro ea. ut ἐκασια. Melius ergo nos quoque. x. solam ponimus
 quæ locum obtinet. cs. cuius rationem non solum ipse sonus aurium
 iudicio possit reddere. Sed etiā hoc q; geminari. s. aliqua consonante
 antecedente minime potest. Geminari autē uidetur post cōsonatē
 si. x. antecedēte quæ loco c & s fugit ipsa cōsequatur: ut exsequie ex
 sequor. Quod si liceret: licebat etiā post bs uel ps quas loco. ψ. dupli
 cis accipimus addere. s. ut diceremus obsessus: abssectus: qd̄ minie
 licet: nunquam. n. nec. s. nec alia consonans geminari potest: ut dixi
 mus alia antecedēte consonante. nunc de mutis dicemus. b. trāsit in
 c. ut occurro succurro. in. f. ut officio sufficio suffio. in. g. ut suggero
 in m. ut sumitto: globus glomus. in. p. ut suppono. in. r. ut surripio
 arripio. in. s. ut iubeo iussi: nā suscipio sustuli a susum uel sursum ad
 uerbio composita sunt: unde subtinio & subcumbo non mutaue
 rūt. b. i. s. Suspicio quoque & suspicio a susum uel sursum compo/
 nuntur: sed abiiciunt unam. s. non. n. dicimus suspitio: sed suspitio
 quia non potest duplicari consonans alia subsequente consonante:
 quomodo nec antecedente: nisi sit muta ante liquidam: ut supplex
 suffragor sufflo effluo effringo quō & apud græcos σὺτϋρηγορῶ
 bi

συγγλωσσω συνανησων. **C.** transit i. u. consonante: ut quiesco qeui: pa-
sco pauis ascisco ascui. **In x.** ut dico dixi: duco duxi: noceo noxa noxi
us. **In .f.** parco parsi: uel peperci. **In g.** antecedente. n. quadrigenta
quingenta septingenta: ango quoque pro ancho. **Et** notandum est
quod ante hanc solam mutam finalem inueniuntur longæ uocales
ut hoc hac: sic hic aduerbium. **Nam** ante. t. si qua inueniatur: per co
nsonantem hoc euenit: ut audit emunit fumat: pro audiuit: munuit:
fumauit. necnon post. f. posita transit aliquando in. t. uel assumit cā
ut irascor iratus: nanciscor nactus: nascor natus: paciscor pactus: pas
cor pastus. **D:** transit in. c. ut accidit quicquā. **In. g.** ut aggero. **In. l.**
ut allido. **In. p.** ut appono. **In. r** ut arrideo meridies. **Antiquissimi** ue
ro pro ad: frequentissime ar ponebant: aruenas aruentores: aruocatos
arines aruolare: arfari dicentes pro aduenas: aduentores: aduocatos:
affines: aduolare: affari unde ostenditur recte arcesso dici ꝑ arcio uer
bo: quod nunc accio dicimus quod est ex ad & cio compositum: **Ar**
ger quoque dicebant pro agger. **Transit** etiam in. s. ut assideo rado ra
si suadeo suasi: in duas quoque. s. ut cedo cessi: fodeor fossus. **In. t.** atti
net attamino attingo: hæc eadem tamen. d. frequenter interponitur in
compositis hiatus causa prohibendi: ut redigo redarguo prodest sub
trahitur etiam cum sequens syllaba ab. s. & alia consonante incipit ut
Nomen poſſeſſiu.

Poſſeſſiuum eſt quod cum genitiuo principali ſignificat ali
quid ex his quæ poſſidentur : ut **euandrius** enſis : pro **euā**/
dri enſis : & **regius** honos pro **regis** honor. Hoc autem iter
eſt inter poſſeſſiua nomina & patronymica quæ patronymica filios uel
nepotes ſignificant. Poſſeſſiua autem non ſolum filios : ſed omnia
quæ poſſunt eſſe in poſſeſſione. Et quæ patronymica a propriis tantū/
modo deriuantur. Poſſeſſiua autem etiam ab appellatiuis. Et quæ pa
tronymica a maſculino deſcendunt plerumque genere : rariffime autē
a feminino : nec proprie quando a matribus fiunt ut ſupra oſtendi
mus. Poſſeſſiua autem ab omnibus naſcuntur generibus. Et quæ pa
tronymica ad homines pertinent : uel ad deos. poſſeſſiua uero ad
omnes res. Fiunt igitur poſſeſſiua uel a nominibus : ut **Cæſar** **Cæſa**/
reus uel a uerbis : ut **opto** **optatiuus** : uel ab aduerbiis : ut **extra** **extrane**
us : uel mobilia ſunt ut **marcius** **marcia** **marcium** uel fixa ut **ſacrariū**
donarium **armarium**. poſſeſſiua autem dicimus non ſolum poſſeſſi/
onem ſignificantia. ſed etiam quæ formam habent poſſeſſiuorum.
Sunt enim quædam gentilia ſimilem poſſeſſiuis habentia formam :
ut **Romanus** **ciuis** : gentile poſſeſſiuum : ut **Romanus** **ager**. Quæ/
dam autem & propria eadem. & gētilia & poſſeſſiua : ut **latinus** **ſilius**
fauni : & **latinus** **ciuis** : & **latinus** **ager**. Alia tātūmodo propria formæ
poſſeſſiua : ut **Quintilianus** : alia loco patronymicorū poſita quod ſu
pra quoque diximus : ut **æmilianus** : **Scipio** & **Octavianus** **Cæſar**.
Ex eadem forma agnomina quoque multa inuenies : ut **africanus** **per**/
ſicus **getulicus** **creticus**. Alia autem ſunt eiufdem deriuationis quæ
ex materia principalium conſtare ſignificantur : ut **ferreus** a **ferro** **fa**/
ctus. Similiter **aureus** **argenteus** **marmoreus**. Alia ex morbis ut **car**/
diacus. Alia a profeſſionibus ut **Mathematicus** : **grammaticus** **rhe**/
toricus. Alia a diſciplinis : ut **Ariſtotelicus** **Socraticus**. Alia quæ pri
mitiuorū ſimile poſſūt habere ſignificationē ut **tratius** **p** **trax**. Sūt for
mæ igitur poſſeſſiuorū quas a græcis accipimus hæc i cos : quæ mutaus i
cus : antecedētib. a. breui uel. i. uel. y. ut **bebriacus** : **cypriacus** : **Itali**/
cus : **aſiaticus** : **lybicus** : quod ſolū. y. ante cus habēs iuenit : quod a **prici**

pali accepit. & sciēdū q̄ ea: idest in cus desinētia si a primitiuis habeāt
 c. pares habēt syllabas illis: ut ithacæ ithacus. alia uero oīa a uel. i. āte
 cus habentia: siue sint a nom. natiuo leu genitiuo deriuata una sylla/
 ba. **G**ea ex quibus deriuantur primitiua: & si illa habuerint .i. penul/
 ti. nam hæc assūmunt. a. si .o. primitiua habuerit: tunc hæc. i. habent
 ante cus. **E**t sciendum q̄ non solum a primitiuis: sed etiam a deriua
 tiuis deriuātur huiuscemodi possessiua: ut troos troicus: grammatos
 grammaticus: rhetos rhetoricus: persis persicus: asiatis asiaticus: cre
 ta creticus: afri africanus: italus italicus: **N**am italia italiacus debuit face
 re cyprius cypriacus: nam cyprus cyprius facit. ilion iliacus: cardia
 cardiacus: mulio mulionis mulionicus. **C**icero pro seftio mulionicā
 penulam. **I**n us quoq̄ puram desinunt possessiua tam græca q̄ lati/
 na antecedente .e. correpta & producta .i. correpta .o. producta. a.
 uel .æ. diphthōgo. e. breui: ut **C**æsarius: Romuleus: ferreus: aureus:
 argenteus uitreus: ligneus: marmoreus: iligneus tamen & iliceus
 dicitur. **T**erentius in adelphis: Lectulos iligneis pedibus. **S**tatus in
 sexto thebaidos: orniq̄ iliceaq̄ trabes metuendaq̄ succo. **T**ax mar/
 moreus & fere omnia ad materiam pertinentia. e. breuem ante us ha
 bent plumbeus stagnus. **I**nueniuntur enim pauca sine. e. ut quer/
 nus: colurnus: abiegus: oleaginus: faginus. e. uero longa spondeus
 phœbeus .i. breuem martius: aruisius. **O**. producta herous: cous. æ.
 labæus: cretæus: ptolomæus. **H**æc autē. æ. diphthongū habēt penul/
 timā quæ a foemininis in. e. longam apud græcos desinentibus: uel
 quæ a uerbis græcis deriuantur circumflexis: ut cretæ cretæus: hylæ
 hylæus: dionæ dionæus: πτολόμη ptolomæus: Τιμη timæus. **O**e
 antecedente: ut eubœa eubœus: eurœa eurœus. **E**t quia apud græ/
 cos in multis ei diphthongus ante os inuenitur: scire debemus: q̄ so/
 lent latini eam modo in. e. longam conuertere: ut πνοαγόρεος pytha
 goreus σπονδειος spondeus ἀλφειός alpheus. **N**am possessiuum
 quoq̄ similiter: ut primitiuum proferri **V**irgi. ostendit qui protulit al
 pheæ ab origine pisæ. **H**oc autem facere solent latini: idest ei in. e. lon
 gā conuertere in penultima syllaba us pura sequente uel a uel um: ut
 ἀχιλλειος. **P**ossessiuum græcum achilleus Δειδοπεα deiopea γυναι/
 κειον gynæceū. **H**æc at mutationē ei diphthōgi in. e. longā faciūt mo
 re Ionico uel attico. **I**lli eni ἴδειν pro εἰδειν dicūt & ἀρον pro μερό: &
 πλῆω pro πλείων. uel ideo quia. i. penultimā puram nō pducunt. **R**o/

cyclas
 ficat ali
 ro cuā/
 em iter
 hos uel
 omnia
 tancū/
 Et q̄ pa
 me autē
 ostendi/
 et q̄ pa
 uero ad
 r. Cæsa/
 extrane
 sacrariū
 posselli/
 orum.
 nam:
 Quæ/
 filius
 formæ
 quod su
 Cæsar.
 us per/
 us que
 ferro fa/
 is ut ca/
 cus rhu/
 quæ po
 Diæter
 uousi
 is: Itali
 od a ppi

mani: nisi in suo uerbo: & in genitiuis in ius desinitibus: & in dissylla-
bis græcis: quæ apud illos quoque penultimam habent longam. Et in
paucis aliis in quibus auctores pro. e. penultima longam. i. longam
posuerunt: ut pythius Pythia: & dius dia: & chius chia: & arius: litius:
superchius. **Virgilius in undecimo Italides**: quas ipsa decus iunxit
sibi dia. **Idem in georgicorum secundo: Sperchiusque** & uirginibus bac-
chata lacanis. **Horatius secundo sermonum: Cecuba uina ferens** al-
conchium maris expers. Nam primitiuum chius corripitur. **Lucanus**
i octauo: Qua fasina cautes: & quas chius asperat undas. **Liti.** apud
Statium in decimo producta penultima inuenitur. Ad patrias si quæ
do domus optataque pœan: **Templa litie dabis tot ditia dona faciat**
Postibus & totidem uoti memor exige tauros. Sed etiam litius quod
in quibusdam lirceus reperitur codicibus scriptum. **Statius in quarto**
Aret lerna nocens arcet lirceus & ingens Inachus. Sed & argia & argi-
am & langia. **Statius idem** secundum græcos producta penultima
profert in secundo thebaidos. Nec mirum nam tu infaustos donante
marito ornatus argia geris. **In eodem.** Egregiam argiam nec forma
laude secundum Deiphilem. **Idem in quarto: Vna tamen tacitas** sed
iussu numinis undas. **Hæc quoque secreta nutrit langia sub umbra.** **Lu-**
canus in quarto: Substringens arimospe comas hinc forte arius. In-
ueniuntur tamen auctores frequenter in omnibus urbium in. a. desi-
nentium apud græcos uarie proferentes. alexandria: alexandrea: nicia
& nicea: antiochia: & antiochea. **Cicero pro deiotaro: Sperauit cre-**
do difficiles tibi alexandriae fore exitus: tamen & alexandrea dicitur.
Horatius in quarto carminum. Nam tibi quo die portus ab alexan-
dre supplex: Et uacuam patefecit aulam. **In eodem: Niceum ephesum**
quoque mittebat. Est autem quando adiectione. i. e. correptam po-
nunt ante us: ut hectoreus: agenoreus. In quo similiter ionas sequun-
tur. Illi enim quoque abiiciunt. i. in huiusmodi nominibus: si non ge-
nitiuus primitiui par sit nominatiuo possessiui. Quare ἀχιλλεῖος di-
cunt ne si ἀχιλλῆος dicant putet primitiui genitiuus: quos sequentes i
hoc etiam pro ei diphthongo. e. longam ponimus achilleus dicentes. **Vn-**
de Vir. in. iiii. Scriptis achilleæ fastus: quis reperiat etiam. e. correpta
in huiusmodi deriuatiuis: ut **Vir. i. prio: Nate patris summi qui tela**
typhœa tennis: sed dicit typhœus: & typhos: & typhon. **Luca. in. v.**
Conditus in arines ætnæa mole typhœus. **Idem in sexto.** Antraque

leriferi rabiem typhonis anhelant. Inueniuntur tamen quaedam in
 huicemodi in quibus ei diphthongus in. i. longam conuertitur se
 quente. u. loco digamma aolici: ut ἀργεῖος argiuus. Dicitur tamen
 & argeus. **Horatius in tertio carminum: Tibur argeo positum colo-**
no: quod in latinis quoque deriuationibus inuenitur. i. in penultima. i.
 longa ante. u. consonantem: ut nominatiuus: genitiuus: datiuus: ac/
 culatiuus: indicatiuus: imperatiuus: optatiuus: quorum alia a nomi/
 nibus: alia a uerbis deriuantur. Non solum autem in nominibus lati/
 nis penultima. i. pura ante us: uel .a. uel .um. non potest produci.
Sed etiam in uerbis prateritiperfecti temporis & plusquamperfecti corri-
pitur. i. siue penultima siue antepenultima sit. nisi secuta fuerit. u. lo/
 co consonantis: ut audiui audiisti audiuit audiimus audiistis audierunt:
 audieram audieras audierat: audiuisse ubique corripitur. i. **Sin autem**
assumat. u. loco consonantis ubique producit: ut audiui audiuisti au/
 diuit audiuimus audiuistis audiuerunt: audiueram audiueras audiue/
 rat audiuisse. Inuenitur tamen etiam ai diphthongus conuersa in
 i. longam interposita similiter. u. pro consonante: ut αχίους
 cum contra soleant dores ei in ai diphthongum conuere: ut αἰκία
 pro αἰκία & αἰος pro αἰος. Et eas quidem formas supradictas a graecis
 accipimus. In latino autem sermone non solum his utimur: sed etiam
 a propriis quibusdam latinorum: ut in us uel in. a. uel in. um pura
 antecedente ri: ut catilinarius: haereditarius: legatarius: gladiatorius:
 uxorius: filateria: tipsanarium. Et quod iam supradiximus: sciendum
 quod quibus forma sit possessiua hac quae in rius desinit: tamen diuersae si/
 gnificationis nomina in hac quoque inueniuntur: alia ab officiis: ut ta/
 bellarius: mercenarius: cararius: sagyttarius: tabernarius: ostiarius: ar/
 gentarius: ararius. Alia a dignitatibus: ut praefectorius: quaestorius:
 pratorius: censorius: quae tamen etiam possessiuam habent significa/
 tionem. Alia ab aliis rebus in quibus sunt uel de quibus uel quas ha/
 bent. In quibus sunt: ut collarium quod in collo est: plantarium quod
 in planta est: mensarium quod in mensa est: motoria quae in motu
 est: palmarium quod in palma est: hoc est in laude de quibus sunt:
 ut frumentaria est lex de frumento: & agraria de agris: & nu maria
 de numeris lex. Ex his autem quas continet: ut uinaria cella quae ha/
 bet uinum. Armamentarium in quo arma posita sunt. Sic uiolarium
 rosarium apiarium uiridarium. In nus quoque terminatum formae &

significationes diuersa inueniuntur: quibus latini frequenter utuntur
 in significatione possessiua: ut Pompeianus: Caesarianus: Syllanus
 Inuenitur autem in quibusdam, a. longa antenus: ut Romanus: His-
 panus: Campanus: Stenianus. In aliis, e. longa: ut tericnus: ege-
 nus: alienus: abienus: rubrenus: anienus. Vnde Virgilius. Aniena flu-
 enta. In aliis, i. longa Camerinus: Perusinus: Rheginus: uicinus:
 masculinus: foemininus. Inuenitur tamen etiam breuis, i. g. antece-
 dente in his quae ab arboribus deriuantur: ut oleaginus: faginus. & in
 his quae ab aduerbiis nascuntur temporalibus: cras crastinus: homo
 hornotinus: diu diutinus. V. quoque longa ante nus: ut Tribunus. R.
 etiam & L. inueniuntur ante nus: ut diurnus: nocturnus: externus:
 hesternus: hibernus: columnus: quernus: ficulus: populnus. Plautus
 in Casina. Sed mane dum num iste aut populna tors aut abigena e-
 tua. Sed quia diuersas in his diximus esse significationes: commodum
 est eorum exempla proponere. Alia sunt possessiua: ut Caesarianus:
 Miles: Pompeiana domus: tullianum: mancipium. Alia & patriam
 significant & possessionem: ut Romanus ciuis: Romanus ager. Potest
 tamen & haec & pene oes huiusmodi formae nominum priorum quoque
 habere significationes. Campanus similiter & Hispanus & Alexan-
 drinus & Placētinus & nolanus & similia: non solum patriam sed etiam
 possessionem significat. Sunt tamen multa supradicta speciei quae etiam
 agnomina inueniunt. Camerinus: numantinus: coriolanus. Alia pro-
 pria eiusdem formae nomina uel agnomina: ut adrianus: messalinus:
 sylvanus: claudianus: coruinus: probinus: rufinus: aemilianus. Alia
 a locis: ut rusticanus: urbanus: oppidanus: capitolinus: palatinus: es-
 squilinus: galicanus: uicinus: externus. Alia a temporibus matuti-
 nis a matuta: quae significant auroram: uel ut quidam λευκοθεον Hec-
 sternus: diurnus: nocturnus: meridianus: uespertinus: antelucanus:
 ueteranus: diuturnus: aeternus. Vel a dignitatibus siue officiis: ut tri-
 bunus: antesignanus. uel a generibus: ut masculinus: foemininus. alia
 a mutis animalibus: ut taurinus: porcinus: ceruinus: anserinus. alia a
 materia ex qua constant: ut humanus: terrenus. alia a fortuna: ut liber-
 tinus: egenus. alia a numeris semper pluralia: ut bini: terni: deni. sic ab
 omnibus numeris: quibus poetica auctoritate etiam singularia inueniuntur.
 Lucanus in octauo. Syrtibus hinc libycis tuta est aegyptus: At
 inde gurgite septeno rapidus mare submouet amnis. Virgilius in

decimo. **I**t grauis aulestes: centenaq; arbore fluctum. **V**erberat assurgens spumant uada marmore uerso. sic ab omnibus numeris. **E**t sciendum q; alia eorum a nominibus fiunt: ut a **R**oma **R**omanus: a **C**æsare cæsarianus. **A**lia a uerbis: ut egeo egenus. **A**lia ab aduerbiis: ut infra infernus: supra supernus: hodie hodiernus. **C**onemur igitur sicuti possumus exponere rationem penultimarum in supradictis deriuationū formis litterarū. **I**n .a. desinentia nomina antecedēte aliqua consonante: seu uocali producta eadem .a. & accepta nus faciunt deriuatiuum supradictæ formæ: nisi sint mutorum animalium: ut **S**yllanus: perpenna perpennanus: **R**oma romanus: sylua syluanus: nola nolanus: luesula luesulanus: adria adrianus: copsa copsanus. **E**xcipiuntur iugurtinus: messalinus: terrenus: quæ quæ a nominibus in a desinentibus consonante antecedente deriuantur: non seruant tamen .a. de mustelino & aquilino paulopost tractabitur. **A** pluralibus quoq; iæ diphthongum desinentibus: uel in .a. deriuata similiter a. habent ante nus: uel na uel num: acerræ accerranus: thebæ thebanus: cumæ cumanus: formiæ formianus: signa antesignanus: membramembrana: quod est fœmininum: possunt tamen hæc a singularibus esse ἀπὸ τοῦ signum: & membrum: quod paulopost ostendetur. **S**imiliter .a. habent ante nus: quæ deriuantur a nominibus in ius terminantibus: uel ab aduerbiis in .c. longam: ut pompeius pompeianus: stenius stenianus: titius titianus: tullius tullianus: fabius fabianus: iulius iulianus: uirgilius uirgilianus: **T**erentius terentianus: **S**alustius Salustianus: quotidie quotidianus: similiter a meridie meridianus: hodie tamen hodiernus facit. **S**imiliter .a. habent ea quæ deriuantur a nominibus in cus uel in culus desinentibus quæ sunt ultra duas syllabas: ut rusticus rusticanus: publicus publicanus: faticulus faticulanus: tusculus tusculanus. **E**xcipiuntur a masculino quod est diminutiuum maris masculinus factum. **N**am dissyllaba in .eus desinentia sine .a. sunt: ut mancus mancinus: lacus lacuna: porcus porcinus. **I**n um quoq; neutra consonante antecedente in deriuatiuis .a. habent ante nus: ut oppidum oppidanus: pestum pestanus: spoletum spoletanus: toletū toletanus: castellū castellanus: beneuētū beneuetanus. **S**imiliter habent penultimam pleraq; uenientia a nominibus tertriæ declinatiōis: ut **C**æsar cæsaris cæsarianus: fons fontis fontanus: mōs mōtis mōtanus: urbs urbis urbanus: sol solis solanus. ex quo πῶρᾶ γε τὰς tubsolanus: ex eo tamē ē solinus pprium: milo milonis milonianus:

piso pisonis pisonianus: quibus quidam pisaninus & miloninus dici
putauerunt: Sed a propriis deriuata plerumque. i. ante. a. habent Iouis
iouianus: **C**æsaris cæsarianus: possumus tamen dicere quod a cæsarius &
milonius & pisonius & iouius deriuata sint: cæsarianus milonianus
pisonianus iouianus: lux lucis lucanus: ex quo compositum sit antelu
canus: ex eodem tamen nascitur lucina: uetus ueteris ueteranus limes
limitis limitanus: ancon anconis anconitanus. **H**oc tamen potest etiam
ab anconites esse quod paulo post ostendetur: gadis gaditanus. **I**
deo autem diximus plerumque quia a neutris in. e. desinentibus deriuata
i. habent productam ante nus: ut mare marinus preneste prenestinus:
calate calatinus: calacte calactinus. **E**t ab aliis quæ pares habent tam
in nominatiuo: quam in genitiuo syllabas: **H**ercules herculis herculinus
uerres uerris uerrinus collis collinus follis follinus. In er quoque desinē
tia si sint secundæ declinationis: & in us consonante antecedente ciui/
sdem declinationis: exceptis i. cus supra duas syllabas: uel in culus de
quibus paulo ante docuimus: & in ium propria si faciunt deriuatiua i
us terminantia. i. longam habebunt penultimam: ut auster austeri/
nus adulter adulterinus macer macrinus libertus libertinus: diuus di
uinus: probus pbinus: ruffus ruffinus: maximus maximinus: mar/
cellus marcellinus: carus carinus: mancus macinus: rhegium rhegi/
nus: uenusium uenusinus: signium signinus: perusium perusinus: opi
tergium opiterginus: canusium canusinus. **E**xciipiuntur ab humo hu
manus & mūdo mundanus & priscus priscianus: sed hoc magis a pri
scio uidetur esse deriuatum. **N**am quod a taurominio tauromitanus dici
mus sequimur graecos: qui taurominties dicunt: **G**entilia enim apud
graecos in tes desinentia mutata es in. a. accipiunt nus: cum in hanc
formam ueniunt μετροπολιτις metropolitanus νεαπολιτις nea/
politianus. **I**tem. i. seruant longam omnia quæ a nomibus mutorum
animalium cuiuscumque sint declinationis deriuantur in hanc formam
aper aprinus caper caprinus: ceruus ceruinus: porcus porcinus taurus
taurinus: ferus uel fera ferinus: canis caninus: lepus leporis leporinus:
lupus lupinus: formica formicinus. **P**lautus i. menechi. **A**tque hoc cum
incedit mouet formicinum gradum: hirundo hirundinus. **I**dem i ru
dente. **A**d hirundinum nidum uisa est mihi similia ascensionem: ut fa
cerunt adorirer: aquila aquilinus: mustela mustelinus: quibus in. a. desi
nant: tamen non habent. a. ante nus: leo leonis leoninus: ouinus quoque
ab oue & suinus a sue: nam ouilla & suilla diminutiua sunt. **I**n uis

enim desinentia : uel in na : uel in num : si faciunt diminutiua abie-
 cta n. duas assumunt .I. ut unus ullus una ulla unum ullum : bonus
 bellus : bona bella : bonum bellum : geminus gemellus : gemina ge-
 mella . geminum gemellum : uinum uillum : lic ergo tuina suilla : o-
 uina ouilla . Inueniuntur quaedam in tinus desinentia penultimam
 corripientia quae a primitiuis non habent . t. ut diu diutinus cras cra-
 stinus horno hornotinus prius uel priscus pristinus . Nam constanti-
 nus & clementinus a primitiuorum genetiuis habent . t. ut matuti-
 nus a mutata quae aurora intelligitur : Mediestinus autem a medio
 stando uel tenendo componi uidetur : fiscina corripit penultimam quo-
 modo fuscina . Cur ergo piscina producitur : quia hoc sine dubio deri-
 uatum est a pisce . Fiscina autem a fisco an fiscus a fiscina : an neutrum
 a neutro dubium est . Nam nec fiscina a fusco : nec pagina a pago : nec
 mutina a mutu : nec ariminum ab arimo deriuata : cum sint primitiua
 penultimam corripuerunt . Sin autem in er desinentia tertia : sunt de-
 clinationis : uel in ius faciētia genitiuum accepta nus ipse nominatiu-
 us facit deriuatiuum : ut pater paternus : mater maternus : frater frater /
 nus : ueruenus : acer quoque de cuius declinatione dubitatur acer acris :
 & acer accris : arbor huius aceris quod solinus quoque protulit i memo-
 rialibus acernus facit alter alternus . Illa scilicet obseruata regula qua
 superius diximus in mutis animalibus . Ideo quoque anser anserinus di-
 cimus passer passerinus : Ab aduerbiis quoque uenientia in ra desinenti-
 bus er habent ante nus : ut infra infernus extra externus supra super-
 nus . ab aliis quoque aduerbiis temporalibus inueniuntur quaedam ra /
 te nus habentia ut noctu nocturnus diu diurnus . heri alternitatis ca-
 usa hesternus seper sempiternus . In tertia etiam desinentia similiter
 faciunt deriuatiuum : fabrateria fabraternus : fabrateria fabraternus :
 atas quoque aternus : antiqui tamen auitas & auiternus dicebant ab
 aeo : unde Varro in pseudena per auiternam hominum domum tellure
 ppero gradum : uetris praeterea ueternus facit non solum ueteranus : sed
 diuersas habent significaciones : quercus etiam quernus : corylus colur-
 nus tacitus taciturnus mensis mesurnus . Sic enim Cicero posuit pro-
 mestruus in . i . rhetoricorum . Pars quaedam aternitatis cum alicuius animi
 mensurni diurni nocturni uespertini certa significatione : ab hyeme
 quoque uel hembre hibernus fit in ia desinetia n . antecedente mutant ia
 in us : & huiusmodi forme faciunt deriuatiua a primitiuis tamen ha-
 bentia . n . ut Hispania hispanus : lauinia lauinus : hircania hircanus :
 d

mauritaniam mauritanus campania campanus **D**ardanus uero proprium est: & primitiuum ideoque a correpta habet. abusiue tamen poetæ per dardanio ponunt dardanum. Si uero ante iam aliam quæ n. habuerint consonantem. i. longam habent ab eis deriuata ante nus: ut luceria lucerinus nuceria nucerinus: placentia placentinus anagnia quoque quia. g. ante. n. habet anagninus. Similiter alexandria alexandrinus: numantia numantinus: aricia aricinus. Quæ uero sunt apud grecos a nominibus urbium deriuata in tes desinunt: ea apud latinos in tanus plerumque effertur sicut supra diximus: ut neapolites neapolitanus: tripolites tripolitanus. Similiter a caralibus caralitanus: a salapia salapitanus: a gadibus gaditanus. a taurominio taurominitanus: a cephalodio cephaloditanus: a drepano drepanitanus. Gnis quoque uel gna uel gnus terminantia longam habent uocalem penultimam: ut a regno regnum a stagnum a bene benignus: a male malignus ab abiete abiegnus: priuignus pelignus. Inueniuntur tamen auctoritate ueterum uel euphoniae causa: & maxime in propriis quædam non seruantia supradictas regulas: ut ligus liguris ligurinus non liguritanus: censor censoris censorinus: non censorianus. Quauis igitur sicut ostendimus diuersas habent significationes supradictæ formæ nomina: tamen quia maxima pars eorum apud latinos possessiuorum habet demonstrationem. Ideo hæc quoque inter possessiuorum species posuimus. Et sciendum quod etiam in eis & in terminantium deriuatiuorum multa inueniuntur significationis possessiuæ apud nos: ut ciuili hostili caelestis lunaris castræ: equester pedester paluster. Quorum quia diuersæ & uariæ sunt formæ & significationes: postea eas cum reliquis speciebus denominatiuorum per ordinem tractabimus. Nunc de comperatione uideamus.

Sequitur liber tertius de comperatione.



QUO PARATIVVM EST QVOD CVM positiui intellectu: uel cum aliquo participante sensus positiui magis aduerbium significat: ut fortior magis fortis: sapientior magis sapiens: ulterior magis ultra: quæ ille qui ultra est: interior magis intra quæ ille qui intus est: hæc autem comparationes: quæ ad personas uel res participantes positiui fiunt: nascuntur adlectionibus carentibus casu. i. a uerbis: ut detero deteris deterior: &

ab aduerbiis siue præpositionibus: ut extra exterior intra interior ultra
 ulterior citra citerior supra superior infra inferior: nam superus & infe/
 rus quis uideantur eorum idest superioris & inferioris esse positiua:
 tamen in usu superi pro caelestibus siue uiuis: inferi autem pro mani/
 bus accipi solent: adeo autem non ad ipsa aduerbia: sed ad personas:
 uel res participes aduerbiorum. huiuscemodi fiunt comparationes quæ
 nascuntur ex his ipsis aduerbia comparatiua quæ cū magis ipsum po/
 sitiuum aduerbium significant. ut ulterius magis ultra citerius magis
 citra: exterius magis extra: sic & similia. Deriuantur igitur compara/
 tiua a nominibus adiectiuis quæ sumuntur ex accidentibus substantiæ
 nominum. Accidentia autem sunt quæ ex qualitate uel quâritate ani/
 mi uel corporis: uel extrinsecus euenientium trahuntur quæ possunt
 incrementa uel diminutiones accipere: per quæ comparatio nascitur:
 sine quibus substantia intelligi potest. Ea uero nisi prior substantia in/
 telligatur esse non possunt. Si enim dicam homo uel lapis substantiâ
 demonstraui: cuius significatio: nec augeri potest: nec minui: sin ali/
 quid accidens homini uel lapidi proferam tunc habet locum compa/
 ratio: ut homo prudens & prudentior. lapis niger & nigrior. Quâuis
 enim non sit prudens: potest homo intelligi: & lapis quis nō sit niger
 intelligitur lapis. Itaque adiectiua iure sunt appellata: quæ illis nomi/
 nis quæ substantiam demonstrant adiciuntur: quæ antiqui etiâ in
 quibusdam gentilibus comparatiuis usi sunt: ut punus punior. Plau/
 tus in penulo. Nullus me est hodie punus punior: & superlatiuis & i/
 in pronomibus: ut idem Plautus in trinūmo. Ergo ipsius est ipsil/
 simus ab hinc ab oculis. Fiunt autem comparatiua a nominibus: a
 uerbis: a participiis ab aduerbiis siue præpositionibus: a nominibus:
 ut clarus clarior: sc̄elix sc̄elicior: a uerbis detero deteris deterior potior
 potius. hic & hæc potior & hoc potius potioris potissimus. Possu/
 mus tamen hoc etiam a nomine potis accipere: quæ significatio aliâ
 uideatur esse. ut Terentius i phormione. Vbi tu dubites quid sumas
 potissimum pro optimum. a participiis indulgens indulgentior: amâs
 amantior: sed quando comparantur participia transeunt in nominū
 significationem. Ab aduerbiis siue præpositionibus: ut extra exterior
 intra interior: ultra ulterior: & sciendum quæ localia sunt hæc aduerbia si/
 ue præpositiones: ex quibus comparatiua nascuntur nomina. Et pene
 hæc extra exterior: intra interior: ultra ulterior: citra citerior. Vetus/
 tissimi tamen etiâ citer protulisse iueniuntur. Cato de agna pascēda:
 dii

citer ager alligatus ad sacra crit: **C**itimus quoq; dicebant teste capro.
Exter quoq; inuenitur: ut **S**tatius in. xi. thebaidos: Sed quid apud ta
les ne quis sua pignora cura: exter honos: Ex quo **V**irgilius in. iiii. &
nos fas extera quærere regna. **S**upra superior: infra inferior: post poste
rior: prope propior: ante anterior: penitus peniteor. **A**puleius i primo
hermagora. **V**isus est ei adolescens honesta forma: quasi ad nuptias
exornatus trahere se i penitiorem partem domus. **F**it autem compa
ratio ad unum uel ad plures: tam sui generis q̄ alieni. **Q**uãuis græci
honoris causa suæ gentis: magis q̄ ratione ueritatis dicunt non posse
ad multos sui generis fieri compationem. **A**lii autem dicunt hanc esse
rationem propter quam non utuntur tali compatione: q̄ cum ad plu
res sui generis fit compatio superlatiuo possumus uti: ut fortissimus
græcorum achilles: sed superlatiuus multo alios excellere significat.
Comparatiuus uero potest etiã paruo superantem demonstrare: un
de etiã diminutionem apud nos iure accipit: maiusculus minuscu
lus tardiusculus. **Q**uid autem q̄ accidit inter tres: uel quattuor: uel
plures: non tamen ad totum genus fieri comparisonem: etiã neces
se est uti plurali numero suorum: ut si dicam fortissimi fuerunt græco
rum aiæ diomedes agamemnon ulyxes: omnibus tamen his fortior
fuit achilles. **V**irgilius in primo **P**ygmalion scelere ante alios inmani
or omnes: ad omnes sceleratos cõferens pygmalionem comparatiuo
est usus. **S**tatius in. viii. **E**t melior sis quãso deis. ampharaus dicit ad
Plutionem. **S**unt igitur quæ comparari possunt nomina uel secundæ
uel terciæ declinationis: & si sint secundæ mobilia sunt. i. in. a. faciunt
fœminina: & in um neutra: & in. er. uel in. us. desinunt: & assumentia
genitiuo or faciunt comparatiua: correpta tamen penultima. i. ut te
ner teneri tenerior: niger nigri nigrior: clarus clari clarior: doctus do
cti doctior. **N**otandum est q̄ sinisterior quasi a genitiuo sinistri uide
atur esse factum: cum i usu sinistri ubiq; reperiatur. **I**nueniuntur quæ
dam quæ quibus sint accidentia idest adiectiua & eorum significatio ex
igat ut faciant comparatiua: tamen non habentur i usu frequẽti. **S**unt
autem ea plerunq; quæ uocales ante us habent: ut pius arduus egre
gius: dubius: sternuus: plerunq; dixi quia sunt anomala: quæ nõ ser
uant in compatiuis regulã: quãuis plautus cõparatiuum prulit stre
nuior in epidico. **N**am strenuiori deterior si prædicat suas pugnas de
illius ore illæ sordidæ sũt. **E**t puto hanc esse rationem q̄ oportet com
paratiuum una syllaba uincere genitiuum positiui: nisi sint anomala.

ut teneri tēnerior: docti doctior. **S**i ergo hæc quæ ante us uocalē ha-
 bent: assumunt genitiuo or: necesse est inter duas uocales positam. i.
 transire in ui n consonantis: quod in latinis dictiōibus semper fere pa-
 titur: cum inter duas uocales inuenitur uim suam seruantes. **H**oc autē
 ideo dixi. q. u. post. q. uel. g. posita sæpe ante. i. hoc non facit: quippe
 amittit uim suam: ut nequior piguor: quod nisi fiat contingit: si i cō-
 sonantem transeat. i. pares esse syllabas genitiuo positiui cum nomi-
 natiuo comparatiui uel hiatum intolerabilem fieri tribus uocalibus p
 tres syllabas continue positis nulla cōsonante media si dicamus piior
 arduior: quod ne fiat non sunt usi eorum comparatiuis pleriq; grāma-
 ticorum. **A**ssumunt autem magis aduerbium & usum comparatiui
 complent: ut magis pius hic quā ille. **V**erustissimi tamen etiā huiusce
 modi sunt usi: ut arduior arduius. **C**ato dixit q; iter lōgius arduiusq;
 erat a curia. **I**dem ad populum de triumpho asperimō atque ardu/
 illimo aditu. **P**acuius in medio. **M**ulier egregiissima forma. **I**uena-
 lis in quarto: **E**gregius coenat meliusq; milerrimus horum: pro egregi-
 us. **M. C**ato in oratione. **N**e quis iterum consul fiat impator laudem
 capit exercitum meliorem: & industriorem facit. **G.** gracchus contra
 amylium tyberonem. **V**trum inimicorū meorum factio: an magis so-
 litudo patriæ te impulit: ut in me industrior sis quā in te. **I**dem **C**ato
 de ptolomæo minore de thermi quæstione. **Q**uantoq; suam uitā su-
 periores atq; ampliores atq; antiquiores animum inducēt esse quā
 innoxiores. **I**tem **C**ato de macedonia liberanda. **I**tq; perpetuius atq;
 firmiter repleat. **I**dem in thermum. **S**ed a benefactis atq; ab optimis ar-
 tibus fugit maxima flagella perpetuissimo curriculo. **L**ucilius. in xvi.
 ad fundium. **F**ūdi delectat te uirtus: uillicus paulo strenuior si euase/
 ris. **S**unt autem & alia in us terminantia ex quibns cōparatiua supra
 dictam regulam non seruant: & dicuntur inæqualia. **Q**uorum quæ/
 dam habent. i. breuem uocalem ante or: sicut alia quædam eādē. i.
 loco consonantis. **Q**uædam uero consonantem: ut bonus melior: iu-
 uenis iunior: p iuuenior: magnus maior: malus peior: paruus minor
Plus quoq; uidetur comparatiuū esse multi: sed singularis nominati-
 uus non inuenitur nisi neutri generis: **P**luralis uero inuenitur etiā co-
 munit: ut hi & hæ plures & hæc plura. **A**ntiqui tamen etiam plurā
 dicebant. uide **T**erentius in phormi. **C**ompluria **S**uperlatiuus tamen
 ab hoc ipso omnium generum inuenitur plurimus plurima plurimū
Quæ uero tertiæ declinationis nomina faciunt comparatiua: uel co-
 d iiii

munia sunt in is desinentia: & faciunt neutrum in .e. uel i .er. sunt masculina facientia in is feminina. & in .e. neutra. uel i .er. es. ns. rs. x. dum uel trium generum sunt comunia & assumunt or in datiuo cor / repta. i. penultima: & faciunt comparatiuum: ut hic & hac fortis & hoc forte huic forti. hic & hac fortior & hoc fortius. hic acer & hac acris & hoc acre huic acri: hic & hac acrior & hoc acrius. hic & hac & hoc pauper & huic pauperi. hic & hac pauperior & hoc pauperius. hic & hac & hoc locuples huic locupletis: hic & hac locupletior: & hoc locupletius: **Hic** & hac & hoc sapiens huic sapienti. hic & hac sapientior & hoc sapientius. hic & hac & hoc iners huic ierti: hic & hac inertior & hoc iertius. hic & hac & hoc audax huic audaci. hic & hac audacior & hoc audacius. **Et** sciendum est q. omnia in or desinentia comparatiua comunis generis sunt: & mutantia or in us faciunt neutra: excepto uno quod solum cum sit a positiuo quantum ad suam uocem fixo seruauit eius genus hic senes huic seni: hic senior: quis hoc quoq. uetustissimi comune accipientes hic & hac senex proferebant: **Po**peius in epigramate quod. **M. Varro** in libris qui sunt de lingua latina profert tua amica e senex. Inuenitur etiam a neq. quod est ideclinabile trium generum: tam comparatiuum q. superlatiuum: ut neq. nequi or nequissimus **Ab** aduerbiis uero deriuata in ra desinentibus mutant in er: & accepta ior faciunt comparatiuum: ut extra exterior: intra interior: ultra ulterior: citra citerior: infra inferior: supra superior. **Simi**liter in erior post & ante faciunt comparatiuum: posterior & anterior: prope uero pprior facit. & detero deterior. **A** saepe aduerbio positiuum uel comparatiuum nomen non legi. **Superlatiuum** posuit Cato nepos de actionibus apud populum: ne lex sua abrogetur. **Facite** uobis in me tem ueniat quirites ex acre alieno in hac ciuitate: & in aliis omnibus ppter diem atq. scenus sapissimam discordiam fuisse. **Prior** & primus quaeritur an sit prior comparatiuus & primus superlatiuus. **Et** dicunt quidam q. cum ordinis sint differentiam numeri significant: sicut enim alter de duobus: & alius de multis dicit: sic prior de duobus & primus de multis solet dici. **Inuenit** tamen saepe prior p. melior positum: & tunc sine dubio habet uim comparatiui: & primus pro optimus: & tunc superlatiuum significationem optinet. **Virgilius** in. viii. **Et** primos iuuenum tot miserit orco. primos posuit pro optimos. **Quidam** autem non absurde affirmant q. in numeris quoq. potest prior esse comparatiuus unde ablatiuo iungitur. & primus superlatiuus: cum ad multos com-

paratur: & semper genitiuum sequitur. Et q̄ prior sicut omnes com-
paratiui: uel ad sui generis: uel ad alieni aliquem comparatur etiã cū
numerum significat: ut prior turnus q̄ Aeneas mouit bellum. Primus
autem sicut omnes superlatiui ad multos coniungitur sui generis. ut
Virgilius in. ii. Primus se danaum magna comitante caterua. Andro-
geus offert nobis & quod omnibus est rationabilius. In or desinēs co-
mune i us facit neutrum q̄ in nullis aliis nisi in comparatiuis iuenitur
Et uidetur a pridem aduerbio nasci: quod accipit or abiecta dem: & fa-
cit comparatiuum prior: sed. i. corripitur quia i nullo comparatiuo. i.
ante or potest produci. In superlatiuo uero seruauit productionē ac-
cepta mus primus: ex quo aliud aduerbiū nascitur primo: uel prime.
Vnde **Terentius in andria** compositum dixit apprime in uita esse uti-
le. **Magnificētior & magnificētissimus**: munificentior munificētissi-
mus cum uideantur a positiuo magnificens & munificens deriuari.
Ut eminentior eminentissimus: hæc i usu nō sunt: sed pro his
magnificus & munificus: ex quibus comparatiuum uel superlatiuū:
& ex similibus secūdam prædictam regulam deriuari inuenio apud
ueterustissimos. **M. Cato cōtra Herinium de ptolomæo Rege optimo**
& beneficissimo: **Terentius in phormione.** Quidnam arbitrare nescio
an qui mirificissimus. **Accius in undecimo didascalicon**: & magnifi-
cissime excellentissimeq; honore: Cum igitur comparatiua proprie
positiuum fieri soleant. Inuenitur tamen sæpe comparatiuus pro posi-
tiuo per se positus. ut **Virgilius in. v. ane.** Comites senioris acestæ p-
senis. Est quādo pro positiuo comparatiuus positus minus eo signifi-
cat: & nulli comparatur: ut **Virgilius** Tristior atq; oculos lachrymis
suffusa nitentes. Tristior enim hic ex parte tristis significat: Idem in
sexto iam senior sed cruda deo uiridisq; senectus. est quando ad con-
traria comparatur & minus positiuo significat ut mare ponticū dolci-
us q̄ cætera: hic n. nō ad dulcia: sed ad amara facta cōparatiōe ostēdit
pari aliquid dulcedinis q̄ cætera. hīc pōticū mare ē quādo suplatiuo
cōparatiuus cōparat. ut **Achilles fortissimo troianorū hectorē fortior fuit.**
Est quādo cōparatiuus ad cōparatiuū cōparatur: ut fortior **Achilles He-**
ctore fortiore patroclo. **Homerus i odyssæa** εἰ κεῖνον τίσανκῆν Δελδο
ἴατο νοσήσαντα πάντες κἀρίσια τελαφρο τεροῖ ποδας εἶναι ἡσφνιο
τέροι χρυσοῖα ἐξήτοστα. **Cicero philippica. secunda** Quis interpre-
tari potest impudentior: ne qui in senatu an improbius qui in dolo/
bellum an impurius: qui parte audiente. An crudelior qui in illam mi-
d. iiii.

seriam tam spurce q̄ impie dixeris. Et sciendum q̄ apud latinos dimi-
nutionem quoq; accipiunt quædam comparatiuorum: ut supra dixi-
mus quod apud græcos non inuenitur: ut grandiusculus minuscu-
lus: maiusculus meliusculus. Omnia tamen hæc a comparatiui neu-
tro adiectione culus inuenio fieri: ut grandius grandiusculus: melius
meliusculus. Sic & cætera quæ sunt similia: tam & quam aduerbia tū
comparatiuo uel superlatiui adiuuantur eum duo uel plures compa-
ratiui uel superlatiui diuersæ significationis positi inter se æquantur.
uel idem geminantur: ut tam iustior q̄ felicitior aeneas Hectore. Cice-
ro pro deiotaro. Istam in q̄ dextram non tam in bellis neq; in præliis
q̄ in promissis & fide firmiorem: bis enim firmiorem intelligendum
est. Minus autem aduerbium est: quando cum positio iunctum
contrariæ significationis comparatiuum demonstrat: ut minus stul-
tus pro prudentior. Terentius in eunucho: Nemo fuit minus stultus
pro prudentior. Est tamen quando pro non aduerbio ponitur: ut mi-
nus bonus pro malus. Magis quoq; aduerbium non solum positio
sed etiam comparatiuo iungitur: quando ipse comparatiuus uel ad se
uel ad alium comparatur: ut achilles aenea fortior: magis q̄ iustior. Et
Aiax. Ulyxe fortior magis q̄ Diomede. & comparatiuus quidem gra-
dus ablatiui casui adiungitur utriusq; numeri. Interdum tamen eti-
am nominatiuo quando q̄ aduerbium sequitur. Superlatiuus uero
genitiuo plurali uel singulari iungitur: quando ipsum nomen singula-
re multitudinem significat: ut fortissimus gentis.

Quid sit superlatiuum.

Superlatiuum est quod ad plures sui generis comparatū
subponitur omnibus uel per se prolatum intellectum ha-
bet cum ualde aduerbio positiui: ut fortissimus græcorū
fuit Achilles: id est super omnes græcos fortis. Sin autē di-
cā fortissimus hercules fuit: nō adiciēs quorum intelligo ualde fortis
Tale est apud Ciceronem pro Marco marcello. Similium deo iudico
pro ualde similem deo. Et sciendum est q̄ ex eisdem formis: siue ter-
minationibus supradictarum in comparatiuis partium orationis fiūt
etiam superlatiua. Sunt igitur formæ superlatiuorum octo. Dux
quidem in quas pleraq; desinunt superlatiua rimus & simus. Sex ue-
ro in quas pauca desinunt: limus: ximus: timus: remus: simus: nimus

Et omnia superlatiua mobilia sunt per tria genera: idest mutatione
 us in a faciunt fœminina in um neutrum. In er igitur desinentia no/
 mina positiua cum sint adiectiua: siue secunda: siue tertia: declinatio/
 nis accepta rimus faciunt superlatiuum: ut pulcher pulcherrimus:
 miser miserimus: pauper pauperrimus: acer acerrimus. Excipiuntur
 dextimus & sinistimus pro dexterrimus & sinisterrimus. **Salustius in**
Iugurto: Sylla cū equitatu apud dextimos in sinistra parte Manlius
cūrabat cum funditoribus. In us uero terminantia secunda: declinati
onis assumunt genitiuo. s. & simus & faciūt superlatiuum: ut clarus
clari clarissimus: doctus docti doctissimus: perditus perditu perditissi
mus. Exceptis anomalis: idest inæqualibus: quæ sunt bonus optimus
malus pessimus: magnus maximus: paruus minimus: multus pluri
mus. Hæc autem inæqualia sunt. Excipitur etiam maturimus: cuius
quis positiuus sit maturus: tamē quasi a nominatiuo matur: qui nūc
in usu non est. nascitur in er desinentium regulam seruauit: idest in ri
mus terminatur. Inuenitur etiam maturissimus secundum analogiã
in us terminantium. Cicero ad Herennium in quinto: Quibus uirtu
tibus omnem tuam uitam possint eas in ætate maturissima uelint com
parare. Nuperimus etiam proferebant antiquissimi. Vnde aduerbi
um posuit Cicero in tertio ad Herennium: Et quoniam nuperime di
ctum est facile memoriæ mādatur. Qui superlatiuus magis ab aduer
bio in er desinente uidet nasci. Nomen enim positiuū in us desinit: ut
capro uidet nuperus: cuius accusatiuū protulit Plau. in captiuis: Re
cēs captū hominem nuperum & nouiciū & bene: ut enim superus sic
nuper nuperus debet esse. Lilius in odyssæa: Inferus an superus tibi
fert deus funera. Vlyxes uero tertiæ declinationis nomina quæ habet
superlatiuū absq; in er desinētibus de quibus supra dictum est. Cæte
ra genitiuo assumunt simus: ut locuples locupletis locupletissimus:
uilis uilis uilissimus: sapiēs sapientis sapientissimus: iners inertis iner
tissimus: concors cōcordis concordissimus: audax audacis audacissi
mus. Excipiūt hæc facillimus: difficillimus: gracillimus: humillimus
simillimus: dissimillimus: agillimus. Quorum cū in is desinant positi
ui abiecta is & addita limus faciunt superlatiuū. Excipiūtur etiam in
bris desinētia: ris enim in er mutant & accepta rimus faciūt superlati
uum: salubris saluberrimus: celebris celeberrimus. Cice. in secūdo ad
Herennium: Locus quaeritur celebris an desertus. Qui. tamē saluber
dixit & celebris in quarto fastorum phœbe saluber ades: & circus erit

pompa ceber numeroq; deorum. Ergo magis secundum analogiam
in er terminantium faciunt superlatiuum etiam ueterrimus. Notan/
dum q; cum in us eius positiuus desinat tamen formam in er termi/
nantium seruat in superlatiuo ueterrimus: q̄si a ueteri positiuo: quod
capri quoq; approbat auctoritas & usus antiquissimorum. **Ennius**
cum ueter occubuit **Priamus** sub matre pelafgo: cuius etiam cōpara/
tiuum ueterior protulit **Plautus** in bacchidibus: **Senem** tibi dedo il/
lum ueteriorem lapide ut lepidum reddas. ¶ **In** xinus duo desinunt:
unum anomalum a positiuo in us desinente secundæ declinationis
magnus maior maximus. Alter ab aduerbio: ut prope propior pro/
xiinus: quod tamen quando pro cognato accipitur positiuus significa/
tionem habet. Ideoq; a legislatoribus etiam comparatiue profertur.
apud quos saepe inuenitur proximiores: idest propiores cognati: ut
Vulpianus in libro uigesimo quinto: **Ut** ad edictū si quis pximior co/
gnatus nasceretur. **Vegecius** renatus rei militaris i li. primo: **Sed** late/
ra eorum subducantur ab hostibus ne possint accipere uulnus: & pro/
ximior dextra sit quæ plagam possit inficere. **Nec** mirum cum apud
græcos quoq; inueniuntur huiuscemodi: ut **Aristoteles** ἀπὸ τοῦ ἐσ/
χάτος ἐσχάτωτος dicit cum ἐσχάτος: idest extremus sit superla/
tiuus. ¶ **In** timus desinit unum anomalum optimus. & ab aduerbiis
siue præpositionibus deriuata hæc intra interior intimus: ultra ulteri/
or ultimus: citra citerior citimus. **Cicero** de republica in sexto: **Ex** qui/
bus ea minima quæ ultima a cælo citima a terris: luce lucebat aliena.
Affranus tamen etiam positiuum eius citer protulit in patellea teste
Aruntio: & præterea dextimus & sinistimus. **Extimus** quoq; pro ex/
tremus dicebant antiqui: **Varro** περὶ ἀγρονομίας. Porro inde ab uno
quoq; compito tertiæ uia oriuntur. Ex quibus singulæ exitum ad cæ/
los habent proprium a primo compito dextimam uiam munit. **Epi/
curus** celius in priō histo. **Dextimos** in dextris scuta iubet habere. **Sa/
lustius** in Jugur. ut supradiximus. **Sylla** cū equitatu apud dextimos
in sinistra parte **Manlius** curabat cum funditoribus. **Plinius** in sexto
naturalis historia. **Dyrachium** canusium: **Apuleæ** extimam. ¶ **In** re/
mus quæ sola forma. e. habuit longā penultimā: cū oīs forma superla/
tiuus. i. correptam habeat ante mus: ut pulcherrimus: doctissimus: sa/
pientissimus: maximus: ultimus. **Ab** aduerbiis siue præpositionibus
ueniētia desinūt: hæc extra exterior extremus: supra superior supremus
post posterior postremus. **Ex** quo apparet neq; supero neq; a postero

fieri cōparatiuos siue superlatiuos: sicut neq; ab infero infimus: quod solum infimus definit: sed ab aduerbio infra inferior infimus. Nam si essent a nominibus supero postero infero seruassent regulam in us terminantium secundæ declinationis quæ in simus proferunt superlatiuum & facerent supissimus: & inferissimus: posterissimus & cetera.

In nimus unum anormalum definit: ut paruus minor minimus.

In rimus unum a uerbo inuenitur detero deterior deterrimus. Et unum anormalum plurimus. In simus etiam unum anormalum inuenitur pessimus: Nam nouissimus uidetur secundum analogiam a nouo factum. Ab hoc autem quod est ante anterior superlatiuum in usu non inueni. A pene autem aduerbio superlatiuum in simus pro tulit. Plautus in Mustelaria: Ita ne mea consilia peruertit penissime.

Item ab eo quod est penitus aduerbio superlatiuo usus est. Idem in Persa: Furtiuam aduectam ex Arabia penitissima. Sciendum tamen q; etiam nomen inuenitur hic penitus huius peniti: ex quo magis superlatiuus gradus nascitur. Plautus in asinaria: Etiam ne age quæso Hercle: usq; ex penitis faucibus. Illud quoq; notandum quod omnia & comparatiua & superlatiua duarum excedunt numerum syllabarum. Exceptis his prior & primus & anormalis his minor & maior & peior & plus. Nec mirum cum positiua quoq; ex quibus comparatiua & superlatiua nascuntur bisyllaba sint: uel eo plus per genitiuos & uel unam uel duas assumentia syllabas faciunt supradictos gradus ut ditis ditior ditissimus: clarus clarior clarissimus: niger nigrior nigerrimus: utilis utilior utilissimus: similis similior similissimus: infra inferior infimus. Superlatiuus uero est quando comparatiuum superat una syllaba: ut quando in sinus definit iustior iustissimus. Et quando in rimus sinitur superlatiuus si positiui nominatiuus & genitiuus pares habeat syllabas: ut teter tetri tetrior teterimus: acer acris acrior acerrissimus. Est quando par est: ut i limus terminans: ut agili agilior agilimus: facili facilior facilimus. Est quando una iungitur syllaba: ut quando uel infimus: uel intimus: uel in remus definit inferior infimus: ulterior ultimus: exterior extimus uel extremus. Varro in orthographia. Ergo inter solis stationem: & sydera. vii. Exporrecta iam cet tellus huic extrema fluctu: Oceani interior neptuno cingitur hora Plautus in truculento: Bona perdididi mala repperi: factus sum quasi extimus a uobis.

De diminutiuis.

Diminutiuum est quo diminutionem sui primitiui absolute demonstrat: ut rex regulus: id est paruus rex. Ideo autem positum est absolute: quia comparatiua quoque non solum augent: sed etiam est quando minuunt uim primitiuorum: sed non absolute: ut maiusculus paruo maior quam ille qui magnus est. Ad aliquid enim omnimodo fit comparatio: ut breuior dicitur ad breuem: & angustior ad angustum dicitur. Unde quis in his quoque comparatiuis inueniantur quaedam diminutiua apud Latinos: ut supra docuimus. Non possunt tamen esse absolute: cum a comparatiuis sint deriuata: & ipsa quoque comparationem significant: ut maiusculus: minusculus. Necessesse est enim ea ad aliquid comparari: ut Terentius in cunuchis: Thais quam ego sum maiuscula est: id est paruo maior quam ego. Alia autem diminutiua. id est omnia quae non a comparatiuis deriuantur ex se se habent diminutionem: & nulli comparantur: ut regulus: tantulus. Solent autem diminutiua uel necessariae significationis causa preferri: ut Salustius in iugurthino. Postquam reguli in unum conuenere reguli. id est parui reges: uel urbanitatis causa. Ut Iuuenalis in satyra. Unde fit ut malim fraterculus esse gigantiu. Vel adulationis causa: et maxime puerorum: ut catulaster: antoniafter: patriciolus: sergiolus. Deriuantur igitur pleraque ab appellatiuis: pauca etiam a propriis: & seruat genera primitiuorum plerumque & saepe inueniuntur diminutiuum in diuersas definitiua formas: ut homo homuncio homunculus homulus homullulus. Sunt igitur diminutiuum formae generis masculini cula: ulus: absque: colus: ellus: xillus: illus absque. x. ulus: cio: aster: leus: culus: ut agniculus ingniculus: ulus absque. c. tantulus: olus sergiolus: capreolus: ellus agnellus illus. x. antecedente paxillus: paxillus absque. x. codicillus: tulus nepotulus: ullus homulus: cio homuncio: aster parasitaster: leus aculeus eculeus. Plautus in milite glorioso: Si te saluum hinc amittimus ueneriu nepotulum. Feminini autem generis haec sunt cula: ula: absque. c. ola: ella: xilla: illa absque. x. ulla. ut anicula: siluula: unciola: capella: maxilla: aguilla: ulla. Neutorum quoque sunt haec formae. culum ulum sine. c. olum ellum illum: cum. x. & sine eo ullum: ut corpusculum: corculum. Plautus in Cassina: Meum corculum: melculum: felculum: uerculum: ullum sine. c. capitulum laureolum lucellum uillum uexillum ullum. Et sciendum quod nomina tertiae uel quartae uel quatae de

clinationis: pleraque non tamen omnia ut quidam putauerunt diminuti-
 uorum masculina in culus. feminina in cula. neutrum in culum termi-
 nant. A prima uero uel secunda declinationis nominibus nullum in-
 uenitur diminutiuum in as desinens formas: nisi a primitiuo habe-
 at, c. ut græcus græculus: furca furcula. Earum igitur quoque formarum ut
 potero regulas conabor exponere. Monosyllaba i. s. desinentia uocali
 antecedente: cuiuscunque sunt generis & i er omnia quæ sunt tertiae de-
 clinationis: & in us neutra nominatiuo assumunt i masculino culus
 in feminino cula. in neutro culum: ut flos flosculus: mas masculus:
 mus musculus: plus plusculus: os osculum. Quod quis sit formæ di-
 minutiuæ tamen quia aliam habuit significationem fecit ex sese aliud
 diminutiuum oscillum. Similiter faciunt in er terminatiua dimmi-
 tutiuum: ut frater fraterculus: pater paterculus: quod & proprium inueni-
 tur. Mulier muliercula pauper pauperculus paupercula pauperculum.
 mater matercula. Plautus in Cistellaria: Tum tu igitur mea matercu-
 la. Excipitur uenter uentriculus. Luca. in. iii. Quæ iam non medius
 descendit in ilia uenter. Iuue. in prio: Infra uentriculum tenui distan-
 tia rima. Sic etiã in us neutra minus minusculum: corpus corpusculum:
 opus opusculum: crus crusculum: ut Plau. in Cistel. Cum extortis talis
 cum torcinis crusculis. Similiter thus thusculum. Idem in aulularia. Nunc
 thusculum emi hoc: & coronas floreas. Nec non & comparatiua eiusdem ge-
 neris terminationisque similiter faciunt diminutiua sed mobilia: id est
 masculini & feminini & neutri generis: ut maius maiusculus maiu-
 scula maiusculum: minus minusculus minuscula minusculum: Gradius
 grandiusculus grandiuscula grandiusculum: celerius celeriusculus ce-
 leriuscula celeriusculum. Vnde Cicero aduerbium celeriuscule protu-
 lit ad herennium in tertio libro artis rhetoricæ. Strenue quod uolumus
quæ a habent ante cuius : gallina gallinacius : ſicut membrana membra
naciſ carchina carchinaciſ . **I**n uus diuiſas tam a nominibus quã a
uerbis deriuata ſecundum in ius terminatorum regulam mutatione

extremarum litterarum uel litteræ in uis solent fieri : ut pater patri
 patruus : annus anni annuus : perspicio perspicuus : ambigo ambigu/
 us : piget piguus : ardeo arduus : uacuo uacuus : rigo riguus. ¶ Notan
 dum inter hæc menstruus : quod euphoniæ causa assumpsit t & r : In
 quus quoq; desinentia similiter fiunt æquo æquus : obliquo obliquus
 Sed magis ab his nominibus uerba q̄ a uerbis nomina sunt deriuata
 longus longinquus. ¶ Ideo assumpsit n ante quus : quia aliter eupho
 niæ satisfacere non poterat. ¶ In bus uel in cus desinentia a uerbis b
 uel c ante postremam uocalem habentibus deriuantur mutatione o
 in us & si ante eam sit alia uocalis eius quoque mutatione in us : ut p
 bo probus : turbo turbus . orbo orbus superbio superbus parco par/
 cus : luceo lucus : arceo arcus. ¶ Inueniuntur pauca a nominibus uel a
 uerbis in ulcus : sus subulcus : bos bubulcus : peto petulcus. ¶ In dus
 tres sunt formæ : una quæ seruat consonantem : ex qua ultima uel pe/
 nultima primitiu incipit syllaba. ¶ Sed tamen penultima si non in/
 tercedat consonans inter ultimæ & penultimæ syllabæ uocales : & reli
 quam eiusdem syllabæ uel syllabarum partem mutant in i correptâ
 & assumit dus. ¶ Ut herba herbidus turba turbidus : uua uuidus rabies
 rabidus : uiuo uiuidus : tumeo tumidus : timeo timidus : areo aridus
 squaleo squalidus : ferueo feruidus : inuideo inuidus : frigeo frigidus :
 ualeo ualidus. ¶ Excipitur alternitatis causa quam græci ἐπαλληλό/
 τητα uocant unum pando pandus : ne si pandidus dicamus. Male
 sonet alterna d in utraq; continua syllaba. q; in multis solent tam græ
 ci quã nos euitare. ¶ Non dicunt illi χαριβδιος quanuis exigat re
 gula : sed χαριβδεος nos quoq; illos secuti nõ dicimus huius charibdi
 dis : sed huius charibdis eiusdem uitii causa non dicimus ab eo quod
 est mane manumine : sed matutine : uitis uinctum non uitetũ : quod
 tamen etiam uidetur a uinea deriuatum. ¶ Præterea pro medidies me
 ridies a medio & die : sed tamen non in omnibus hoc ualet. ¶ Nam
 candeo candidus facit : sordeo sordidus : madeo madidus : nisi q; hæc
 secundæ coniugationis in deo. Illud unum idest pando tertix in do
 desinens : habuit huiuscemodi nomen. Et hæc quidem in dus supra
 dictæ formæ nomina demonstrantur habere ea in se : ex quibus deri/
 uantur : ut herbidus qui habet herbam turbidus qui habet turbam :
 tumidus qui habet tumorem rabidus qui habet rabiem : inuidus qui
 habet inuidiam. ¶ In bundus uero desinentia similitudinẽ habere signi/
 ficant ut uitabundus similis uitanti : prædabundus similis prædanti :

moribundus similis morienti: errabundus similis erranti: furibundus
similis furenti: & sunt omnia pene huiusmodi formæ nomina uerba/
lia. **E**t si a uerbis primæ coniugationis deriuantur a habent longam
antepenultimam: ut caufor caufaris caufabundus: uito uitas uitabū
dus. **S**in ab aliis i corripit ut ludis ludibundus furis furibundus. mo
reris moribundus: **E**xciuntur alternitatis causa rubicundus. quod
in penultima syllaba pro b c habet ne sit a consonum si rubibundus dica
mus. **T**ertia forma est in dus terminantium participialis. idest qua
terminationem habent participiorum futuri temporis passiuorum.
Et significat dignum esse aliquem eo quod demonstratur: ut lauda
bundus dignus laude: amandus dignus amari: legendus dignus le
gi loquendus dignus de quo loquuntur homines: **I**n lus desinentiū
formæ similes sunt diminutiuis: pendulus: credulus: & ueniunt tam
a nominibus quā a uerbis: ut annus anniculus: pateo patulus: cre
do credulus: pendo pendulus: bibo bibulus. **E**xtremas partes sylla
barum finalium: siue extremas syllabas. si sint pure in ulus uertunt:
excepto anniculus differentia causa: **N**am annulus diminutiū
est: & nouacula quod a nouo nouas deriuatur. **I**n rus desinentia si
ue uerbalia pauca inueniuntur quæ penultimam producant: ut ho
nor honorus odor odorus: decor decorus: cano canorus: sono sono
rus: quorum regula in promptu est. **N**am nomina us uerba rus al
sumunt. **I**n sus duplicem habent formam: uel enim participalia sūt
idest participiis præteriti temporis similia: & res incorporales signifi
cant: & sunt quartæ declinationis: ut usus cursus: lusus: uersus: quod
ab incorporali re ad corporalem quoq; adductum est: quæ est in litte
ris. **A**ut mobilia sunt & secundæ: ut lassus: fessus. cassus: **V**el o pro
ductam habent ante sus: & significant plenum esse aliquē eius: quod
significatur. ut saxosus plenus saxis: spumofus plenus spumis: uento
sus plenus uentis: harenofus plenus harena **F**iunt autem a primiti
uis suis hoc modo. **M**utant extremam partem syllabæ uel syllabam
si pura est in quam terminatur genitiuus in o productam & assumūt
sus: saxi saxosus: curiæ curiosus herba herbosus: scelus sceleris scelero
sus: **N**umeri numerosus. oneris onerosus: ponderis ponderosus: per
fidia perfidiosus. **N**otandum q; a metu meticolosus fit. **P**lautus in
Mustelaria. **N**escis quā meticolosa res sit ire ad iudicem. **I**n tus si sint
participalia: aut denominatiua uel incorporalia: & fixa sunt & quar
tæ declinationis: ut motus tumultus: sonitus: habitus: cultus: consu

latus: tribunatus. Aut mobiliâ & declinationis secundæ ut togatu
 paliiatus: tunicatus: loricatedus: gratus: latus: mutus. ¶ Et sciendū
 q̄ si a primæ declinationis nominibus deriuantur a habent penulti/
 mam productam .ut barbatus .stellatus: trabeatus purpuratus. Sin
 a secundæ uel terciæ in quibusdam a. In aliis i productam: ut palium
 palii paliiatus: anulus anulatus. ¶ Plautus in penulo. Quia incedūt
 cum anulatis auribus. ¶ Excipitur manuleatus: quod quis a penulti
 mam habet productam tamen a quarta declinatione deriuatur: ma/
 nus manuleatus: ¶ Plautus in Pseudulo. Manuleatam tunicam habere
 hominem addebet .i. manicatam grates uel gratiæ gratus .auitus: ma/
 ritus: cerritus: Ab auo mare cerere. ¶ Excipiuntur uetustus & liber/
 tus. In quibus nominatiui primitiuorum assumpserunt tus. A quar/
 tæ quoque declinationis nominibus deriuata u productam habent
 ante tus: ut cornutus: uerutus: astutus: uersutus. ¶ In ctus ptus: xus
 participialia siue uerbalia inueniuntur: amictus: sanctus: acceptus:
 sumptus: aptus: captus: flexus: laxus: fluxus: luxus: nexus. hæc enī
 omnia cum nō significant tempus nomia sunt. In stus a nominibus
 uel a uerbis nascuntur extremam partem conuertentibus. ¶ In stus e
 uel u antecedentibus: ut honor honestus: mœror mœstus: modus
 modestus scelus scelestus: robor robustus: ango angustus: augur au/
 gustus. Præterea uenus uenustus: ius iustus: honus honustus. Quæ
 quomodo uetus uetustus: assumpta tus faciunt deriuatiuum: & om
 nia una uincunt syllaba primitiua absque mœstus. In ax plerunque
 uerbalia inueniuntur ab omni coniugatione: uoro uorax: audeo au/
 dax: teneo tenax: emo emax: fallo fallax: capio capax: pellicio pellax
 sagio sagax: In ex correpta similiter a uerbis: lateo latex: uerto uertex
 uomo uomex: In ex productam similiter rego rex: lego lex: In ix foe/
 minina inueniuntur a masculinis uerbalibus siue denominatiuis in
 tor desinentibus defigurata quæ mutant or in rix ut uictor uictrix:
 sanator sanatrix: cultor cultrix: nutritor quoque nutritrix debuit face
 re .quod euphoniæ causa siue alternitatis mediam syllabam concidit
 nutritrix enim dicimus: In ox uerbalia uel denominatiua uoco uox: ue/
 lum uelox: In ux lucio lux: duco dux: In nx & in rx coniungo con/
 iunx: arceo arx: In duas consonantes participialia sapiens amans.
 cum sunt sine tempore. Inueniuntur & denominatiua . principium:
 princeps: municipium municeps.

Sequitur liber quintus de generibus digno-
scendis per singulas terminationes.

VONIAM DE SPECIEBUS SIVE FOR-



mis nominum quantum potuimus supra tractauimus. Nunc de generibus quarere conemur. Genera igitur nominum principalia sunt duo: quæ sola nouit ratio naturæ masculinum & fœmininum. Genera eni dicunt a generâdo pprie quæ generare possunt. Quæ sunt masculinum & fœmininum. Nam commune & neutrum uocis magis qualitate quam natura dignoscuntur. Quæ sibi sunt contraria. Nam commune modo masculini modo fœminini significationem possidet. Neutrum uero quantum ad ipsius uocis qualitatem: nec masculinum nec fœmininum est. unde commune articulum siue articulare pronomen tam masculini quàm fœminini genus assumit: ut hic & hæc sacerdos. Neutrum uero separatum ab utroque genere articulum asciscit. ut hoc regnum. Epicena idest promiscua: uel masculina sunt uel fœminina: quæ una uoce & uno articulo utriusque naturæ animalia solent significare. Dubia autem sunt genera quæ nulla ratione cogente auctoritas ueterum diuerso genere protulit. Ut hic finis uel hæc finis: cortex: silex: margo. Similiter grus bubo: damma: panthera: in utroque genere sunt promiscue prolata. Sunt alia communia non solum masculini & fœminini sed etiam neutri & sunt adiectiua: ut hic & hæc & hoc fœlix: sapiens. Sunt quædam tam neutra quam uoce mobilia: ut natus nata: filius filia. Sunt alia natura & significatione mobilia: non etiam uoce: pater: mater: soror: patruus: amita: auunculus: matertera. Sunt alia uoce non etiam naturæ significatione mobilia: ut lucifer lucifera: frugifer frugifera. Siue enim de sole siue de luna siue de agro: siue de terra loquar. nulla est discretio generis naturalis in rebus ipsis: sed in uoce sola. Sunt alia quasi mobilia: cum a se non a masculinis fœminina nascantur: ut helenus helena: danas danaa: liber libra: si ber fibra. Vnumquodque enim eorum propriam & remotam a significatione masculini habet demonstrationem & positionem. Sunt alia quæ differentia causa significationis mutant genera: ut hæc pirus. & hoc pirum: hæc malus & hoc malum: hæc arbutus & hoc arbutum: hæc myrtus & hoc myrtum: hæc prunus & hoc prunum. Et

hæc in plerisque inuenis arborum nominibus in quibus ipsæ arbores
 fœminino. fructus uero in neutro genere proferuntur: uel ligna ut
 hæc buxus arbor: hoc buxum lignum. **Virgilius**: dant arbuta syl/
 uæ cruentaque myrta cerea pruna uolabile buxum. **De** singulis igitur
 terminationibus quomodo possint comprehendere genera prout
 potero: hinc tractare incipiam. **Masculini** generis terminales inue/
 niuntur litteræ septem. a. o. l. n. r. s. x. ut scriba. **Cicero**. sol: flamen:
 rex: **Cæsar** bonus. **Fœminini** quoque eadem: ut Roma uirgo: ta/
 naquil syren: mater ciuitas: pax. **In**. e. quoque producta inueniuntur
 fœminina: sed græca duntaxat. ut tay gete: eutrepe, & in um si/
 gurate: ut glycerium mea. Et dorcium & philorcium. **Communia**
 in eadem delinunt litteras in quas & masculina: ut hic & hæc adue/
 na: homo uigil. tibicen. fidicen: ut quibusdam placet: **Nam** usus
 eorum fœminina in a terminat: tibicina: fidicina: hic & hæc pauper
 ciuis: dux: **Neutorum** xii. inueniuntur terminales litteræ: a. e. cor/
 repta. i. u. l. m. n. r. s. c. d. t. ut pœma mare. gummi. cornu. mel. nume/
 regnum tuber. sydus: lac aliud: caput. **Communia** trium generum
 delinunt in. i. m. r. s. x. ut hic & hæc & hoc frugi: nequam: par: pru/
 dens: audax. **In** igitur desinentia uel masculina sunt: uel fœmini/
 na: uel communia: uel neutra **Masculina** sunt: quæ cum sint pro/
 pria apud latinos in a terminantia: apud græcos assumunt s ut **Cati**/
 lina: sylla: fimbria: aquila κατῆλινασ σῖλλασ φυμβριασ ἀκυλλασ.
 uel contra apud græcos in as desinentia uel in es apud nos in a termi/
 nantur. **Ut** μαρσῖασ σωσῖασ βυρρῖασ χαῖραῖασ τούρῖασ βαγράδῖασ
 marsya losia **Bytria**: **Charea**. **Turia**. **Bagrada** κιοῦρῖσῖσ ποιητῖσ σκυ/
 τασσορῖσ ἢ σελίκερτον λεπτὰσθῖσ. pœta: citharista. scyta. sophi/
 sta. melicerta. leptatha: **Salustius** in secundo historiarum. **Quem**
 ex mauritania rex leptatha proditoris simulatum cum custodibus
 miserat. **Excipitur** hæc charta: & hæc cataracta margarita: catapul/
 ta. quæ cum sint masculina apud græcos: apud nos etiam genus cū
 terminatione mutauerunt: quæ autem turia & similia fluminum nomi/
 na masculina sunt ostendit etiam. **Salustius** in am terminans eius
 accusatiuum in secundo historiarum. **Inter** leuam mœnium: & dex/
 trum flumen turiam. **Nam** si esset neutrum accusatiuus esset simi/
 lis nominatiuus. **Illam** quoque in a desinentia quæ officiorum sunt ad/
 uiros pertinentium masculina esse nulla dubitatio est scriba: lixa. col
 fiii.

lega. Quæ uero cum apud græcos communia sunt: uel mobilia apud
latinos in .a. desinunt tatum: nec ex masculinis in us desinētibus trās/
formantur communia sunt tatum: & pene omnia sunt a uerbis com/
posita uel deriuata: ut hic & hæc agricola: cælicola: aduena: parricida
graiugena: conuiuia. **Pomponius in auctorato:** Conueni omnes con/
uiuas meas. **Hora. in secundo sermonum:** Ut conuiuia satur. **Alia ue/
ro omnia propria siue appellatiua in .a. desinentia fœminina sunt:** ut
Roma: curia: musa: alia. **In promiscuis tamē inuenimus quædam au/
ctortate ueterum secūdam masculinum genus prolata.** **Virgilius in**
primo georgico. Aut oculis capti fœder e cubilia talpæ. **Idem in buco**
licis: Cum canibus timidi uenient ad pocula dammæ. **Horati.** tamen
fœminino hoc idem protulit in primo carminum: **Subiecto pauida**
natarunt æquore dammæ. **Idem in secundo epistolarum:** Si foret in
terris rideret **Democritus:** seu diuersum confusa genus pãthera came
lo: siue elephas albus uulgi conuerteret ora. & hoc magis in quadru/
pedibus inuenis. **Nam in aliis animalibus si sint promiscua in .a. fœ/
minini articules assumunt.** **In .a. neutra non inueniuntur latina:** sed
græca: ut pœma: schema: toxeuma: emblema: peripetasma. **Nisi tria**
**monosyllaba latina eiusdem generis litterarum nomina indeclinabi/
lia. a. k. h.** **Omnia enim nomina elementorum propria neutra sunt:** tã
apud græcos q̄ apud latinos & indeclinabilia. **Numerorum uero no/
mina quæ declinantur mobilia sunt:** uel per duas uel per tres termina
tiones: ut unus una unum: duo duæ duo: tres uel tria: ducenti ducē/
tæ ducēta. **Indeclinabilia uero communia sunt trium generum:** ut ha
& hæ & hæc quattuor quinque sex: & sic deinceps usque ad centum
Mille quoque trium est generum: quia est indeclinabile. **In .e. corre/
pta neutra sunt omnia:** ut mare: sedile: monile. **In .e. producta græcã**
fœminina: euterpe: lybie. **In .i. neutrum hoc gummi:** & a genitiuis cõ
posita communia trium generum: ut eiusmodi. **Nam nihili: frugi: mã**
cipi: obliqui sunt casus figurate cum omnibus casibus adiuncti. **In .o.**
i. antecedente quando non sunt uerbalia siue participialia masculina
sunt: ut stellio: gargulio. **Quando sunt uerbalia siue participialia fœ/
minina sunt:** ut oratio: actio: coniugatio: interiectio. g. uel. d. antece/
dentibus. **Si mutant. o. in .i. fœminina sunt:** ut uirgo uirginis: carthã
go carthaginis: fuligo fuliginis: dulcedo dulcedinis: cupido cupidi/
nis: quod tamen & masculinum est: quando proprium est ipsius: a/

A

P

E

S

O

moris. Excipiuntur supradictæ declinationis masculina: ut hic ordo
 ordinis: cardo cardinis. **M**argo quoque auctoritate poetica non
 solum masculini: sed etiam feminini inuenitur. **S**tatus in primo the
 baidos: **S**oluerat hesperii de uexo margine ponti. Propria quoque in
 ueniuntur feminina: quæ apud græcos in ω uel in ων desinunt: ut mā
 to: dido: sappho: ruscino: bibon. & unum latinum **I**uno: & appellati
 uum in ro: ut caro. **A**lia uero masculina sunt: ut stellio: anio. **C**i. **M**ilo
 apollo: mango: prædo: ligo: carbo: sermo: quaternio. **E**xceptis pau
 cis communibus: quæ communia esse tam ipsa natura: q̄ exempla
 græcorum nobis demonstrare possunt: apud quos uel communia
 uel mobilia hæc inueniuntur: ut hic & hæc homo ἡ δὲ δᾶν Τρωπός καὶ
 ἡ ἀνορὸς ποσὶς hic & hæc latro ὄλησις καὶ ἡ λησις. **I**nueniuntur tam
 men quædam ex his in .o. in .a. facientia feminina: ut leno lena. **I**u
 uenalis in secundo: **A**ut apud isacæ potius sacraria lena. **C**aupo quo
 que caupona facit quod est tam taberna quam mulier. **E**t ad imita
 tionem græcorum leo leana uel lea: draco dracæna: strabo: straba:
In .u. neutra sunt: ut cornu: gelu: genu: ueru. **I**n .c. duo sunt neu
 tra: hoc lac lactis: & allec allecis. **I**n .d. neutra sunt: quid uel quod
 & aliud. **H**æc enim ratio nomina esse ostendit: & bogud bogudis
 nomen barbarum: quod **L**iuus in ceterisimo. xiiii. declinauit bogudis
In al neutra sunt omnia: ut tribunal: ceruical: uectigal. **E**xcipitur
 unum monosyllabum masculinum: ut hic fal falis. **T**ertius in cunu
 cho: **Q**ui habet salem quod in te est. **S**alustius in iugurto: **N**eque sa
 lem neque alia irritamenta gula. **I**nueniuntur tamen quidam uetu
 stissimi etiam neutro genere hoc protulisse. **B**arbara uel i al desinen
 tia masculina sunt: ut hannibal: hiempsal: hasdrubal. **I**n el correpta
 neutri generis sunt: ut mel: fel: subtel: Τόκοιδον ὁ ἡπερ. **I**n el pro
 ducta barbara inueniuntur masculina: ut est hic **M**ichael: hic **G**a
 briel: hic **R**aphael. **I**n il unum masculinum pugil: femininum
 tanaquil: unum commune uigil: unum neutrum indeclinabile ni
 hil: quod per apocopam: id est per abscisionem extremæ syllabæ ab
 eo quod est nihilum: factum est nihil. **I**n ol unum masculinum:
 ut sol solis. **I**n ul unum latinum masculinum reperitur: ut consule:
 duo communia præsul: exul: & barbara suthul: muthul: & sunt pro
 pria oppidorum nomia: **Q**uæ ideo quidam neutra esse putauerunt: q̄
 appellatiuis neutris sunt coniuncta. **S**ed melius est figurate esse sic

AC

apposita dicere oppidum suthul: ut si dicam mons ossa & tyberis fla-
men: quam dicere neutri generis in ul terminantia: & maxime cum
lingua poenorum: quæ chaldeæ uel hebreæ similis est: & syræ nõ ha-
beat neutrum genus. ¶ In am inuenitur commune unum trium gene-
rum & utriusque numeri: ut hic & hæc & hoc nequam. ¶ In im quo-
que unum proprium neutrum cim nomen uici: ut dicit cellus & bar-
bara indeclinabilia: non solum in am & in im: sed etiam in alias quo-
que litteras terminantur: in quas latina uel græca nomina non solent
desinere: ut **Abraam: Ioachin: Loth: Ruth: Iacob: Dauid: Balac.** Sed
hæc nomina nulla regula latina uel græca sunt moderanda: nisi trans-
ferantur in aliquam formam declinabilem: quod quidam historici
fecerunt: ut **abraamus. abraami.** ¶ In um neutra sunt omnia: ut hoc
templum: regnum: rectorum. Inueniuntur tamen apud **Comicos** fœ-
minarum propria: quæ in hanc terminationem diminutionis siue
adulatiõnis amatoricæ causa proferunt: ut **glycerium: philorcium: dor-
cium: sophronium: arbrotonium:** quæ quauis habeant articulos fœ-
mininos: declinationem tamen & formam tam apud latinos quam
apud græcos seruant neutrorum. ¶ In en correptam a canendo com-
posita masculina sunt: ut **cornicen: fidicen: tubicen: tibicen.** Quorum
fœminina quæ sunt in usu a genitiuo figurantur mutata in .a. **fidici-
nis fidicina: tibicinis tibicina.** Alia uero omnia in en desinentia corre-
pta neutra sunt: ut hoc **numen: stamen: solamen: semen:** Cuius
nominatiuum tamen etiam hoc feminum antiqui protulisse inueni-
untur. **Plautus in Milite glorioso: Verri** affertur merces non hic suo
feminio quicquam procula: nam imperteritus est. Excipitur **flamen:**
sacerdos: Iouis: & pecten: quæ sunt masculina. **Trogus** historicus in
uigesimosecundo: fœmininum a flamine protulit: hæc **flamina.** **Pa-
picio flamina: flaminio** obiit. ¶ In en producta latina generis ma-
sculini sunt: ut **lyen: rien uel ren: & spleh splenis.** ¶ Græca uero in
n. desinentia eadem genera seruant quæ apud græcos habent: ut hic
titan: hæc syren. In ar latinum unum duntaxat masculinũ inuenitur
dissyllabũ: ut hic **cæsar** & masculina monosyllaba **nar: lar.** **Vir. i. vii.**
Sulfurea nar albus aqua: lar quod significat kato kear laris facit geni-
tiuum. Sin aut imperatore ueientorũ lartis: quẽ mactauit **coslus:** &
testis est **Oui.** in epigrammatibus: sic dicens: **Larte ferox cæso coslus**
opimo tulit. **Liuius** in quarto: ab urbe condita. **Larte** tolumnio re/

ge ueientorum. **Barbara** uero plura: ut aspar: bostar: bomilcar: arar: quod etiam araris dicitur. **Lucanus** in texto: Rhodanumque morantem præcipit arar. **Virgilius** in bucolicis: Aut ararim parthus biber: aut germania tygrim: accusariuum in im protulit: qui a nominatio est in is terminante: hic araris. **Vnum** etiam commune trium generum eiusdem extremitatis inuenitur hic & hæc & hoc par: & ab eo composita impar dispar compar separ. **Alia** uero in ar desinentia latina neutra sunt: ut hoc lacunar: instar: laquear: lupanar: far: columbar: quod significat genus uinculi. **Plautus** in rudente: Nam in colubari collus haud multum post erit. **In er** si sint secundæ declinationis masculina sūt: ut sacer: ager: auster: beuer: fiber: puer: oleaster. **Si** uero sint tertiæ declinationis in er desinentia. b. uel. u. loco consonantis quidem antecedente neutra sunt: nisi sint adiectiua: ut tuber: suber: cadauer: uer: uber: quod significat τὸ βυδωρ. **Virgi.** in septimo: Non uobis latino rege diuitis uer. **Agri** troiaue opulentia deerit. **Excipitur** hic imber: quod uidetur & a græco esse δὲ ἄμβροσ & illius genus seruasse: & ex eo composita september: october: mulciber. **Terræ** quoque factus si sint in er desinentia tertiæ declinationis neutri sunt generis: ut sifer: papauer: lasser: ciccr: sifer. **Excipitur** hæc acer: quod huius aceris facit genitiuum. **Nullum** enim scemininum in er desinens secundæ potest inueniri declinationis. **Quidius & platanus** gemalis: acerque coloribus impar. **Solinus** in memorabilibus de arbore turis: palam fieret in torto esse uimine ramis ad aceris qualitatem. **Iter** quoque uel itiner uetuste neutri est generis & spinter quod ἄκρος ἥρον aut fibulam in humeris aut armillam significat. **Plautus** in Menechinis: Iubeas spinter nouum reconcinnari. **Idem** in eodem: Mihi tum de deris palam & spinter nouum nunquam reperies. **Alia** uero masculina: sūt: ut hic frater: pater: asser: passer: cancer. **Vetustissimi** tamē hoc cancer de morbo protulerunt: hic ager: ancer: cancer: & hoc carcer quidam protulerunt: quos non sequimur: hic equester: paluster: **Exceptis** duobus quæ ipsa natura defendit sceminino genere mater & mulier. **lyntre** quoque quod apud græcos masculinum est δὲ λυντρε apud nostros scemininum est. **Liui.** in sexto: **Tam** i altum expulsa lyntre. **Et** adiectiuis exceptis: quæ si non in is faciunt sceminina necessario cōmunia sunt: ut celer masculinum celeris facit scemininū cuius in. e. neutrum. inuenitur. **Quidius** in .viii. metha. **Præda**que potita nefanda fert secum spoliū celeris progressaque porta. **Terentius** in

phormione: Nullus es geta nisi consiliū aliquod celere repperies. Pau-
per cuius fœmininum in .a. uetustissimi proferebant. **Plautus in Vi-**
dularia: Paupera hæc res est. **Terentius in andria:** Quam honeste in
patria paupera uiuere. **Degener** uber ὄϊον τε λήσῃ ἐν τε λήσῃ τὸ ἐν τε λήσῃ
Lucretius in sexto: Sequitur grauis imber & uber. **Cato in secundo**
originum: Itaque res uber fuit antequam uastassent regiones. ¶ **Ala-**
cer & acer & saluber & ceber quauis alacris & acris plerunque faci-
ant: & salubris & ceberis fœminina in utraque: tamen terminatione
communis generis inueniuntur prolata. **Virgilius in sexto:** Anchises
alacris palmas utrasque tetendit. **De anchisa dicit idem in quinto æ-**
neidorum: Ergo alacris cūctosque putans excedere palma. **Terentius**
in cuncho: Quid tu es tristis quid ue alacris? **Neuius in carmine Bel-**
lipunici: Fames acer augetur hostibus. **Ennius in decimosexto:** Ac-
statem autumnus sequitur post acer hyems. **Idem i duodecimo:** Om-
nes mortales uictores cordibus uiuis lætantes uino curatos somnus
repēte in campo passim mollissimus perculit acris: hic uolucer & hæc
uolucris & hoc uolucris facit. **Horatius in tertio carminum:** Includit
uolucris dies. ¶ **Frequentior** tamen usus in er profert masculina &
in is fœminina: quorum neutra semper in .e. finiuntur. In ir masculi-
na sunt: ut hic uir: leuir: treuir: abadir deus est. ¶ **Dicitur & hoc no-**
mine lapis ille quem Saturnus dicitur deuorasse pro Ioue quem gra-
ci & βατήρα uocant. ¶ **Unum** proprium ciuitatis inuenitur **Gadir:**
quod quidam fœmininum esse putauerunt. **Sed Salustius** neutrum
esse ostendit in secundo historiarum accusatiuum similem nominati-
uo ponens: ut alii tradiderunt **Tertessum** Hispaniæ ciuitatem quam
nunc tiri mutato nomine gadir habent. **Nam** si esset fœmininum
gadirem dixisset. **Et unum** neutrum indeclinabile hoc ir. ¶ **In or** com-
paratiua quidem communia sunt: ut hic & hæc fœlicior: melior: mi-
nor. **Excepto** hic senior. ¶ **Alia** uero omnia masculina sunt: ut hic
Orator: cursor: horror: doctor: labor. **Exceptis** fœmininis qui-
dem tribus: quorum duo ipsa natura alterius generis esse prohibet:
uxor: soror. **Arbor** etiam quod iure inter fœminina connumeratur
q̄ mater quidem proprii dicitur fœtus unaquæque arbor. **Auctore**
Virgilio: qui in secundo georgico. hoc esse ostendit dicens: Parua sub
ingenti matris se subiicit umbra. **Vnde** specialia quoq; uniu'scuius q̄
arboris fœminina sunt. **Excepto** o' castro: quod tam forma termina-
tionis quam declinatio prohibuit esse fœmininum. **Nam** siler non

est inter arbores ponendum sicut nec rubus. Neutra quoque in or
 desinentia quattuor inueniuntur: marmor: æquor ador: cor. Præte
 rea communia quæ etiam apud græcos communia sunt memor im/
 memor. & a decore uel corpore uel colore composita: ut hic & hæc in
 decor: dedecor: bicorpor: tricorpor: discolor: concolor. Auctor quo
 que quando ἀὐθεντων significat commune est: quando ἀὐξήτων:
 autrix facit fœmininum sicut omnia uerbalia in or desinentia. In ur
 si sunt hominum propria uel deorum uel gentilia uel appellatiua au
 um. f. uel. x. uel. t. ante ur habentia masculina sunt: ut anxur: astur.
 turtur: uultur: fursur. Verbalia uero quæ hominibus imponi possunt
 communia sunt si sint tertiæ declinationis: ut augur: fur. Horatius
 in sermonum primo: Iulius & fragilis pedatiæ furque uoranis. Vnum
 secundæ declinationis inuenitur. satur masculinum. cuius fœmininū
 in. a. terminatur. Alia uero omnia eiusdem terminationis nomina
 neutra sunt: ut murmur: sulfur: guttur: tibur: iecor iecoris uel iecino/
 ris: guttur quod etiam masculino genere protulit Plautus i aulularia
 Et ne obturat gutturem inferiorem ne quid anima forte admittat dor
 miens. In as latina si sint patriæ communis sunt generis: ut hic &
 hæc arpinas: susenas: capenas: quorum ideo extrema syllaba circum/
 flectitur: quia per syncopam sicut sæpe diximus sunt prolata. An
 tiquissimi enim hic & hæc arpinatis: susenatis: capenatis. proferre sole
 bant. Alia uero omnia in as desinentia fœminina sunt: ut pietas: pro
 bitas: auctoritas. Excepto uno proprio Mæcenas mæcenatis. Est
 etiam lenas: quod differentia causa in sine circumflectitur. Iuuenalis
 in primo: q̄ captator emat lenas aurelia uendat. Inueniuntur ta
 men quoque propria in formam gentilium prolata: ut ancias histori/
 cus. Et monosyllaba as assis: mas maris: uas masculinum uadis: Vas
 neutrum uasis. Et hoc fas nefas nugas: & omne communis generis
 quæ sunt in declinabilia. Græca uero tam in as q̄ in alias quascunq;
 terminantia syllabas eadem genera seruant apud nos quæ habent a/
 pud græcos: si eandem seruent terminationem: etiam apud latinos
 quam habent apud illos. In multis enim uidemus commutatione ter
 minationis genera quoque esse cōuersa: ut δ κρατήρ hæc cratera δ χάρ
 τησ hæc charta δ κηρός hæc cera δ ἀμφορέύσ hæc amphora δ πᾶνηρ
 hæc panthera. Horatius in secundo epistolarum: Diuersum confu
 sa genus panthera camelo. Siue elephas albus uulgi conuerteret
 ora. In es correpta si sint apud græcos communia uel mobilia quæ illi

V

A

E

ΤΡΗΥΕΝΗ uocant: hoc autem etiam ex ipsa rerum significatōne potest
 cognosci in omnibus appellatiuis utrum masculinorum nec ne fœmi
 ninorum quoq; possint esse adiectiua uel etiam neutrorum. Quod si
 ipsa exigat significatio in es desinentia communia sunt: ut hebes tam
 de mare q̄ de fœmina dicitur. Significat enim tardus tarda. **Miles**
 quoq; hic & hæc miles. **Ouidius in secundo methamorphoseos** de ca
 listone loquens. Miles erat phœbes: nec manalon attigit ulla: grator
 hæc triuia: sed nulla potentia longa est. Similiter præpes qui & qua
 in altis uolat. **Teres** quoq; rotundus & rotunda. **Comes** a comitan/
 do hic & hæc comes: quod tam ad mares q̄ ad fœminas pertinet. Et
 omnia similiter utriq; generi conuenientia diues: superstes: quadru/
 pes: inquietus: sospes etiam & hospes. **Lucanus in quinto: Hospes** i ex/
 ternis audiuit curia tectis. **Frequenter** tamen hæc duo in genere fœ/
 minino a terminat auctores: ut **Virgilius in tertio: Bellum** o terra ho/
 spita portas. **Lucanus in tertio: Tunc** obtulit hospita tellus puppibus
 accessus faciles legere rudentes. & hospita uino. **Ouidius in secundo**
fastorum: Principio mensis frygiæ contermina matri. hospita delu/
 bris dicitur aucta nouis. **Inuenitur etiam antistita pro antistes. Cicero**
de signis: Postridie sacerdotes cereris atq; illius phani antistitæ ma
 iores natu probata: ac nobiles mulieres rem ad magistratus suos de
 ferunt. **Neutris** quoq; coniuncta hæc: idest in es communia inueni
 untur: ut **Virgilius in septimo: Sed** hæc tereti mos est aptare flagello
Iuena. in quinto: Nec unq̄ depositū tibi hospes erit. **Luca. Rerū** nos
 summa sequetur imperiumq; comes. **Salustius in primo** historiarum
Nobis primæ dissentiones: uitio humani ingenii euenere: quod inqui
 es atq; indomitum semper in certamine libertatis: aut gloriæ aut do/
 minationis agitur. **Alia** uero omnia: idest quæ nulla significatōne na
 turalem communionem habent cū fœmininis masculina sunt: ut gur
 ges: trames: stipites: fomes: cespes: limes. **Exceptis** i ges delinē/
 tibus: quæ in genitiuo. e. seruant. **Sūt** enim fœminina duo seges sege
 tis: tegetes tegetis. & uno arboris nomie: quod ratiōe supradicta fœmi/
 ninū est: abies abietis: & compes cōpedis. **Tērē. Habēdæ** compedes.
Aries & paries masculina sunt. e. seruāt i omnibus obliquis casibus. **In**
 es pductā si sint quitæ declinatōis fœminia sūt. **Excipit** unū dies: q̄
 tam masculini q̄ fœminini generis i singulari numero inuenit: ex quo
 & dīminutio fit diecula. **Tērē. in andria: Eho** impudēs unum fatis est
 q̄ tibi dieculam addo. **In plurali** uero semp masculinū inuenitur. **Nō**

enim incertum tempus uidetur significare: quod plerunq; in foemini-
no genere numeri singularis inuenitur. Ideo autem diximus plerunq;
quia inuenitur in usu & pro certo tempore foemininum: & pro incer-
to masculinum. & e contrario: **Virgilius in secundo aenei.** Venit sum-
ma dies. **Lucanus in sexto:** Nō usq; adeo permiscuit imis: lōgus sum-
ma dies: ut si non uoce Metelli seruantur leges malint a caelare tolli.
Stattius in primo: Longumq; in secula digna promeriture diem. Ex
eo quoq; compositum semper masculinum hic meridies. Certum enī
significat tempus dici. **Tertentius in adel.** Ipso meridie stipulam colli-
gendo. Alia uero in es desinentia productam: quae sunt ppria mascu-
lina inueniuntur: ut hercules: ulyxes: perfes: achilles: uerres: chremes
laches. Excepto uno foeminino ceres cereris. Appellatiua uero si sint
ad homines pertinētia quae apud graecos communia sunt: uel mobi-
lia: apud nos communia sunt: ut haeres locuples: quod & neutrum ē.
Alia uero foemina sunt: ut caedes: strages strues: uulpes apes: lues:
abes: clades: nubes. Excipitur hic uerres appellatiuum: cum pro cum
significat. In is finita nomina si sint adiectiua uel deriuatiua: appella-
tiua communia sunt. Et si ad homines proprie solos pertinent non fa-
ciunt ex se neutra: ut hic & haec ciuis: hic & haec hostis. **Stattius in se-
cundo thebaidos:** turbidus incertusq; oculis uigilantibus hostem oc-
cupat amplexam. Cum de uxore helemi gorge loquitur: hic & haec
fannis. ad lis quia dignitatis est ad uiros pertinentis masculini gene-
ris. Sin tam ad homines q̄ ad alias res dici possunt in. e. faciunt neu-
trum: ut hic & haec suauis & hoc suauis: hic & haec dulcis & hoc dulce
hic & haec regalis & hoc regale: hic & haec amabilis & hoc amabile.
Alia uero in is desinentia. n. uel duas consonantes in eadem syllaba
uel duplicem consonantem ante is habētia & quae penultimā syllabā
una ex liquidis termināt masculina sunt: ut panis: funis: amnis: ignis
pilcis: falcis: fustis: postis: uectis: axis: mensis: ensis: anguis: unguis:
collis: follis: corbis: orbis: torquis. Excipitur haec bipennis: quod ideo
foemininum est: quod quasi adiectiuum est securis: uel quod a poena:
quod ipsum quoq; foemininum est compositum. Sed adiectiuum hoc
esse ostendit **Virgilius:** ferro bipenni ponens in. xi. Ferro sonat alta bi-
penni fraxius. Excipitur etiam canis commune quod & natura sic ef-
se ostēdit. Finis quoq; & clunis tam masculini quā foeminini generis
usurpauit auctoritas in una eademq; significatione. **Iuuenalis in qui-
to:** Ad terram tremulo descendunt clune puella. **Hora. i. prio sermo.**

Quod pulchre clunes breue quod caput ardua ceruix. **M**ulta tamen
& in hac & in aliis terminationibus confudisse genera inueniuntur. **V**e
tustissimi quos non sequimur: ut hæc amnis funis: anguis. **C**omposi
ta siue ex masculinis siue ex femininis: si adiectiua fuerit communia
sunt: ut hic sanguis hic & hæc exanguis & hoc exangue: hic animus
hic & hæc exanimis & hoc exanime. hæc cuspis hic & hæc tricuspis.
Inuenitur tamen hoc etiam neutro generi adiunctum: sed per obliquos
casus. **Q**uidi. in primo metha. **P**ositioq; tricuspide telo. mulcet aquas
rektor pelagi. **P**estis etiam & neptis & uestis cum duas consonantes
ante is habeant feminini sunt generis. & ualuis: turris: peluis: quan
uis penultima syllaba liquidis terminantur: tamen feminina sunt.
Illa quoq; masculina sunt: quæ crescunt una syllaba in genitiuo: ut la
pis lapidis: puluis pulueris: sanguis sanguinis: uomis uomeris: cinis
cineris. Excipiuntur hæc cuspis cuspidis: cassis cassidis: quorum extre
ma syllaba amborum ab. s. ceperunt: quod in eiusdem formæ ma
sculinis non inuenies: lis quoq; litis. **A**lia oia in is desinētia feminina
sunt: ut auis: classis: puppis: cutis: securis: messis: bilis: strigilis: uis.
Græca uero eandem habentia terminationem genera quæ habent a
pud græcos: seruant etiam apud latinos: sicut & alia pene oia: quod
iam superius diximus: ut paris tybris tygris: thetis. **M**elaris a mola
deriuatum potest esse commune cum adiectiuum est. **S**ed quia ple
runq; ad lapidem uel dentem refertur usus frequēs masculinum hoc
profert. **S**tatus in quinto thebai. **V**asteq; fudes fractiq; molares. **I**n
os terminantia tria feminina inueniuntur: dos dotis: glos glotis: cos
cotis. **E**t quinq; communia custos: sacerdos: bos: compos impos.
Neutra duo os oris: os ossis. **A**lia uero omnia masculina sunt: ut ros:
mos: flos: nepos: lepos. **I**n us correpta secunda uel quarta declinatio
nis. Si sint arborum nomina feminina sunt. propria quoq; uel appel
latiua uel græca os in us conuertentia: quæ apud græcos feminini
sunt generis: sic apud nos: ut hæc cupressus: myrtus: laurus: pirus:
cornus: quercus: fagus platanus: scirus: beritus: pilus: ilius. **A**ppellati
ua uero: ut arctus: cristallus: costus: fascellus. **A**lia græca quæ commu
nia sunt: apud nos quoq; communia sunt. ὁ ἡ φιλόσοφος hic & hæc
philosophus ὁ ἡ φιλοκαλός hic & hæc philocalus. **A**lia uero omnia e
iusdem terminationis supradictarum declinationum masculina sunt
ut hic clarus: magnus: animus: uentus: somnus: lacertus: cursus: me
tus sexus. **Q**uanuis **P**lau. hoc sexus huius: sexi neutro genere ptulit

De

Ve

in rudente uirile sexus nunquam ullum habui. ¶ **Fluctus** arcus potest
 rus : acus unde aculeus diminutiuum teste probo. ¶ **Sed** in usu frequenter
 hac acus inuenimus. **Lucanus in decimo.** ¶ **Quod** nilotis
 acus compressum pectine serum. **Iuuenalis in secundo.** ille superci/
 lium madida fuligine tinctum. **Obliquo** producit acu. **Idem in eo**
 dem. **Emerita** quæ cessat acu: Inuenitur etiam hoc acus aceris quod
 graeci σκῆβριον uocant idest purgamentum frumenti. **Varro rerum**
rusticarum .iii. Acus substernendum gallinis parturientibus in area
 excutitur. ¶ **Idem in primo.** argillam mixtam acere. ¶ **Excipiuntur**
 secundæ declinationis hæc humus aluus. **Virgilius in secundo ænei/**
dos : In latus inque feri curuam compagibus aluum. **Actius ta/**
men masculinum hoc protulit in primo annalium. ¶ **Maia** nemus
 retinens grauido concepit in aluo. **Et domus :** colus : quæ tam se/
 cundæ : quam quartæ declinationis inueniuntur. ¶ **Quartæ** uero a/
 nus nurus : socrus : quæ ipsa natura fœminina esse ostendit. **Et præ**
terea manus : tribus porticus : ¶ **Et neutra** pelagus : quia apud grae/
 cos eiusdem generis est : ut uulgus quod tam masculini quam neu/
 tri generis iuenitur: uirus quoq; neutri est generis: sicut & pus quod
 est indeclinabile. **Penus & masculinum & fœmininum & neutrum**
inuenitur. **Virgilius in primo ænei.** Cura penum struere. **Terenti/**
us in eunucho: Cum in cellulam ad te patris penum omnem conge/
 rebam elanculum. **Horatius in primo epistolarum.** Annone pro fit
 portet frumenta penusque. In us correpta tertiæ declinationis nomi/
 na neutra sunt: ut munus : opus. **Excipitur** hic lepus : hæc uenus:
 hic & hæc lygus . hic & hæc & hoc uetus : **Et pecus** quod fœmini/
 num hæc pecus pecudis : declinatur teste capro : & neutrum hoc pe/
 cus pecoris. In us pducta si sint monosyllaba neutra sunt. ut rus crus
 plus : thus : ius. **Excipiuntur** tamen hic mus. hic & hæc sus : hæc
 grus **Supra** syllabam autem fœminina sunt : ut seruitus : iuuentus :
 senectus uirtus : incus : salus : tellus. ¶ **In ax** desinentia si sint adie/
 ctiva cõmunia sunt trium generum : ut hic & hæc & hoc capax : au/
 dax : contumax : paruicax : rapax : fallax. **Alia** uero omnia etiam
 si interposita sit alia consonans fœminina sunt: ut fornax : fax : pax :
 lanx : arx : calx : falx. **Propria** uero graeca & barbara masculina sunt:
 ut aiax : farnax : atax. **In ex** monosyllaba masculina duo inueniun/
 tur grex rex. **Alia** uero omnia monosyllaba in ix quacunq; uocali siue
 consonante antecedente fœminina sunt : ut lex : sex . nix pix : nox : crux

nux calx: merx. **Excipitur** unum hic & hæc dux. **In** ex supra syllaba in penultima syllaba i antecedente fœminina sunt: ut hæc uibex ilex: filex. **Auctores** tamen & hic filex proferentes inueniuntur. **Iuuenalis** in secundo. **Nec** melior filicem pedibus quæ conterit atrum **Quidius** in .vii. methamorphoscos. **Aut** ubi terræna filices fornace soluti. **Virgilius** in octauo. **Stabat** acuta filex præcis undiq; saxis. **pelex** quoq; ad mulieres pertinens fœmininum est: nec non carex: supellex. **Virgilius** in tertio georgicorum. **Et** carice pastus acuta. **Alia** nisi sint adiectiua masculina sunt: ut hic uertex: culex: polex: codex: murex: cortex. hoc tamē etiā fœmininū inuenitur. **Virgilius** i. viii. **Raptus** de subere cortex. **Idem** in bucolicis. **Tunc** phatontiadæ musco circumdat amara corticis. **Atq;** solo proceras eligit alnos. ueruex etiā cuius finalis syllaba naturaliter producitur masculinum est. **Iuuenalis** in primo. **Sutor** & elixi ueruecis labra comedit. **Adiectiua** omnia in .x. desinentia siue e siue quacunq; uocali antecedente communia sunt trium generum: ut hic & hæc & hoc simplex artifex. **In** ix si penultima breuis est masculina sunt: ut hic calix: hic uarix. **Excipitur** hæc salix & hæc filix. **Ut** **Virgilius** in secundo georgicorum: **Et** fœlicem curuis inuisam pascit aratri. **Alia** uero fœminina sunt: ut hæc matrix: cornix: lodix. **Similiter** radix clafendix: quod significat concham qua signum tegitur. **Plautus** in uidularia. **Apposita** est clafendix. **At** ego dicā signi quid sit: & omnia uerbalia ut nutritrix: uictrix meretrix: natrix: quod tamen cum speciem anguis significat masculinum quoq; inuenitur. **Lucanus** in octauo. & natrix uiolator aquæ. **Potest** tamē hoc etiā figurate ad serpentem uideri redditum: quod etiā fœminino genere profertur. ut idem: hinc maxima serpens phiton sicut prænestæ sub ipsa. **Obstetrix** quoq; pro obstitrix. **Excipitur** hic fornix: quod quauis penultimam positione longam habeat. tamen masculinum est. **Adiectiua** supradictam seruant generum regulam. ut hic & hæc & hoc pernix: fœlix. **Sciendum** tamen est q; in uerbalibus in trix terminantibus inuenimus obliquos casus coniungi solere etiā neutris uictrici signo. **Lucanus** uictricia tollite signa. **Quā** uis hoc uictrix non memini me legisse: & si analogia declinationis exigat. **In** ox adiectiua sunt ut pernox: ferox: uelox. excepto uno celox species nauis est. **Et** monosyllabis his nox uox de quibus supradictū est. **In** ux supra syllabam masculina sunt propria ut polux. uolux. **Et** unum commune quod habet n interpositā in nominatiuo: & eam in

obliquis casibus amittit: ut hic & hæc coniunx coniugis. Sunt tamen qui nominatiuum quoque putent sine n scribendum. In yx græca sunt & seruant eadem apud nos genera: phryx: cryx: styx: landyx. Breuiter quoque de generibus in x terminatiuum sic possumus dicere quod in x desinentia adiectiua communia sunt trium generum: ut hic & hæc & hoc audax: artifex: scælix: uelox. Appellatiua uero ad utrumque sexum hominum pertinentia communia sunt utriusque sexus: hic & hæc coniunx: dux. Quæ autem ad solos mares pertinent masculina & quæ ad fœminas fœminina: ut hic rex: hæc pelex. Græca uero siue nota eadem seruant & apud nos genera. quomodo & barbara ut hic phæax: aiax: calix ἀπό τοῦ κύλιξ. polux: arax: uolux. hæc sphinx nox. Reliqua supra syllabam nisi sint fœtus terræ e ante. x. habentia masculina sunt ut hic cimex: uertex: apex: exlex: ueruex. Excipitur supellex. Alia uero omnia in x desinentia fœminina sunt: ut hæc pax: nux: crux: ilex: carex: filix. ἀφ' ἧς fornax uibex: μέλωψ: celox. Excipiuntur hic grex: uarix fornix: hic & hæc cortex silex. In t neutra sunt ut caput sinciput occiput: git: μέλας ἰών: Nepet oppidi nomē. In duas desinentia cōsonantes si sint adiectiua cōmunia sunt trium generum: ut hic & hæc & hoc expers: prudens: inops insons: In is sunt ponenda & illa omnia quæ apud græcos uel cōmunia sunt: uel faciunt ex se fœminina: ut princeps δ ἀρχηγός καὶ ἡ ἀρχηγός. Virgili. in. x. Tu mihi nunc pugnae princeps tu rite propinques. Auguriū frigidibusque adsis pede diua secundo. Municeps δ σὺν τελευτῇ καὶ ἡ σὺν τελευτῇ. Iuuenalis i. iiii. Municeps Iouis aduexisse lagenas. parens quæ quauis possint figurate neutris quoque adiungi. in plurali tamen numero deficit eorum secundum neutra terminatio: Et fortassis quoniam aliud significat. Principia: municipia: parentia: nec apud græcos tamē habent neutra δουκεχοισιν δὲ δέ τερα quæ nō sunt adiectiua. Alia uero si sint monosyllaba fœminina sunt: ut ars: fors: gens: mors: lens: frons: mens pars: scrops: fors. Ouidius i sexto methamor. Aut procul egesta scrobibus tellure duabus. Et masculino tamen genere inuenitur. Plautus in amphitrione. Ibi scrobes effodito duplos sexagenos in dies. Ops: stips: trabs: stirps. quod etiā masculinum inuenitur. Et maxime in arboribus: ubrs: puls: exceptis fons pons mons: dens mars. Quæ uero supra syllabam sunt si sint propria uel ipsa desinentia masculina sunt: ut aruns ufens. cynips mauors manceps adeps κύνιψ forceps auceps: quæ tamen ueteres etiam fœminino genere protulerunt. Varro in secundo rerum rusticarum. adipēs

illa pro adep̄s marsus adipis: pondo. xx. uetuste. **Neuius** in lignaria.
Signare oportet frontem calida forcipe. **Cetera** uero fœminina sunt
 hyems cohors: **In** aus fœminina sunt ut fraus: laus. **In** æs diphthon/
 gum unum masculinum præ prædis. & unum neutrum æs aris **Sci**
 endum tamen q̄ uetustissimi in multis ut diximus supradictarum
 terminationum inueniuntur confudisse genera nulla significationis
 differētia coacti sed sola auctoritate: ut hic & hæc aspergo $\rho\alpha\upsilon\tau\iota\delta\alpha.$
Alius arcus adep̄s uel adipes: charta cardo cinis uel ciner ceruix: col/
 lis crux: calx: cupressus: platanus: populus: laurus. aquila crinis: car/
 basus colus. hic & hæc cassis: clunis: hic & hæc conscia: calix fornax.
 frutex: rex: frons frontis: hic & hæc humus: imbrex: limus: latex: **Acti**
 us non calida latice lautus lembus linter lepus: agnus: leo pampinus.
 perdix: hunc & hanc palumbem: hic & hæc fex: **Rudens** $\beta\acute{\epsilon}\nu\alpha\upsilon\sigma\omicron\omicron\varsigma$
 socrus suparus $\iota\pi\acute{o}\alpha\iota\kappa\omicron\sigma$ & hoc suparum senex: stirps: torris: kop
 $\omega\eta\eta$ tyaras thybris: amnis: torquis: trames: uesper: hic & hæc uepres
In multis etiam aliis confudisse genera uetustissimi inueniuntur siue
 in eisdem terminationibus siue mutantur eas terminations. **Neutra**
 quoq; quædam solebant etiam masculino genere proferre uel e contra
 rio: ut hic & hoc guttur murmur: hic & hoc globus. q̄ etiam glomus
 glomeris dicitur: hic fretus etiam & hic dorsus: huius fretus dorsus p̄
 fretum freti & dorsum dorſi dicebant hic gelus uel gelum pro hoc ge/
 lu: histrum pro hister: & henum: tanagrum: metaugrum: **Iberū** uul/
 turnum: oceanum. **Hoc** tamen quotiens flumen sequebatur solebant
 facere: **Iubar** quoq; tam masculinum q̄ neutrum proferebant: **Ennius**
 in annalibus. **Interea** fugit albus iubar hyperionis cursum. **Caluus** i
 epithalamio. **Hesperū** ante iubar quotiēs hoc iubar dixit. **Si** enī esset
 masculinū uel fœmininū iubarē dixisset hoc iubar: hic & hoc liquor:
 hic & hoc papauer hic & hæc & hoc penus & hoc penū. **Plautus** i **Pseu**
 dulo. **Nisi** mihi annuus penus hic ab amatoribus cōgeratur: cras po/
 pulo prostituam uos o puellæ. **Lucilius**. **Magna** penus paruo spacio
 consumpta peribit. **Plautus** in captiuis. **Dicam** seni curet sibi aliud
 penus. **Cæsar** strabo i oratione qua **Sulpitio** respōdit. **Deinde** propin
 quos nostros messalas domo deflagrata penore uolebamus priuare.
Afranius in talione. **Vos** quibus cordi est intra tunicam manus leua
 dextra in penum herile: hic & hæc & hoc pecus. **Ennius** in nemea pe/
 cudi dare uiuam marito: **Potest** tamen hoc figurate esse prolatum.
 ut si dicam aquila maritus uel rex auium. hic & hæc retis & hoc rete

hic & hoc sexus: hic & hæc & hoc specus: hic & hoc sal. Cato in secūdo: Ex sale qui apud carthaginenses fit. Affranus in cōpialibus: Ut quicquid loquitur sal: merum est. Etia hoc sal Ennius protulit i quarto annalium: Caruleum spumat sale conferta rate pulsum pro mare. Supradictorum tamen nominum usus: & apud Caprū & apud Probum de dubiis generibus inuenies.

Incipit de Numero

Numerus est dictionis forma quæ discretionē quantitatis facere potest. Est autem uel singularis uel pluralis. nam dualis apud latinos non inuenitur. Singularis est ut homo: pluralis ut homines. Et sciendum q̄ in uno proprie numerus non dicitur. sed abusiue. quomodo nominatiuus casus non est sed abusiue dicitur q̄ facit alios casus: quāuis multi de hoc dicant q̄ ideo casus sit dicitur: q̄ a generali nomine cadunt omnium specialium nominatiui. Sed si ob hoc casus est dicendus: omnes partes orationis possunt uideri casum habere. Verbum enim & aduerbium & coniunctio a generali uerbo & ab aduerbio & coniunctione cadunt in speciales positiones singularum. Alii autem dicunt q̄ ipsa terminatio nominatiui cadens in alias diuersas terminationes: non incongrue casus nominatur: cum naturam habeat ut cadere possit: & cadendo faciat omnes casus. Quippe casus dicitur non solum illud in quo aliquid cadat: sed etiam ipsa res quæ cadit. Vnde aptota dicunt illa nomina doctissimi artium scriptores quæ nominatiuum tantum habet casum in quo refutatur eorum ratio. qui ideo putant eum casum nominatiuum: q̄ a generali nomine cadat. Postumus etiam a maiore & a frequentiore parte casuum qui sunt obliqui hunc quoque accipere nominatiuum quomodo & syllabas ex singulis uocalibus dicimus. Ergo singularis quoque numerus bene dicitur: q̄ ipse gemiatus & multiplicatus facit oēs numeros. Et q̄ omnes numeri ex ipso componuntur & in ipsum resoluuntur. Et singularis quidem numerus finitus est: pluralis uero infinitus. Cum enim dico homo est: certum est de uno dicere. cum uero homines: incertum est de quot. Nam a duobus usque ad innumerabiles extenditur significatio. Itaque natura numerorum quoque certorum inuenit nomina: quibus adiunctis nihil citra ultraque liceat intelligere: ut homines duo centum uel mille: ergo dubitationem plura

g iii.

liū discutit adiunctio eorum nominū : quæ in singulis numeris sunt
 propria: & sunt suæ cuiusdam positionis. Quippe cū sint pluralia nō
 a singularibus nata: omnia enim a se nascuntur. Nam duo non est ab
 uno deriuatum: nec tres a duobus: nec quattuor a tribus. Numeros
 autem hæc habent dictiones quæ personas quoque habent finitas uel
 infinitas: idest nomina: uerba participia: uel pronomina. Vnde si
 deficiat personis uerbum: deficit etiam numero. Qualia sunt infini/
 ta impersonalia gerundia: uel supina. Aduerbiū uero quanuis saepe
 demonstrat numerum ad significationem nominum numeraliū: Nō
 tamen quasi accidentem hunc habet. Accidentia enim generalia fere
 sunt ad omnes species partium perfectarum. Quod enim dicas singu/
 laris numeri aduerbiū: uel quod pluralis: cum similiter omne aduer/
 biū tam singularibus q̄ pluralibus uerbis adiungitur: etiam nume/
 rale quencunque numerum significet ut sigilatim circueo & sigilatim
 circuiuis. Pluraliter loquor & pluraliter loquimur sapissime dico: &
 sapissime dicimus: q̄ in nulla parte alia numerum possidente potest
 contingere: nisi figurate: ut cum sint numeri singularis plurali adiu/
 gantur: uel cum sint pluralis singulari. Præter ea nomen & pronome
 & uerbum & participium declinantur in numeros. Aduerbiū autē
 quicquid significat uel quencunque numerum indeclinabile manet
 hoc tamen interest inter numerorū nomina quæ sunt indeclinabilia:
 & inter aduerbia q̄ ea licet tam singularibus adiungere ut prædixi q̄
 pluralibus: ut milies dixi & milies diximus. Illa uero non nisi plurali/
 bus: ut mille homines diximus. Nec præpositio ergo nec coniunctio
 nec interiectio numerum habent quippe nec personas significant. In/
 ueniuntur quædam nomina quæ utrunq; numerum eadem uoce de/
 monstrant: ut in prima declinatione singularis genitiuus: & datiuus
 & nominatiuus pluralis & uocatiuus: ut huius & huic pœtæ: hi & o
 pœtæ & in mobilibus trium generū omnibus singularia foeminina &
 pluralia neutra habēt eandē uocem hæc prima ἡ πρῶτη καὶ τῆς πρῶτης
 ἡ ἐπὶ καὶ τῆς ἐπὶ maxima ἡ μέγιστη καὶ τῆς μεγίστης in secunda quoque
 declinatione genitiuus singularis & nominatiuus & uocatiuus plura/
 lis idē ē. ut huius docti hi docti & o docti. In tertia uero omnia i es pro/
 ductā nominatiuū terminātia: cū pares habeat nomiatiuo genitiuus
 syllabas. nomiatiuus quoq; pluralis & accusatiuus & uocatiuus idē est
 ut hic uerres: hi & hos & o uerres: hæc cædes hæc & has & o cædes: in
 quarta ē genitiuus singularis & nominatiuus & accusatiuus & uoca

tius pluralis idem est. **Quippe** in omnibus his casibus pducitur us
 huius fluctus hi & hos & o fluctus. In quinta quoq; declinatōne om
 nis nominatiuus & uocatiuus singularis: & nominatiuus & accusati
 uus & uocatiuus pluralis idem est: ut hęc & o res: spes: facies: hęc &
 has & o res: spes: facies. **Nec** solum in nominibus: sed etiam in prono
 minibus inuenies communia quadam utriusq; numeri: ut in his quę
 genitiuum uel datiuum singularem in. i. terminant: & similiter uoca
 tiuum pluralem: mei: tui: sui: nostri: uestri: illi: isti: ipsi: ei: qui quoq; tā
 singularis est nominatiui q̄ pluralis. **In** participiis quoq; mobilibus i/
 dem fit quod in nominibus. **Nam** in uerbis nulla uox eadem apud la
 tinos singularis est & pluralis: quia id apud gręcos interdum inueni
 tur: ut εἷων ἔτυπτον. **Sunt** quadam nomina semper singularia uel
 natura uel usu. **Natura** ut propria quę naturaliter indiuidua sunt: ut
Iuppiter: Venus: Ceres: Achilles: Hector: sol: luna: Italia: Sicilia. usu
 quoq; quę singulariter proferri tradidit usus: ut sanguis: puluis. **In**
 his tamen ipsis est quando euentus uel partitio regionum uel diuer/
 sę opiniones uel auctoritas ueterum cogit: uel quando pro appellati
 uis quoq; proferuntur: ut etiam plurali numero proferantur. **Euentus**
 quod euenit saepe eodem nomine proprio duos uel plures nuncupari
 ut **æneas achisæ filius: & syluius æneas: pyrthus filius achillis: & Pyr**
thus rex Epirotarum: Ajax thelamonius & ajax oilei filius. **Hęc** enī
 non naturaliter communia sunt. quippe nullam qualitatem commu
 nem significant: sed casu diuersis contingere personis. non enim ideo
 eodem nomine nuncupati sunt ut qualitatem similem habeant: id est
 q̄ duo albi essent uel duo nigri. **Idem** facit partitio regionum: ut gal/
 lia citerior: & gallia ulterior: diuersę opiniones: q̄ quidam multos so
 les: & multas lunas putauerunt esse. **Terra** quoque uirtus: pietas: iu/
 stitia: probitas: & similia quando deas significant propria sunt: quan/
 do uero ptes uel in hominibus sitas res: appellatiua sunt. **Itaq;** si sint
 ppria nō habēt plurale numerū. **Sin** appellatiua habēt. auctoritas ut
 mella: frumēta: ordea: farra: plurali numero ptulit **Vir.** cū in usu fre/
 quētiore singularis numeri sunt: sicut alia quoq; plurima: ut sanguis:
 puluis: pax: quę tā singulariter q̄ pluraliter prolata idē possunt signi
 ficare: sed pluraliter nō utimur eis: quia auctoritas deficit cui si collig
 buisset quomodo cruores dicere sanguines: uel quomodo cineres sic
 pulueres nihil impediret. **Sciendū** tamē q̄ metallorū uel seminū uel
 humidorū ad mensurā uel ad pensum pertinētium pleraq; singularia

semper inueniuntur: ut agrum: argentum: aes: plumbum: stagnum:
 uitrum: auricalcum: electrum: triticum: δριζα: faba: lens: pisa: cōchis:
 acetum: liquamen: mulsum: oleum. Adeo autem haec uetus regula nō
 prohibet etiam pluralia habere: quod quidam confisi auctoritate: plu-
 rali quoque ut dictum est protulerunt numero: ut ordea frumenta fa-
 ba: uina mella. **S**imiliter sunt quaedam semper pluralia uel natura uel
 usu: natura ut gemini proprium in signo caelesti & pisces usu ut ma-
 nes: arma: mœnia: floralia: saturnalia: nundina: kalēdæ: nona: idus:
 compitalia: neptunalia: & omnia pene festorum nomina sunt quæ-
 dam singularia uoce intellectu pluralia: quæ etiam comprehensua
 dicuntur: idest **πληθυντικὰ** ut populus: exercitus: legio. **A**lia cōtra
 intellectu singularia: uoce pluralia: ut **Athena**: theba: mycena: ma-
 nala: gargara: dyndima: bactra. **I**nueniuntur tamē etiam in his qua-
 dam singulariter prolata idem significantia. **V**irgi. in quinto: **Argoli-**
co ue mari depransus & urbe mycena. **S**tatus in octauo: **V**ive super-
 stes ait: **Dira**que ad mœnia thebes solus abi: **Menalus** quoq; dicitur
 & tartarus & gargarus. **V**irgilius in bucolicis: **Menalus** argutumq;
 menus pinusq; loquentes semper habet. **I**dem in sexto: **T**um tartarus
 ipse: **B**is patet impræceps tantum tenditq; sub umbras.

De figuris.

Figura quoq; dictionis in quantitate comprehenditur uel
 enim simplex est: ut magnus: uel composita: ut magnani-
 mus: uel decomposita quam graeci **περσωνοζον** uocant:
 idest a compositis deriuata: ut magnanimitas: quæ rationabiliter se-
 paratim accepta est figura a graecis. **N**eque enim simplex potest esse
 quæ a composita deriuatur dictione: neq; cōposita quoniam quod su-
 um est compositum non habet: idest ut per se ipsa ex diuersis compo-
 natur dictionibus separatim intelligendis sub uno accentu & unam
 rem suppositā idem significandam accipiat: ut iuramentum: res publi-
 ca: & talia. una enim ē res supposita: dua uero uoces diuersæ sub uno
 accentu prolata: quas inuenis separans compositum etiā si sit a corru-
 ptis cōpositū: ut est parricida: hoc enim ipsum p se compositū: quare
 tes ex quibus dictionibus est inuenimus diuisione facta eas per se in-
 telligendas. **D**icimus enim a parente & a uerbo cadere: quæ utraq; p
 se integra sunt & intellectū habent plenū: quod in decōpositis fieri nō
 potest. **S**i enim dicā magnanimitas cōpositū ē a magno & animitate

nihil dico: animitas enim per se nō dicitur: necesse ē ergo dicere q̄ magnanimus quidem compositum est a magno & animo quæ sunt itelligenda per se. **A** magnanimo autem deriuatum est magnanimitas: quæ inueniuntur multa dubia utrum decomposita sint an composita: ut impietas: infelicitas: profecto quæ si ab impio & infelice & profecto dicamus esse deriuata decomposita sunt. **C**um autem in duo se paratim itelligenda possunt diuidi uidentur esse composita: quomodo participia quæ a compositis uerbis deriuantur: ut perficiēs: negligens: circumdans: anteueniēs. **S**unt tamen quædam quorum simplicia in usu frequenti nō sunt: ut defensor: repleo: compleo: suppleo: deleo: releo: defendo: offendo: respiceo: aspiceo: despicio: suspicio: quæ aut rationabiliter simplicia quoq; horum possunt dici: ostendūt nomina ex eis nata. **P**lenus quasi a pleo uerbo: letum quasi a leo uerbo & leor: spectro etiam uerbum quasi a spicio uerbo natum est frequentatiuum. **C**omponuntur autem nomina quattuor modis: ex duobus integris: ut tribunus plebis: iurandum: ex duobus corruptis: beniuolus: pinirapus. ex integro & corrupto: ut inimicus: extorris. ex corrupto & integro: ut efferus: impius. **E**t sciendum q̄ omnes partes oratiōis habent composita absq; interiectione & plerisq; participiis. **I**nteriectiones enim semper simplices sunt. **P**articipia uero uel simplicia sunt uel decomposita plerunq; idest a compositis uerbis deriuata sunt. **P**er se enim raro componitur participium. **N**am si quis dicat a faciens participium compositum fieri efficiens sciat hoc minime posse fieri: nisi ipsius uerbum compositum prius fuerit: ut efficio atq; ex hoc uerbo nasci participium efficiens. **Q**uæ enim participia per se componuntur pleraque amittentia uim participii transeunt in nomina: ut potēs: impius: doctus indoctus. **I**deo autem diximus pleraque q̄ illa participia uidentur esse ex simplicibus suis composita: quæ non uerborum sui temporis: sed participiorum simplicium regulam seruant: ut cōtingi contactus: a simplici tactus: coegi coactus: a simplici actus: cōtuli collatus: a simplici latus. **N**omina uero componuntur uel cum aliis nominibus: ut omniparens: paterfamilias: uel cum aliis uerbis: ut armiger: lucifer: uel participiis: ut senatus decretum plebiscitum. **V**el pronomi- nibus: ut huiuscemodi: illiuscemodi. **V**el ab aduerbiis: ut satisfacio: beneficus: maleficus. **V**el cum prepositionibus: ut imprudens: perfidus. **V**el coniunctiōibus uterq; quisq; nequis: siquis: quæ cōposita esse ostendūtur a fœmininis in .a. desinentibus: ut siqua

nequa: quomodo aliqua. Nam si non essent composita fœmininum
in .a. diphthongum fecissent: si quæ: nequæ: uti quis fœmininum fa-
cit quæ. Et componuntur uel a duabus dictionibus: ut septentrio: se-
miuir: uel tribus: ut imperterritus: inexpugnabilis: inextricabilis: uel
amplioribus: ut cuiuscunquemodi: quæ tamen solent etiam a compo-
sitis secundam compositionem accipere. Primo enim compositum ē
perterritus: expugnabilis: extricabilis: & post imperterritus in expu-
gnabilis: inextricabilis. Similiter imperfectus: ineluctabilis. & simi-
lia. Est ergo illud quoque attendendum quod separata composita non so-
lum in simplices resoluuntur dictiones: sed etiam in antecompositas:
sicut sunt ea quæ a tribus uel amplioribus componuntur: ipsa tamen
quoque antecomposita necesse est in duas intelligibiles dictiones re-
solui. Componuntur tamen quædam etiam ex decompositis: potens
a uerbo potes: quod est compositum ex hoc componitur impotens:
omnipotens: ignipotens: uiripotens. ex simplici & decomposito. Et sci-
endum est quod si duo sint nominatiui ex utraque parte declinatur com-
positum: ut respublica reipublicæ: iurandum iurifurandi: quod
græci nunquam faciunt in compositis. Dicunt enim oportere compagi-
nem qua coherant in compositione dictiones immobilem manere. hoc
igitur non seruantes latini diuersorum quidem utimur declinatione
accentu tamen compositorum. In omni enim casu sub uno accentu
ea proferentes composita esse ostendimus: & possumus dicere per sin-
gulos casus ea componi: quod dicentes non uidemur contra supradi-
ctam græcorum de compagine rationem facere. Nec mirum est per
singulos casus apud nos nomina componi: cum apud illos quoque eti-
am uerba quædam inueniuntur: quæ per diuersa tempora componuntur:
ut κατὰ γράφω κατ' ἐγγραφὸν ἀναγίνωσκω ἀνεγίνωσκον. Nam si
a præsentis κατὰ γράφω dicamus nasci κατ' ἐγγραφὸν incipit labefactari
compago compositionis: quod recusat ratio. Vnum apud latinos in-
uenitur nomen: quod quis ex duobus nominatiuis sit compositum
non tamē ex utraque parte declinatur: id est alteruter alterutrius: quod
tamen ipsum non absque ratione declinatur. Nam cum duæ pugnant
contra se regulæ ut alteram seruet necessario perdet alteram. Om-
nia tamen nomina uel etiam pronomina quæ genitiuum in ius termi-
nant debent hunc habere communem trium generum: ut unus uni-
us: una unius: unum unius: solus solius: sola solius: solū solius: Ille il-
lius: illa illius: illud illius. Cū igitur fœmininum & neutrum supradicti

nominis ex corrupto & integro sint composita hiatus causa & eupho-
 nia: alterutra pro altera utra: alterutrum pro alterum utrum & ne-
 cessario habuerint extrinsecus declinationem: id est alterutrius. **Vn-**
de Cicero pro Marcello: Quod si in alterutro peccandum sit; malim
 timidus quam parum prudens uideri. **I**taque masculinum quoque
 eorum est declinationem secutum propter rationem supradictam in-
 ius terminantis genitiui: qui communis uult esse trium generū. **N**ec
 solum tamen in declinationibus nominum hoc inuenitur: sed etiam
 in accentibus: ut uterque: utraque: utrunque: plerisque: pleraque: ple-
 runque. **F**œmininum enim quanuis penultima breuis sit: accētum
 tamen in ea habuit acutum sicut masculinum & neutrum. **Q**uæ enī
 nisi separata sit si græcos sequimur: coniunctio enclitica non debet
 esse. **N**isi illud dicamus quodque quando cum integris componitur
 dictionibus: quanuis significationem suam amittit: id est coniuncti-
 onis tamen enclitici uim seruat: pleraque: ubique: utraque: exceptis
 differentia causa: ut itaque: utique. **I**n his enim non solum coniunctio
 sed etiam præposita ei aduerbia proprie uim significationis conuer-
 tunt composita. **V**etustissimi tamen altera utra: & alterum utrum:
 & alterius utrius solebant proferre: ut plerum plera **P**lerum: absque ad-
 ditione q̄. **C**icero in prothogora: Quæ igitur potest esse idignitas uo-
 luntatis ad molestiam nisi in magnitudine: aut in longitudine alteri-
 us utrius posita. **C**ato de ambitu: Sed sūt partim qui duarum rerum
 alterius utrius causa magistrum petunt. **I**dem in primo originum:
Agrum quem uulsi habuerunt campestris: plerum ab originum fuit
Pacuius in Doloeste: Pater Acheos in capherei saxis pleros perdi-
 dit. **I**dem in teucro: Periere danai plera pars pestundata est. **A**selius
 in tertio historiarum: aduerbialiter sineque extulit: ut fieri solet ple-
 rum: ut in uictoria mitior mansuetiorque fiat. **E**rgo nihil aliud est
 in nominibus hisque nisi syllabica epictasis quomodo ce in quibus-
 dam pronomibus & aduerbiis hisce: hocce: illicce. **N**am & plerum
 plera plerum: & plerisque & pleraque & plerunque idem significant
Uter uero & uterque diuersas habent significationes: ut enim πῶς
 ποσ diuiduam uim habet uterque ἐκ τῆρος collectiuam ubi πῶς πῶς
 ubique πανταχοῦ. **I**n his ergo & similibusque si coniunctionem ac-
 cipiamus composita sunt. **S**in syllabam deriuatiua. **S**imiliter undiq̄
 denique: itaque. **S**in uero ex utroque casu obliquo composita
 sunt: nomina manent indeclinabilia: ut sunt huiusmodi: illiusmodi:

istiusmodi: cuiusmodi: eiusmodi: cuiusmodi. **S**in ex nominatio & obliquo: uel ex obliquo & nominatio: nominatio declinatur tantum: ut praefectus urbis: senatusconsultum. **E**t inuenimus per omnes casus fere composita: ut iurisperitus: legislator: praefectus urbis & praefectus urbi: tribunus plebis & tribunus plebi: agricola agrum colens: caelicola id est caelum colens: mactes id est magis aucte. **A**ntiqui tamen & mactus dicebant: menceps mentecaptus: & singularia cum pluralibus componuntur: ut orbis terrae & orbis terrarum: pater familias pater familiarum: armipotens armorum potens: magister militum. **Q**uidam composita haec existimant a secretis a caelicolis a responsis ab atis. **P**ossunt tamen haec eadem etiam separata esse si diuersos accentus his dederis uel interponas coniunctiones: ut resque publica: populusque romanus: tribunusque plebis. **S**i quis ad imitationem graeci enclitice prolatum quidam putant: ut nunquis: nequis. **O**stenduntur tamen ea sine dubio composita tam a foeminino singulari quam neutro plurali in .a. desinentibus. **C**ompositio enim non enclitica corumpere dictiones solet. **D**icimus enim siqua nequa ut aliqua.

De casibus.

Casus est declinatio nominis uel aliarum casualium dictionum quae fit maxime in fine. **N**ominatio tamen siue rectus ut quibusdam placet: quae a generali nomine in specialia cadat casus appellatur: ut stilum quoque manu cadentem rectum cecidisse possumus dicere. **V**el abusiue dicitur casus: quae ab ipso nascuntur omnes alii. uel quae cadens a sua terminatione in alias facit obliquos casus. **Q**uæritur autem quid sit inter indeclinabilia & aptota & monoptota. **E**t sciendum quae aptota & monoptota indeclinabilia sunt. **S**imiliter enim non uariant terminationem: sed immobilem eam seruant. **A**ptota tamen sunt proprie dicenda quae nominatio solum habent qui plerumque & uocatio inuenitur & non accipitur etiam pro obliquis: ut Iuppiter: diespiter. **N**on enim licet eodem pro genitiuo uel alio obliquo casu uti. **I**deo autem dixi proprie dicenda: quia inueniuntur antiqui aptota pro monoptotis: & monoptota pro aptotis: posuisse. **N**eutralium uero si sit aptotum necessario etiam pro accusatiuo & uocatio accipitur eius nominatio: quod generale est omnium neutralium: ut fas: nefas: ir: pus: . **M**onoptota uero sunt: quae pro omni

casu una eademq; terminatione funguntur qualia sunt nomina litte-
rarum & numerorum a quattuor usque ad centum **M**ille quoq; in de-
clinabile: & si qua inueniantur similia: ut hoc a huius a hoc alpha hu-
ius alpha. hi quattuor horum quattuor. hoc gumi huius gumi hic &
hæc & hoc neq; huius nequã: hi quot tot horum quot tot & barbara
plurima: sed magis omnia nisi eam ad græcam uel ad nostram regu-
lam flectamus uel auctoribus flexa inueniamus. **I**n is ergo idest carẽ
tibus declinatioẽ finaliũ syllabarum quæ monoptota nominamus ui-
dentur casus fieri non uocis sed significatione dũtaxat. **I**taq; articulis
diuersis utimur p̄ uarietate significationis. **N**ec etiam structuræ ratio-
nem seruamus sicut indeclinabilibus per sex casus: uelut autem una
uoce diuersas possunt habere significationes. nam declinabilia per ca-
sus quosdã quam indeclinabilia per omnes casus. **S**i contrario diuer-
sis uocibus sæpe inuenimus unam eandemq; significationẽ fieri ut la-
bor & labos. honor honos: huius cornus & corni: pinus & pini: huius
quæstus & quæsti: ornatus uel ornati tumultus uel tumultu: **A**chillis
uel achilli: aulai uel aula: a fœlice uel fœlici: deis & diis: sapientiũ uel
sapientum. **N**ec solum in nominibus sed etiam in aliis partibus: ut a-
mauere uel amauerũt: amarã uel amauerã: ei uel ii: eis uel iis: nimiũ
uel nimis: satis uel sat. **E**st autem rectus qui & nominatiuus dicitur p̄
ipsum enim nominatio fit: ut nominetur iste **H**omerus: iste **V**irgili-
us. **R**ectus autem dicitur q̄ ipse primus natura nascitur uel positione
& ab eo facta flexione nascuntur obliqui casus. **G**enitiuus autem qui
& possessiuus & paternus appellatur. **G**enitiuus uel q̄ genus p̄ ipsum
significamus. ut genus ē priami: uel q̄ generalis uidet esse hic casus
genitiuus: ex quo fere omẽs deriuationes & maxime apud græcos so-
lent fieri. **P**ossessiuus autẽ q̄ possessionem quoq; per eũ casum signifi-
camus: ut priami regnũ. **V**nde possessiua quoq; per eũ casum interpre-
tamur. **Q**uid est enĩ priameiũ regnũ nisi priami: paternus etiam dicitur
q̄ per eum casum pater demonstratur: ut priami filius: unde patro-
nymica pariter i eũ resoluũtur. **Q**uid enĩ priamides nisi priami filius.
Post hũc ē datiuus quẽ etiã cõmendaticiũ quidã nũcupauerũt: ut do
homini illã rem: & cõmedo homini illã rẽ. **Q**uarto loco ē accusatiuus
accuso hominẽ: & in causa hominẽ facio. **V**ocatiuus salutatorius uo-
catur etiã: ut o anea & salue anea. **A**blatiuus etiã cõparatiuus: ut ab
hectore aufero: & fortior hectore. **M**ultas tamen alias quoque & di-
uersas unusquisque casus habet significationes: sed a notioribus & fre-
b

quentioribus acciperunt nominationem sicut in aliis quoque multis hoc inuenimus: ut patronymica uocamus: non quod omnia sed quod pleraque a patribus deriuantur. Neutra dicimus uerba: non quod solum ea in hac specie inueniuntur absolute dicta: ut prandeo. sed quod ex maxima parte quae neutra habent significationem id est nec actiua nec passiuam. Syllabas nominamus non quod omnes comprehensione litterarum consistunt: sed quod pleraque. Sic ergo etiam casus ab aliqua notabiliore significatione sunt nominati. Ordo quoque naturalis eis datus est: Quippe nominatiuus quem primum natura protulit: ipse primum sibi locum defendit. Unde uerbis quoque intransitiue iste quasi egregius adhaeret. Genitiuus quoque secundum locum sibi defendit: hic quoque naturale uicium generis possidet: & nascitur quidem a nominatiuo: generat autem omnes obliquos sequentes. Datiuus qui magis amicis conuenit tertium locum tenet: & quod uel eandem habet uocem genitiuo: uel unius abiectione uel mutatione litterae ab eo fit. Qui uero ad inimicos magis attinet idem accusatiuus quartum. Extremum optinet apud graecos uocatiuus: quippe cum imperfectior ceteris esse uideatur: nisi secundae enim personae coniungi non potest. Cum superiores quattuor omnes personas possunt complecti figurate adiuncti pronomibus: ut ego priscianus scribo: tu priscianus uel prisciane scribis: ille priscianus scribit. Mei prisciani eges: tui prisciani egeo: illius prisciani eget. Mihi prisciano das tibi prisciano do: illi prisciano placet: me priscianum uides: te priscianum uideo: illum priscianum uidet. Similiter ablatiuus tribus adiungitur personis: a me prisciano accipis: a te prisciano accipio: ab illo prisciano accipit. Non egent autem nomina pronomibus: quauis omnes circum eant personas si cum uocatiuis aut substantiuis uerbis coniungatur ut Virgilius nominor uel sum. Virgilius nominaris uel es: Virgilius nominatur uel est. Igitur ablatiuus proprius est romanorum: & quauis quoque ipse tribus sociari potest. ut diximus personis: tamen quia nouus uideatur a latinis inuentus uetustati reliquorum casuum concessit: quauis hunc quoque a uetustissimis graecorum grammaticis accepisse uidentur qui sextum casum dicebant $\delta\upsilon\pi\alpha\nu\delta\omicron\epsilon\nu$ $\epsilon\mu\epsilon\omicron\epsilon\nu$ qui profecto ablatiui uim possidet. Nam etiam propositionem assumit $\epsilon\tilde{\xi}\epsilon\pi\epsilon\omicron\epsilon\nu$ $\epsilon\tilde{\xi}\omicron\nu$ $\rho\alpha\nu\delta\omicron\epsilon\nu$. $\text{Ho. } \epsilon\tilde{\xi}\epsilon\mu\epsilon\omicron\epsilon\nu$ $\text{Te } \tau\tilde{\rho}\alpha\phi\alpha\sigma\iota$ $\text{kai } \epsilon\mu\mu\epsilon\nu\alpha\iota$. Sunt igitur formae casuales sex. Monoptota quae una terminatione pro omni casu funguntur ut supra dictum est: ut nequam gamma: alpha: beta: cornu quattuor: quinque: sex. his quidam addunt illa quae tam uoce quam significatione

unum casum habent: ut huiusmodi istiusmodi. **Diptota** quæ duos diuersos casus habent tantum: ut uerua: uerubus. **Nā** ueruum in usu non inuenimus & fors forte. **Terentius** i phormione: o fortuna o fors fortuna: **Virgilius** in primo. Forte sua libycis tempestas appulit oris. **Et** tabi tabo. **Alia** triptota qualia sunt omnia neutra secundæ declinationis in singulari numero: ut templum templi templo. **Et** in plurali tam in secunda q̄ in tertia & quarta: idest omnia neutra pluralia: ut templa templorum templis. **Sydera** syderum syderibus cornua cornuum cornibus. **Alia** tetraptota qualia sunt omnia in r desinentia secundæ declinationis: puer pueri puero puerum. **Alia** pēptota qualia sunt omnia masculina uel fœminina secundæ declinationis in us terminantia. doctus docti docto doctum docte: **Virgilius** uirgilii uirgilio uirgilium uirgilii. **Exaptota** sunt quæ sex diuersos casus habent: qualia sūt masculina in us desinentia: quæ secundum declinationem quorundā pronominum in ius efferunt genitiuum unus unius uni unum une ab uno: de cuius uocatiuo: quia quidam dubitāt **Caper** doctissimus antiquitatis perscrutator ostendit hoc usum. **Catulum** & **Plautū**. **Catulus** tu præter omnes uerba de capillatis celtiberose celtiberie fili. **Plautus** in fribolaria. **O** amice ex multis mihi: une cephalio. **Sole** quoq; atticidas i hymenæo. **Felix** lectule talibus sole amoribus. **Sunt** alia quorum quidem nominatiuus in usu non est. obliqui autem sunt: ut **Iouis** ioui iouem a ioue. quāuis uetustissimi nominatiuum quoq; hic **Iouis** proferebāt: sicut de nominatiuo tractātes ostēdemus. **Sūt** alii i quibus tres obliqui inueniuntur precis preci prece: frugi frugem fruge **Vetustissimi** tamen & frux & fruges nominatiuum protulerūt. **Alia** i quibus duo uicem uice: tabi tabo. **Alia** in quibus unus ut sponte laterem: quāuis & ablatiuus eius singularis: & nominatiuus & accusatiuus plurales inueniūtur: **Plau.** in truculneto. **Quid** maceria aut illa in horto quæ est in noctes singulas latere fit minor: quāuis hoc ad uos damni per mensus uiam est nihil mirum uetus est maceria: ueteres si lateres ruunt. **An** tu ueteres lateres ruere fas nephas cepe: **Illud** quoq; non est prætermittēdum quod quibusdam uidetur septimus casus eē ablatiuus quādo sine præpositione p̄fert: quod satis irrationabile uideatur. **Minime** eim præpositio addita uel subtracta mutare ualet uim casus. **Neque** enim cū accusatiuo casui multæ præpositiōes solent adiūgi. **Alius** casus est quādo habet præpositiones. & alius quādo absq; his p̄fertur. **Quis** hoc dubitat q̄ omnes præpositiones uel accusatiuo

uel ablatiuo apud latinos iungi solent Ergo si adiuncta uel non ablatiuo
 uo mutant eius uim. Accusatiuo quoque adiuncta uel non debent si-
 militer mutare casum. Denique in comparationibus absque prepositi-
 one solet proferri ablatiuus: nec tamen dicit quisque septimum tunc esse
 casum: sed ablatiuum cum dico fortior Achilles Hectoris: in quo om-
 nes artium scriptores consentiunt: & sex esse casus confitentur & non
 septem. Vno enim non duobus casibus latini superant graecos. Sep-
 timum igitur qui addunt superuacuum faciunt qui nulla differen-
 tia uocis in uillo nomine distet a sexto. Sciendum tamen quod hic casus:
 idest ablatiuus est quando pro genitiuo & est quando pro datiuo acci-
 pitur graeco. Pro genitiuo quando prepositionibus uel aduerbiis ab-
 latiuus casus subiungitur: ut ex illo: ab illo: pro illo: coram illo: cum illo.
 Et quando comparatur fortior illo. Et quando nominis & participii
 ablatiuus uerbo: & nominatiuo alterius nominis cum transitione per-
 sonarum adiungitur: ut sole ascendente dies fit: Et Traiano bellante
 uicti sunt parthi. Hac autem utimur constructione quando consequen-
 tiam aliquam rerum quae uerbo demonstrantur ad eas res: quae parti-
 cipio significantur ostendere uolumus. Quid enim est Traiano bella-
 te uicti sunt parthi: nisi quod secuta est uictoria Traianum bellantem: &
 sole ascendente factus est dies: nisi quod ascentionem solis secuta est dies.
 Inueniuntur tamen etiam nomina loco participiorum in huiusmodi
 locutione posita: ut Virgilius in septimo: Non uobis rege latino diui-
 tis uber agri. Triax ue opulentia deerit: Rege latino pro regnante la-
 tino: quis in huiusmodi constructionibus subauditur participium
 substantiuum. Graeci autem in huiusmodi constructione solent pro ge-
 nitiuo participii et infinitum ponere uerbum: ut εν τῷ βασιλευσιν Τραϊ-
 ανῶν ἡ γο υν βασιλευσιν τοσ Τραϊανου etiam tunc pro genitiuo ponit
 graeco: quando per participium habens & accusatiuum interpreta-
 mur cum: ut pulchra forma mulier: pro pulchram formam habens
 mulier. Magna altitudine domus: idest magnam altitudinem habes
 Pro datiuo quoque quando cum in uel sub prepositionibus iungitur:
 ut in illo: sub illo. Et quando ipsum ablatiuum interpretamur per ac-
 cusatiuum & per prepositionem per: ut uinco te manu: idest per ma-
 num: uideo te lumine: idest per lumē.

Hoc penum huius peni: hoc penus penoris: hic penus pe-
 nus. Hac penus penus: hoc penu penu: hoc specus speco-
 ris: hic specus specus: hoc specu specu: Algor algeris: hic

algus huius algus: **Plautus** in uidualaria. Inopiam luctum mœrorem
 paupertatem algum famem. **Idem** in rudente. **Tu** uel suda uel peri:
 algu uel etiam ægrota uel uale. **Optimates** sunt qui defendunt senato
 res **Populares** qui defendunt populum. **Ex asse** hæredem facit: idest
 ex duodecim uncis. **A** mobilibus fixa deriuata sunt: clarus claritas
 magnus magnitudo: latus latitudo: **Altus** altitudo pius pietas. **Item**
 a fixis mobilia deriuata: iuno iunonis iunonia iunoniũ: æquor æquo/
 reus æquorea æquoreum: marmor marmoreus marmorea marmoreũ
Sanguis sanguineus sanguinea sanguineum: clarus clari claritas: am
 biguus ambiguĩ ambiguitas. ce & æ diphthongi lógæ sunt. **Inde Vir**
gilius. **Insula** Ionio in magno dixit. ce autẽ diphthongus apud græ/
 cos etiam in p̄cipio d̄fectionis pro breui accipitur: πόρροσ ε̄διασ ε̄διασ
 ἀρ̄ενοϊσ ἀρχ̄ηρεταϊ. **Aliter** enim **Iambus** stare nõ potest: & r s litteras
 græci uim pene litterarum uocalium habere affirmant. **Vnde** r quoq;
 aspiratur sicut alia uocales apud græcos rethor rhodanus: birrhia:
 birrhus. & s similiter uim uocalis habere dicunt. **Et** hoc ex latina lin/
 gua maxime intelligere possumus cum s littera in metro & amittitur
 & synalipham facit: ut ponite spes sibi quisq; aut ouium foetus: aut
 urentes culta capellas: & aspirationis loco fungitur pro e enim uel επ
 τ̄αν μ̄ισ εκ̄τον lex septem semis sextum dicimus. **Cicero** ο̄ι δ̄α μ̄εν̄ω
 σ̄αω̄σ̄ το̄ῡ θ̄η̄νον̄ ἐρ̄ῡειν̄. μ̄εν̄αν̄δ̄ροσ̄ το̄ μ̄ε̄σειν̄ ἐν̄ τ̄η̄ ἄσ̄ω̄ιδ̄ι. **Vnde** ro
 mani ebrius dicunt ρ̄η̄αᾱτᾱχρη̄μ̄ε̄δεῑμ̄ε̄ π̄ρ̄ε̄πεῑμ̄ε̄ moderor tibi. **Sa**/
lustius in **Catilina**: tempus fortuna cuius libido gentibus moderatur
 moderor te: **Lucanus** **Syderibus** quacunq; fugã moderant̄ olipi qua
 ro te: quaro a te Διᾱ το̄ῡση̄μ̄εῑ οῡρ̄ω̄μ̄ᾱῑ ο̄ ῑπρο̄ σ̄ω̄πη̄δ̄εῡ τ̄ε̄ροῡ κ̄λ̄ῑν̄ε̄
 ῑν̄ ἐν̄π̄ρ̄ω̄ τ̄ω̄δ̄ε̄ῡ τ̄ε̄ρω̄ ε̄ῑδ̄ον̄ ὡ̄σ̄ μ̄η̄χ̄ον̄ τ̄ε̄σ̄ τ̄ον̄δ̄ῡικ̄ον̄ ἀ̄ρῑο̄μ̄ον̄.

Denominatio & ge
nitio: Liber sextus.

BREVITER REGVLAS TIBI ME IVSSI/
 sti Iuliane consul ac patricie nominum colligere:
 quibus latina utitur elouqentia, quod suscepi non
 tam rei facilitate: uel ingenii confidentia q̄ ne quid
 tibi cui omnia debeo prorsus negarem. **Et** quoniã
 ornamentum esse te latinorum non minus q̄ græ/
 corum studiis gaudebam. **I**gitur excusatio mihi sit
 h iiii.

audacis incepti: difficillima recusatio tuæ iussionis. Nūc de nomina-
tuo & genituo singulari quibus inuentis alii casus tam singularis q̄
pluralis numeri facile dignoscuntur: Pleraq; quidem a doctissimis ui-
ris: pauca tamen & a me pro ingenii mediocritate iuenta exponamus
Et hæc modo compendii causa, postea uero deo uitam præbente de
accusatiuo & ablatiuo singulari & genituo plurali tertiæ declinatio-
nis: cum de obliquis tractauiero calibus multo labore inuenta & diuer-
so auctoritatis uisū approbata subiungam: de uerbi quoq; præterito
perfecto: cum de eius temporibus disseram explanabo in quibus uos
dubitare dicitis. Nec mirum cū ipsi etiam probatissimi artium scrip-
tores non omnino certis hæc regulis diseruisse noscuntur.

De. xiiii. litteris.

Quoniam in superioribus libris de litteris & syllabis & acci-
dentibus nominibus: & de omni deriuatiuorū specie nomi-
num quantum potui diligenter exposui. Nunc de regulis in hoc qui-
dem libro nominatiui & genitiui: in sequenti uero cæterorū casuū tra-
ctare incipiam nec me pigeat dū uiuo & hæc & quæcunque scripsero
uel mea diligētia uel amicorū monitu uel inuidorum uituperatiōe: si
iusta fuerit emendare. Solatio enim mihi ipse esse possum: qui ueterū
scriptorum artis grāmaticæ uitia corrigere quanuis audacissime: sed
maximis auctoribus Herodiano & Apollonio confisus ingredior: si
quid in meis quoque humani erroris scriptis acciderit quod sit emen-
dandū. Quattuordecim sunt litteræ terminales nominū: quibus lati-
nus utitur sermo. Vocales omnes, semiuocales similiter omnes absq;
z: & f. quam magis mutæ esse cū de littera tractabamus i priō libro
ostēdimus. Præterea mutæ tres, c. d. t. ut sophista: mare: gūmi: cicero
cornu: sol: templum: numen: cæsar: uirtus: pax: lac: aliud: bogud: ca-
put. In græcis autem inuenitur etiā y: ut dory nomen oppidi pontici
& Epoy: Staius in. iiii. theb. Et summis i gestū mōtib. Epy. In a de
sinētia noīa siue latina siue græca masculina uel fœminina uel cōmu-
nia addita e faciūt genitiuū i æ diphthōgū: ut hic scriba huius scriba:
hæc musa huius musæ: hic & hæc auriga huius aurigæ. Inueniunt ta-
mē quædā ex cōmūibus etiā neutro generi adiuncta: sed figurate per
alloe thetā: ut aduena mancipiū. Valerius autem maximus i secundo
memorabiliū ponit alienigena studia: quod priā declinatio nō habet.
Nullū enim neutrū nec primæ nec quitæ declinationis potest iueniri.

Nec idem esse singularis nominatiuus in a desinens neutri generis & nominatiuus pluralis. Sed antiquissimi hic alienigenus & hæc alienigena: & hoc alienigenū dicebant: ex quo potest hoc esse plurale. Nec non etiam similiter a genere composita proferebant: caprigenus: ter-
 rigenus: taurigenus. Adq; usus confirmat. Pacuius in Paulo: Quia
 uia caprigeno generi gradibus gressio est. Cicero in prognosticis. Ca-
 prigeni pecoris custos de gurgite uasto. Virgilius in. vii. Caprigenū/
 que pecus nullo custode per herbam. Hoc tamen potest & per lynco-
 pam accipi pro caprigenarum. sicut idem i octauo: Optime graiuge-
 num cui me fortuna precari: pro graiugenarum. Actius in. ix. Ex tau-
 rigeno semine ortam fuisse an humano eam. Allud etiam obseruandū
 q̄ octo sunt nomina in a desinentia fœminina: quorum masculina in
 us plerunq; terminant genitiuum: & in i datiuum more quorūdam
 pronominum. Itaq; fœminina quoq; necnon & neutra eosdem ha-
 bent genitiuos & datiuos. Vnde quidam decæpti inter pronomina
 posuerunt ea: sunt autem hæc: unus una unum unius uni: ullus ulla
 ullum ullius ulli. nullus nulla nullum nullius nulli: solus sola solum
 solius soli. totus tota totum totius toti: Alius alia aliud alius alii: uter
utra utrū utrius utri. alter altera alterū alterius alteri. Similiter ab eis
 cōposita: uterq; utraq; utrūque utriusque utriusque. alteruter alterutra
 alterutrum uel alterum utrum: alterutrius uel alterius utrius: alteru-
 tri uel alteri utri: utraq; enim declinatio usu neutrum est: Neuter
 neutra neutrū neutrius neutri. Sed in hoc nomine neuter ex contra-
 rio aliis quæ forma simili declinantur frequentior est usus genitiui in
 i & datiuo in o terminantis in masculino & neutro. In fœminino
 uero in æ diphthongum hic neuter & hoc neutrum huius neutri hu-
 ic neutro: hæc neutra huius & huic neutræ. Et sciendum quod quo-
 tiens superiora masculina in i desinant in genitiuo: & in o in datiuo:
 hoc enim quoque rarior habet usus & uetustior necessario in æ diph-
 thongum fœminina supradictos terminant casus. Itaque non solum
 unus unius uni. sed etiam huius & huic unæ: Et similiter ullæ nullæ
 solæ totæ: aliæ: alteræ: in usu antiquiore inuenimus. Cicero pro
Marco Tullio: hoc iudicium sic expectatur ut non unæ rei statui: sed
 omnibus constitui putetur. Idem ad Herennium: Non res tota to-
 tæ rei necesse ē similis sit. Teren. i heautontimer. Hæc ipsa i itinere al-
 teræ dū narrat forte audiui. Idē i Eunu. Nunq̄ a depol quicq̄ i adiu q̄
 magis uellē mihi euenire euenit: q̄ q̄ mō senex itro ad nos uenit errās

mihī solā ridiculo fuit quā quod timeret sciebam. **Cecilius.** Nulla nationi tot tantas tam continuas uictorias tam breui spacio datas arbitrator: q̄ uobis. **Eiusdē.** i. primae declinationis foemininorum genitiuū etiam in as more graecorum solebant antiquissimi terminare. Vnde adhuc paterfamilias & materfamilias pro familiae solemus dicere: & frequens hoc habet usus. **Liuius in odyssaea:** Atq; escas habemus mentionem escas pro esca. **Ibidem.** Nā diua monetas filiam docuit: monetas pro moneta. **Ibidem in eodem:** Mercurius cunq; eo filius latonas pro latona. **Neuius in carmine belli punici primo.** Inerant signa expressa quomodo titani bicorpores gigantes magniq; **Atlantes** runcus atq; purpureus filii terras pro terra. **In eodem.** uenit in mentem hominum fortunas pro fortuna. **Ennius in septimo annaliū.** Dux ipse uias pro uia. **Cicero in quarto uerinar.** Liberos matres familias bona fortunalsq; omnes. Dicitur tamen & paterfamilia: & patrefamilia & familiarū & familiis. **Marcus Brutus de officiis.** Itaque patrefamilia domini sumus. **Salustius in catilinaria.** Filii familiarum quorum e nobilitate maxima pars erat parentes interficerent. **Cicero in frumentaria:** Itaque ex his scribis qui digni sunt illo ordine patribus familiis uiris bonis atque honestis percunctamini. **Neutra** eiusdem terminationis graeca sunt: & additis faciunt genitiuū ut hoc peripetasma huius peripetasmatis hoc poema huius poematis haec tamen antiquissimi secundum primam declinationem protulerunt: & generis foeminini ut **Plautus in amphytrione:** Cum seruili schema pro schemate. **Nunc ne ornatum hunc.** Vos meum admiremini quia ego huc processi: sic cum seruili schema. **Valerius in phormione.** Quod hic cum tragicis uersibus & syrma facis pro syrmate. **Plautus in persis.** Theatrum lepida cum decora schema. **Cecilius in hippo filius in me incedit satis hylari schema.** **Pomponius in satyra.** Cuiusuis leporis liber dyademam dedit pro dyadema. **Liberius in cancro.** Nec pithagoram dogmam doctus. **Plautus in milite glorioso.** Glaucomam ab oculos obiciemus: eumq; ita faciemus: ut quod uiderit ne uideat. **Quidam** autem in um etiā teste celfo huiuscemodi protulerunt nominatiuos hoc emblematum huius emblematis. hoc toreumatatum huius toreumatis declinantes: Vnde frequens usus eorum datiuos & ablatiuos plurales in is terminant his & ab his schematis: emblematis toreumatis: peripetasmatis: quibus frequēter casibus i uerbinis utitur **Cicero.** Nā & a & h & k nomia

litterarum indeclinabilia sunt: sicut aliarum quoque omnium litterarum: nec non numerorum a quattuor usque ad centum: sed & mille. Nam a centum compositi numeri declinantur: ut ducenti ducentorum ducetis & similia. Et litterarum quidem nomina neutri generis sunt. Numeri uero qui sunt indeclinabiles: generis sunt omnis: hoc est & masculini & feminini & neutri. Mulucha flumē & thuria siqua similia inueniuntur magis figurate masculina cum neutris iunguntur: ut si dicam tyberis flumen uel hister flumen: quae autem non sunt neutra thuria & mulucha & similia ostendit etiam natura ipsius sermonis. punici in quo omnia nomina uel masculina sunt uel feminina. Ergo capsa quoque & thala oppidum & thirmida similiter feminina figurate neutris sunt coniuncta. Vnde Salustius in secundo historiarum: Inter leuam moenium & dextrum flumen thuriam quod ualentiam paruo intervallo praeterfluit. Thuriam dixit qui accusatiuus masculini est non neutri. Plurima tamen non solum in Africa: sed in regionibus etiam nomina fluuiorum in .a. inueniuntur desinentia. Lucanus in secundo. Nullasque uado qui macra moratus alnos. In eodem: Scenaque & adriacas qui uerberat aufidus undas. Quae sunt nomina Italiae fluuiorum similiter himella & alia. Virgilius in septimo: Prope flumen himellae. Idem in eodem: Et quos infauftum interluit Allia nomen. Salustius in secundo historiarum: Nisi quoniam flumen lurda tauro monte defluens. Nec non etiam graeca nomina tam fluuiorum quam aliorum in .a. desinentia: quae in .oy. faciunt genitiuum graecum: nostri absque .s. solebant plerumque proferre: ut marsya geta: charea: sosia: Lucanus in tertio: Qua celer & rectis descendens marsya ripis: errantem mæandron adit. Hoc etiam sciendum quod omnis nominatiuus in .a. desinens corripitur: quantum sit apud graecos productus: ut Lydia: Syria: Phrygia: Italia: Hispania. Vnde accentus quoque tempore mutatur. in paucis tamen inueniuntur nostri poetae graecis serualle morem graecum. Statius in quarto thebaidos: Non tegea non ipsa deo uocat alite foelix cyllene. Idem in .vi. Te plangeret argos: Te nemea tibi lerna conas larissaque supplex poneret. In .e. correptam latina sunt neutra quae .e. in .is. conuersa faciunt genitiuum: ut hoc mare huius maris: hoc monile huius monilis: hoc mantile huius mantilis. Quidam in quarto fastorum: Duxerat ad dextram uillis mantile solutis. Cuique meripatera thuris accera fuit: hoc foracte huius foractis Hora in primo car. Vides ut alta stet: niue candidum foracte. Virgili.

in undecimo: **S**ancti custos sacratris **A**pollo. **E**xcipitur unum indecli/
nabile in singulari numero: hoc cœpe huius cœpe. **A**puleius in medi/
cinalibus. **C**œpe succum melle mixtum: quod in plurali numero fœ/
mininum est primæ declinationis hæc cœpe cœparum: quanuis anti/
quissimi in .a. quoq; singulare fœminino genere hoc recte protulisse i/
ueniuntur. **N**euius in appella. **U**t illum differant qui primum olitor
cœpam protulit. **L**ucil. in sexto satyra. **L**ippis edenda acri assidue κη/
πέριος ἀνερωπρος homo cœparius cœpa: irequentior tamē usus hoc
cœpe protulit. **N**euius in appella. **C**ui cœpe edendo oculus alter pro/
fluit. **I**dem in eculeo: **O**leas cœpe ficus. **V**arro de actionibus scænicis
in tertio: **M**ultifariam in patellis coquere cœpe. **C**aper tamen & cœpi/
tius & cœpitium ueteres dixisse ostendit. **I**n .c. productam græca sūt
fœminina & uel græce declinatur: ut libye libyes: uel mutata .e. in .a.
& accepta .e. faciunt genitiuum in .æ. diphthongum: ut helena hele/
næ. **I**n .i. latina siue græca inueniuntur & neutra sunt uel omnis gene/
ris: & aptora: ut hic & hæc & hoc frugi: nihili: mancipi: huiusmodi:
nauci quoq; quod putamen nucis significat & pro nihilo accipitur.
Plautus in **M**ustellaria: **Q**ui homo timidus erit in rebus dubiis: nau/
ci non erit. **I**dem in truculento: **T**ympano tribam amas hominē non
nauci. **Q**uibusdam tamen non irrationabiliter genitiui & datiuī casus
isti sunt existimati: qui figurate cum omnibus aliis casibus & generi/
bus possunt adiungi. **N**am frugi datiuus & a nominatiuo frux uel
fruges: & mancipi a manceps: & nihili genitiuus a nominatiuo nihil/
lum: hoc gummi: hoc sinapi: magis peregrina sunt: quanuis quidam
hæc sinapis dixerunt: ut **P**lautus in **p**seudulo: **T**eritur sinapis scelera/
ta cum illis qui terunt priusq; teruerint oculi ut extillent facit. **I**nueni/
untur & barbara in .i. ut illiturgi: oppidum. **L**iuī. in .xxiii. ab urbe cō/
dita: **I**lliturgi oppidum oppugnabatur. **T**raianus in primo datiorū:
Inde berzobim deinde aixi processimus. **H**erodianus gummi quoq;
& piperi dixit esse barbara: sed nostri piper piperis declinauerunt: ut
Persius & piper & perna. **I**dem rugosum piper. **E**t **I**uuenalis: **S**oluite
funem frumenti dominus clamat piperisue coemptor. **D**e huiusmo/
di: istiusmodi: illiusmodi: & aliis talibus multi dubitauerunt: utrū
composita sint an non: sed ea composita esse ipse accentus docet: qui
in fine præcedentis dictionis poni nō posset nisi esset composita. **I**deo
autē indeclinabilia sūt quoniā utraq; pars genitiuū casū habet. **Q**uo/
modo igit si uterq; sit nominatiuus in compositis uterq; declinat: sic

in his quoniam uterq; genitiuus est manit indeclinabilis. In .o. corr
 ptam: quam tamē ueteres frequenter producūt latina sunt: & si fœm i
 nina fuerint. g. uel. d. antecedentibus mutāt .o. in .i. & accepta nis fa
 ciūt genitiuum: ut hæc carthago huius carthaginis: hæc uirgo huius
 uirginis: hæc dulcedo huius dulcedinis: alcedo alcedinis. **Plautus in**
 penulo: **Qua** mare olim est cum ibi alcedo pullos educat suos. **Alia**
 uero omnia producunt. o. in genitiuo: ut hic **Cicero** huius ciceronis:
 caupo cauponis: hæc **Iuno** iunonis: castulo castulonis: ruscino rusci/
 nonis: nomina sunt urbium **Hispania**: hic & hæc **bubo** huius bubo/
 nis. **Excipiuntur** hæc quæ in genitiuo non seruant. o. ut hic **cardo** hu
 ius cardinis. **Quidam** tamen ueterum etiam fœminino genere protu
 lerunt hoc **Gracchus** in atalanta. **O** grata cardo regium: egressum in
 dicans. **Ordo** etiam ordinis: homo hominis: quod est commune. **Ci**
 cero pro cluentio: **Cum** de eius matre loqueretur ait: cuius ea stulticia
 est: ut eam nemo hominem appellare possit. **Et Lucanus in quinto de**
 phœmone: **Atq;** hominem toto sibi cadere pectore iussit. **Virgilius in**
 primo aeneidum: **Nec** uox hominem sonat: de fœmina loquēs. **Ve**
 tustissimi tamen etiam homo hominis declinauerunt. **Ennius: Vult**
 turis in syluis miserum mandebat hominem. **Heu** q̄ crudeli conde/
 bat mēbra sepulchro. **Nam** & uultur & uulturus & uulturius dicitur
Nemo quoq; siue ex hoc compositum: ut quibusdam uidetur: seu nō
 communis generis est: & similiter. o. in .i. conuertit in genitiuo: ut ne/
 mo neminis. **Lucilius in. xxx.** Nemini ingenio quenq; cōsidere oportet.
Plautus in captiuis: Nemini misereri certū est: quoniam mei mi/
 seret nemo. **Titinnius:** Quod rogas neminem decet bonum. **Terenti**
 us in andria: **Hoc** ego scio unum neminem peperisse hic. **Nec** solum
 de hominibus dicitur sed de diuis. **Virgilius in. xi.** Turnæ quod optā
 ti diuum promittere nemo. **Turbo** turbinis quando de ui uentorum
 loquimur. **Nam** si sit proprium seruat. o. in genitiuo: hic turbo turbo
 nis nomen proprium gladiatoris. **Sic Horarius in secundo sermonū**
Corpore maiorem rides turbonis in armis spiritum. **Anio** etiam anie/
 nis: quod antiquissimi secundum analogiam anien nominatiuum
 proferebant. **Cato** contra ueturium: **Aquam** anienem in sacrari/
 um inferre oportebat non minus quam quindecim milia **Aniem** ab/
 est. **Quidius** quoq; numici aut anienis aquæ: cursuque breuissimus
 alno. **Cicero pro cornelio in. i.** trans anienem. **Horatius in primo**
 carminum: **Et** præcepto anio ac tiburni locus. **Apollo** apollinis.

Præterea cupido cupidinis: quod masculino quidem genere deum si-
gnificat & est proprium. **F**œminino uero ipsam rem: itaq; fœminini
præualuit declinatio: **M**argo quoq; marginis. **N**otandum quod tam
masculini q̄ fœminini generis iuenitur. **S**ta. i primo the. **S**oluerat he-
sperii deuexo margine ponti. **I**uuenæ. i primo: **A**ut summi plena iam
margine libri. **E**xcipitur etiam fœmininum caro carnis. **V**etustissimi
tamen etiam nominatiuum hæc carnis proferebant: qui magis ratio/
nabilis est ad genitiuum. **L**iuus andronicus in odysea: **C**arnis ait ui-
numq; quod libabant & ξενώτων antlabatur. **E**t tittus in. xxvi. ab
urbe condita: **L**atinæq; instauratæ q; laurentibus carnis quæ dari de-
bet data non fuerat. **I**taq; eiusdem caro diminutiuum carnicula est:
ut uirgo uiguncula: ratio ratiuncula. **V**arro i audabata: **S**ed quid uis
potius o homo q̄ caruncula nostra. **A**b eo autem quod est carnis car-
nicula debet esse: ut canis canicula. **E**t sciendum q; quinq; inueniuntur
in .o. terminatiua quæ faciunt in .a. fœminina: ut leo leæna uel lea: dra-
co dracæna: leno lena: caupo caupona: quod significat tam ipsam ta-
bernam q̄ mulierem. **L**ucilius in tertio: **C**aupona hic tamen una syra
Strabo etiam straba facit. **V**arro de numismatis: **N**on hæc res de ue-
neripeta strabo facit. g. in .o. productam delinentia græca sunt fœmi-
nina & græce declinantur: ut manto mantus. **V**ir. in. x. **F**atidicæ mā-
tus & tusci filius amnis: uel addita nis faciunt genitiuum: ut dido di-
donis: calipso calipsonis: io ionis. **I**dq; usus comprobatur antiquorum
Actius custodem assiduuum ioni apposuit uirgini. **P**acu. **F**ilias sibi præ-
creasse dicitur: eandem per calipsonem autumant. **P**lau. in aulularia:
Quod si argus seruet: qui oculus totus uidit argum quem quondam
ioni luno custodem addidit: q; autem ionis & didonis & calipsonis
dicitur ostendit etiam **C**æcellius uindex in stromatheo: his uerbis. ca-
lipsonem ita declinatum esse apud antiquos. **L**iu. apud nympham
Atlantis filiam **C**alipsonem. **E**nni. in. xi. **P**œnos didone oriundos. **A**-
ctius in ione **C**ustodem assiduuum ioni instituit uirgini. **I**n. u. latina
sunt neutri generis & aptota in singulari numero nō etiam in plurali:
ut hoc cornu: tonitru: gelu: qui tamen antiquissimi inueniuntur in um-
quoq; proferentes in eodem genere. **E**t i us genere proferentes masculio
& quartæ declinatiōis: ut **L**uc. i septimo: **C**ornus tibi cura sinistri. **I**dē
in eodem: **S**eu tonitrus ac tela ionis præfaga notauit. **C**icero tamen i
arato: hoc genus genu protulit. **T**ertia sub cauda ad genus ipsum lu-
mina pandit in eodem: **A**c propter leuum genus omni ex pte locatas

paruas uergilias tenui cum luce uidebis. **In eodem.** Hoc genus ad le-
 uum nixi de lapsu refedit. Atque inter flexum genus & caput alitis hæc
 sit. **Actius in promethæo.** Profusus flammæ hyberno gelus. Illud etiã
 notandum quod cum plerumque composita simplicium declinatione
 seruant. **Capricornus** secundæ inuenitur declinationis: **Cicero in ara-
 to:** Corpore semifero magno capricornus in orbe. **Idem in eodem:**
Tum magni curuus capricorni corpora propter: delphinus iacet. **Aut**
 nimio lustratus nitore. **Quidius in primo methamor.** Dextra tenet
 cornum. **Idem in quinto Flexile cornum:** **Lucretius** similiter in sep-
 timo Propterea fit utiq; semina quodcumque habet in se mittat, quia
 saepe gelum quod continet in se emittit. **Actius in troadibus:** Sed
 utrūq; terræ motus sonitus ne inferum persuasit auris inter tonitrua:
 & turbines. **In e** duo sunt generis neutri: lac lactis quod antiquissimi
 etiam hoc lacte protulisse inueniuntur teste **Capro:** apud quem exem-
 pla inuenies: **Plautus in menachinis.** Neque aqua aquæ neque lacte
 est lacti crede mihi usq; similis. **Et allec allecis.** Sic **Martialis** **Capari**
 & putri cœpas allece natantes. **Et** pulpam dubio de petasone uoras.
Horatius in secundo sermonum. Peruellunt stomachum cicer allec
 facula choa piper allece non sine aceto. **Est** autem allec genus piscis.
Inueniuntur tamen quidam ueterum etiam hæc allec fœminino ge-
 nere protulisse: quod **Caper** ostendit de dubiis generibus uerrium.
Flaccum posuisse allecem hanc dicens: non habet plurarem neque
 hoc neque lac. **Nam** hæc lactes partes sunt intestinorum a græco
 γάλακτος dictæ: & seruauerunt apud nos quoque idem genus: cuius
 singulare hæc lactis est. **Titinius in ferentinari:** Craticula ce-
 rebellum lactis agnina. **Pomponius in lare familiari.** Oro te base
 per lactis tuas. **In d** quoque duo sunt neutra: quæ a masculinis na-
 scuntur in .s. desinētibus: aliud & quid: & ex eo composita: ut aliquid
 siquid: nequid: quorum genitiuus in ius profertur: ut alius & cuius
 & datiuus in i alii & cui secundū quorundam pronominum declinati-
 onem. unde quidam indocti pronomina ea esse putauerunt: **Sed** ipsa
 significationis ratio. & omnes græcorum doctissimi hæc nomina esse
 comprobant. **Probus** etiam alius alia aliud. inter nomina posuit. **La-
 tius** autem de his in pronomine differemus. **Inuenitur** apud **Liuium**
 in .cxiii. ab urbe condita in d desinens. **Barbarum** regis **Maurorum**
 nomen **Bogud:** cuius genitiuum secundum tertiã declinationem **Bo-
 gudis** protulit. ut castra quoque diuersis partibus. **Cassius** & **Bogud**

ad orti haud multum abfuere quin opera perumperent. **In eodem**
 Quo tempore regni firmandi Bogudis causa exercitum in africam ue
 lociter traicere conatus sit. **Idem in eodem.** Cassius gessisset cum tre
 bonio bellum : si Bogudem trahere in societatem furoris potuisset. **Idē**
 in. cxlii. Oppidi nomen in d desinens per accusatiuum casum neutro
 genere protulit. Et ipse circa Pulpud oram tuebatur. **In t** hoc caput
 capitis inuenitur : & ex eo composita synciput syncipitis occiput occi
 pitis : **Git** ααλην Τιων & nepet nomē oppidi : Italici indeclinabilia sūt
In a l latina inueniuntur & barbara : & sunt generis masculini uel neu
 tri : quæ addita is faciunt genitiuum : ut hic sal huius salis : hic hannibal
 huius hannibalis hoc tribunal huius tribunalis : seruical seruicalis. sūt
 ueutra & a producunt in obliquis casibus. **In l** desinentia correpta la
 tina sunt & ueutra & addita lis faciunt genitiuum : ut mel mellis fel
 felis. **In l** producta quæ sunt barbara uel il uel ol uel ul desinentia cu
 iuscunq; sunt generis latina siue barbara addita is faciunt genitiuum
 ut hic daniel huius danielis : hæc tanaquil huius tanaquilis : hic sol
 huius solis : hic consul huius consulis : hic & hæc exul huius exulis .
Nihil indeclinabile est quoniam per apocopen ab eo quod est nihilū
 prolatum est. Sicut etiam apud græcos κρείττον κρέσσον pro κρείττον
 κρέσσον. Quidam tamen putant aduerbium esse quod nomen esse
 adiectiuum quantitatis ipsa ostēdit constructio . Quomodo enim di
 cimus multum bonum & boni & bonorum : & nimium lucrum & lu
 cri & lucrorum : sic nihil malum uel mali uel malorum . **Terentius in**
Andria. Nihil horum egregie præter cætera. **Et Cicero de signis.** Ni
 hil minus ferendum pro nihil intolerabilius . Potest autem etiam lo
 co aduerbii accipi quomodo multum & primum. Nihil autem & ni
 hilum a non & hilum est compositum : quod sine dubio est nomen .
 hilum enim pro ullum uetustissimi proferebant . **Lucilius in . xlii.**
Naumachiam licet hæc in q̄ alueolumq; putare : & calces delectes te
 hilo non rectius uiuas : **In am** unum desinit generis omnis indeclina
 bile : hic & hæc & hoc nequam . **In im** quoq; unum indeclinabile cim
 nomen uici . ut dicit **Celsus** . **In um** latina seu græca apud græcos in
 on desinentia ueutra sunt : & mutata um in i faciunt genitiuum : ut
 hoc templum huius templi : hoc pelium huius pelii : hoc hostoriū hu
 ius hostorii : lignum quomodius æquatur . **Inueniuntur** apud comi
 cos multa huiuscemodi neutrorū formā habētia mulier; noīa quibus
 articulos foeminini generis necessario significatiōis gratia præponere

solēt ut ἡ Δορκίον hęc dorcium γλυκερίον hęc glycerium χρύσιον hęc chrysiū & ἀβρότονον hęc abrotonium λέοντιον hęc leontiū: hoc autē solet fieri adulationis causa siue diminutiōe ætatis. In an uel on uel i in definiētia græca sunt masculia uel feminia: & pducūt oīa: & uel græce declinat: ut pan panos. **Virgili.** i. viii. æne. Parhasio dictū panos de morte lycci: & ex genitiuo græco fit latinus muta ta os uia i is: ut ΤΙΤΑΝ ΤΙΤΑΝΟΣ titan titanis: delphin delphinos: delphi delphinis: dicit tamē & delphinus delphini. In multis enī inuenimus a genitiuo græco factū noiatiuū latinū: ut elephas elephātos hic elephas elephātis & hic elephātus. A genitiuo græco elephātos huius elephāti. Similiter hic abacus & huius abaci a genitiuo græco abacos **Arabs** arabos arabis: & arabus arabi: titan titanos: hic titanus huius titani. **Plautus** in menechinis. Barbatum tremulum titanum qui lu cet cygno patre. Nec non ab accusatiuo græco fit nominatiuus latinus panthera: cratera: quod græci quoq; in multis fecere quos i hoc quoq; sequimur. qui sæpe & genitiuo & aliis casibus pro nominatiuo sunt uisī δ ἀρτυρος τοῦ ἀρτυρος κίδ ἀρτυρος ὁ κτίς τοῦ κτινος κίδ ὁ κτινος. **Virgilius** in septimo: Hircanisue arabisue parant seu tē dere ad indos: qui est a nominatiuo hic arabus. Idem in octauo: Oīs arabs omnes uertebant terga sabæi. **Lucilius** in quarto: Aethiopus dixit pro aethiops. **Rinocerus** uel ut aethiopus. **Titanus** quoq; pro titā dicebant. **Vnde** **Neuius** in carmine belli punici primo: Inerant signa expressa quomodo titani bicorporos gigantes magniq; atlantes. **Lucanus** in. viii. Nec tutus spacio est elephas. **Iuuenalis** in. iiii. Rursus ad aethiopum populos aliosq; elephantos. **Virgilius** in octauo: Pantheræ terga retorquens. **Cicero** in arato: Tum magni curuus capri corni corpora ppter delphinus iacet: aut nimio lustratus nitore. **Horatius** in secundo carminum: Nec curat oriō leones aut timidos agitare lynceas: a nominatiuo lyncea. Et notandum est etiam de genere: q; masculio genere protulit **Horatius** cum **Virgilius** feminino i. iiii. georgi. Quid lynceas bacchi uariæ: **Horatius** in secundo carminum. Nulla decempedis metata priuatis opaca porticus excipiebat archō. Hęc decempeda ab accusatiuo græco ἀπό τοῦ ἀκαποδά. Idem in eodem: Diuersum confusa genus panthera camello. **Cassida** quoque accusatiuus est græcus ab eo q; est cassis quo usus est pro nominatiuo cassis. **Aurea** nam cassida. **Stattius** uero cassis protulit in secundo the bai. **Bellipotens** cui torua genas horrore decore cassis: & asperso cru/

crudescit sanguine gorgon. Quod autē græcum est hoc nomen ostēdit etiam Probus i libro qui est de catholicis nominum. **Perſius** : Crateram argenti sudabit prætrepedum cor. **Iuuenalis in primo** : Lectus erat codro procula minor urceoli ui ornamentum abaci. Idem in .iiii. Quanto delphinis balena britannica maior. Et sciendum q̄ omnia in in desinentia etiam in is productam finiuntur. **Ari** proprium nomen & aris: delphin & delphis: eleusin & eleusis: trachin & trachis. Et notandum q̄ auctores græcorum in is magis terminationes sunt uli. nostri uero frequentius in in quibus **Cicero in proſcauro**. Cum dare nolet inquit arisdam ex sardinia est fugere conatus. **In eadem Ari** nis uxorem pellicatus dolore concitatam. **In in** quoque terminantia addita is faciunt genitiuum. **Adramin** nomē harois adraminis phorcyn phorcynis: **Vnde Lucanus in libro .viii.** Squalebant late phorcynidos arua medusæ. Nam phorcys per s phorcys declinat non phorcynis. **Euan** euantis. Notandum q̄ t assumit in genitiuo. **Quidius in quinto methamorphosi**. **Nistelius** eleusq̄ parens & **Iacus & Euan**. **Stattius in quinto**. Et assummis auditus montibus euanti. **Virgilius in sexto**: Illa corum simulans euantis orgia circum. Quidam tamen participium accusatiui casus pluralis hoc magis esse uolunt: ne sit cōmunis extrema syllaba euantis phrygias pro bacchantis. **In on** quoque genitiui græci supradictam seruant regulam penultima secundū græcos manente producta uel correpta: hic memnon huius memnonis σινον σινονος: hic simon huius simonis. λακων τοῦ λακωνος hic lacoon huius lacoontis. Hæc tamen antiqui solent ablatam proferre: & secundum latinorum regulam in o terminantium: quod ubiq̄ **Terentius** facit declinare: ut hic antipho huius antiphonis: hic draco huius draconis: hic leo huius leonis. Si enim leon dicas necessario seruas: ut genitiuus quoque secundum græcos t habeat leontis **Vnde Cicero in libro uerri**. qui est de simplicis proprium nomen leo leontis declinavit. Quod in leonte macharensi non idem fecisti. **Idem in frumentaria**: Tum iste ueneris magna uoce imperat ut xeno audiret pro ξενον græco. **Idem de suppliciis**: **Dexo** tindaridanus homo nobilis pro dexon. **Idem pro murena** zeno pro zenon profert. heno pro henon profert. **Idem pro fundanio**. Effet ne id quod meno nunciasset. meno pro menon: **Stattius in primo Achille**. Conclamant danai stimulatq̄ agamēno uolentes. **Horatius in .iii carminum**. Diffidit urbium portas uir macedo & subruit æmulos inimicos

pro macedon. In en desinentia correpta latina sunt masculini uel neutri generis quæ mutata e in i & addita is faciunt genitiuum : ut hoc flamen huius flaminis: hoc numen huius numinis: hoc semen huius feminis. In en productam latina & græca generis masculini uel foeminini sunt: & accepta is faciunt genitiuum: ut hic lien huius lienis: rien rienis uel ren renis. **Horatius in secundo sermonum** : Quod latus & renes morbo tutentur acuto. **Splen splenis**. **Damen** nomen proprium historici græci damenis. **Similiter Seben** nomen herois socii **Vlyxis** qui habitauit themese **lebenis**: **hymen hymenis** hæc syrē huius syrenis: hæc trizen huius trizenis. In ar latina & græca inueniuntur & barbara generis masculini uel neutri uel omnis: quæ accepta is faciunt genitiuum: ut hic cæsar huius cæsaris: hoc nectar & huius nectaris: hic & hæc & hoc par & huius paris: hic aspar huius asparis: bostar huius bostaris. Sed neutra si deriuatiua sint producunt a in obliquis casibus: ut a lupa hoc lupanar huius lupanaris: a lacu hoc lacanar huius lacanaris: a laqueo hoc laquear huius laquearis a calce hoc calcar huius calcaris. **Horatius in secundo. epistolarum** : Si munus apolline dignum uis completere libris & uatibus addere calcar. **Virgilius in sexto**: Seu spumantis equi foderet calcaribus armos. **Nar** quoque naris: monosyllabum similiter producit a in genitiuo & est proprium fluuii. Nam si nasalum uelimus significare hæc naris huius naris similem genitiuum nominatiuo proferemus: sicut frequenter ponit **Quidius in tertio methamorphoseos**: Panda naris erat. **Idem in sexto**: Defluxere comæ: cum quis & naris & auris. **Lucanus in secundo**: genitiuum protulit hic aures: alius **spiramina naris** aduncæ: amputat **far & faris** positione habuit penultimam longam q̄ solum r litteram geminauit & puto differentia causa: ne uerbum esse putetur secunda personæ **for faris fatur**. Et secundum q̄ **far & nar** producuntur in nominatiuo: ut **Lucanus in quarto**: Par animi laus est & quos speraueris annos. Et **Virgilius in septimo**: Sulphurea nar albus aqua. Sed nar seruauit a producta etiã in obliquis casibus. **Ennius in. vi. analiũ**. Sulphureas posuit spiramina naris ad undas. **Par** corripitur. **Virgi. in bucolicis**: Numero deus impare gaudet. **Lucanus in. ix.** Ergo paruoto gessisti bella iuuenus. **Virgi. Et paribus se sustulit alis**. Similiter **lar laris**. **Plautus**: Ego sum lar familiaris. **Virgi. in. v. anci.** Perga meumq; larẽ: & canæ penetralia uestæ. In er correpta desinentia s & tãtecedentibus nisi sint possessiua: quorũ in is desinunt foeminina er i ri mu/

tāt: & faciūt genitiuū ut auster austru: hic oleaster huius oleastri: hic
apiafter huius apiastri. Excipit sequefter sequestri: quod duplici ratioe
cōpeliit secūda esse declinationis: quoniā & t & s āte r habet: nec ē pos
sibile: & quod in a facit fœmininū idest sequestra. **Virgil. in. xi.** Et
pace sequestra. tertia tamē inuenitur declinationis apud plerosq;. **Ci**
cero in. ii. uerrinar. Aut sequestres aut iterpretes corrupendi iudicii.
Sed Plautus hoc quoq; secūdū analogiā declinauit ī uidu. **Animad**
uertite amabo: si uultis uitulū hic apponite. **Ego seruabo** quasi leque
stro detis neutri redibo domi: cū res iudicata hæc erit. **In eadē.** Aut
fugio sequestrum. **In er** desinētia græca quoq; masculina supradictā
seruant regulam quæ in ros apud græcos finita: antecedente alia in
eadem syllaba consonante mutant ros in er apud latinos. **ΜΕΝΑΝΔΡΟΣ**
menander menandri **ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ** alexander alexandri: **ΜΕΛΕΑΓΡΟΣ**
meleager meleagri. Excipitur gongrus quauis gonger dixit. **Plau**
tus in persa. Memini ut murena & gonger ne calefierent codrus pe
trus scombrus ebrus amphimacrus locrus: quæ non ros in er sed o i u
mutant. Antiqui etiam in aliis nominibus eiusdem terminationis est
quando sic protulerunt nominatiuos: ut **Virgilius Theuerus** & cū
drus protulit in iii. æneidos. **Theucros Thecthas** primū est aduectus
ad oras. **Idem in. viii.** Tum pater euandrus dextram complexus e
untis. **Idem in. x.** Pallas euander in ipsis omnia sunt oculis. Illa quo
que latina quæ fœminina in a faciunt r in ri mutant in genitiuo: ut
par sit syllabis suo nominatiuo. ut ater atrī facit enim atra. niger ni
gri nigra: exceptis illis quæ s uel sp uel n anter habēt & a gerendo uel
terendo compositis. quæ accepta i faciunt genitiuū una syllaba uin
centem suū nominatiuū: ut miser miseri: prosper p̄speri. **Donatianus**
in senatu p̄ se ut p̄sper dicendi successus ostenderetur. & ad iutorium
beniuolentiæ crescere dicentiū facultatē. **Cicero tamē p̄sperus** ptulit
ī. vi. de republica: **Deide** hominū generi p̄sperus & salutaris: al̄p̄ aspi
Nā aspri p̄ syncopā dicit: lucifer luciferi: corniger cornigeri: tener tene
ri: liber quoq; q̄do igenuū significat liberi differētiæ cā decliamus ne
si libri dicamus aliud significat̄ putet. dexter similiter dextri & dexteri
& adulter adulteri. Et notandū q; tot syllabarū ē masculini genitiuus
quot sit nominatiuus fœminini. Excipiunt̄ alter & uter & ex his cōposi
ta quæ p̄nominū declinationē sequūtur: alterius enī & utrius faciunt
genitiuū: ex quo quidā errātes ea p̄nomia sicut supradiximus uolue
runt est. Ex eis compositum alteruter: quauis in masculino ex duo
bus sit: nominatiuus tamen quoniā in fœminino alterutra & ī neutro

alterutrum ex corrupto & integro est. Ex parte altera plerunq; decli-
 natur id est exteriore alteruter alterutrius: ut sit genitiuus & datiuus
 trium generum similis quod proprium est omnium in ius terminan-
 tium genitiuum. **Cicero pro marco marcello.** q; si in alterutro peccan-
 dum sit. **Lucanus in sexto:** Placet alea fati alterutrum mensura caput
 Inueniuntur & alterutra & alterutrum protulisse ueteres & ex utraq;
 parte declinasse. **Cicero i prothagora:** Quae igitur potest indignitas
 uoluntatis ad molestiam nisi magnitudine aut longitudine alterius
 utrius posita. **Cato de ambitu:** Sed sunt partim quam duarum reru
 alteriusutrius causa magistratum petunt. neuter tamen pleriq; neutri
 declinauerunt. **Sed Plautus in uidualaria.** neutri reddibo dixit datiuu
 cuius genitiuus neutrius sine dubio est: quis uetustissimi soleat omni-
 um in us terminantium genitiuum & in i datiuum: & in i genitiuum
 & in o datiuuum in genere masculino & neutro. In foeminino uero se-
 cundum primam declinationem in æ diphthongum proferre. **M. Ca-**
to in censura de uestitu. & de uehiculis: **Nā** periniurium est cū mihi
 ob eos mores quos prius habui honos detur: ubi datus est tamen uti
 eos mutem: atq; alii modi sim pro alijsmodi. **Cecilius in quinto:** Nul-
 lus alius rei nisi amicicia eorum causa. **Glicinnius in quinto** peruersu
 esse alii modi postulare. **Caesar in anticatone priore.** Vno enim exce-
 pro: quae alijsmodi atq; omnis natura finxit suos quisq; habere caros
 uni pro unius. **Tintinnius in barbato.** Quam quidem pol. mulier di-
 cit nanq; uni collegii sumus. **Ipsi quoq; pro ipsius:** **Affranius in ho-**
mine. **Ipsi me uelle uestimenta dicitō toti pro totius.** **Idem i suspecta**
 adeo ut te facias caperet toti familiae soli pro solius. **Cato in primo ori-**
ginum. Nam de omni tusculana ciuitate soli lucilii mamalii benefici-
 um gratum fuit. **Idem nulli pro nullius:** quod tantisper nulli rei est.
 dum nihil agas: potest tamen hic datiuus accipi nulli rei pro nulli uti-
 litati. **Terentius in Andria:** Quādo quidem tā iher tam nulli cōsiliū.
Etiā ulli pro ullius. **Plautus in truculento.** Quasi uero corpori relique-
 ris potestatem coloris ulli capiēdi mala ulli p ulli illi p illio: **Cato i mar-**
cū ceciliū: & quis illi mōi esse uult. **Idē de moribus claudii neronis isti**
 p istius. pecuīa mea reipublicae pfuit quā isti mōi uti tu es de tēpori-
 bus. **G.** Et sciēdū q; i ius terminatiū genitiuus pducit penultimā: nī
 si pæctica auctoritas eā corripiat. excepto alter alterius: q; ideo magis
 correctā habuit penultimā q; duabus syllabis uicit grūus nomiatiuū
 q; igit creuit syllabis minuit hoc tpe. **Terentiano** tamē iuenit huius etiā

penultimam produxisse in trochaico metro quod est ex septem pedi-
 bus & syllaba sexcuplo : ut una uincit alterius singulum. **Sextus** enim
 pes uult a longa incipere. **Propria** eiusdem .i. in .er terminationis no-
 mina si sint appellatiuis similia eorum sequuntur regulam . ut asper
 proprium asperi . appellatiuum asperi & aspri per **synopam** : liber
 proprium & appellatiuum liberi : caper similiter proprium & appella-
 tiuum capri . Reliqua uero omnia in r siue correptam siue productam
 tertiae sunt declinationis. **Graeca** siue latina cuiuscumque sint generis &
 t antecedente & in ris mutantia faciunt genitiuum . ut pater patris
 mater matris . equester equestris . **Excipitur** later lateris . **Præterea** iup-
 piter cuius genitiuus ad aliud nomē transit : dicimus enim huius iouis .
Et hoc iter dicimus enim huius itineris quis antiqui hoc iter iteris & hoc
 iter iteris dixerūt . **Plautus** in **merca** . **Qui** tu ergo iter exequi meū
 me finis . **Neuius** . in libro ignoti itineris sumus tute scis quæ sunt **ἡ
 ἐρωκλήτα** . Inueniuntur tamen & apud uetustissimos : hæc accipi-
 tis genitiui : hic accipiter huius accipitris & accipiteris : opiter opiteris
 & opitris : maspiter maspiteris & maspitris : diaspiter diaspiteris & di-
 espitris . sic etiam iuppiter iuppiteris & iuppitris : ut cesellio uīdici pla-
 cet declinari . Nam iouis nominatiuo quoque casu inuenitur . **Cecilius**
 in epistola . Non nobis quidem deus repertus est iouis : **Actius** in **epyl-**
mausimache lucifera lampade exurat iouis arietem . Ex quo etiam plu-
 ralem numerum **Plautus** protulit in **castina** . Repente ut moriantur
 humani ioues . **C** . quoque antecedente supradictam regulam seruat :
 id est er in ris conuertunt in genitiuo si sint communia uel in is facien-
 tia feminina : ut alacer alacris : acer acris . **Et** sciendum quod in utraque ter-
 minatione utriusque generis inueniuntur . **Hæc** **Virgilius** in .vi. dicens
Alacris palmas utraque tetendit . Potest tamen alacris esse pluralis ac-
 cusatiuus . **Neuius** in **carmine belli punici** . Fames acer auget hosti-
 bus : **Ennius** in .xii. **Omnes** mortales uictores cordibus uiuis latan-
 tes uiuo curatos somnus repente in campo passim mollissimus pertu-
 lit acris . **Alia** uero omnia cuiuscumque sint generis accepta is faciunt geniti-
 uum una syllaba abundante : ut aer aeris : cacer caceris : mulier mulieris : su-
 ber suberis : mulciber mulciberis & mulcibris ut cesellius in **stromatheo**
 docet : quod si est a mulcendo & imbri copositum ut plerisque uidetur melius
 simplicis declinationem seruat : celer celeris agger aggeris : liger ligeris :
 uomer uomeris degener degeneris pauper pauperis cadauer cadaueris : ci-
 cer ciceris . excipitur imber ibris & ab eo composita septēber septēbris :

october octobris: q̄, similis ē numerus syllabarū: tā in nominatiuo q̄ i
 genitiuo **V**etustissimi tamen genitiuo quoq; similem nominatiuū co
 rū p̄ferebāt. **C**ato de sacrificio cōmisso. mēse octobri facimus nouem
 bris reliquus erat. Et omnia quæ faciunt fœminina in is sic solebant
 etiam in masculino proferre: ut hic equester & equestris alacer & ala
 cris. celcber & celebris. hic campester huius campestris: **C**ato in pri
 mo originum: **A**grum quem uulsi habuerunt: campestris plerus ab
 originum fuit: **V**irgilius in sexto. de anchisa. **I**sque ubi tendentem
 aduersum per gramina uidit æneam alacris palmas utrasque tetendit
 hæc etiam contra rationem supradictarum regularum declinantur.
 puer pueri. cuius fœmininum puera dicebant antiquissimi: unde &
 puerpera dicitur quæ puerū uel pueram parit: idest puellam: quod ē
 diminutiuum puera: ut capra capella: tenera tenella. umbra um
 bella. **Q**uidius etiam hoc approbat: qui in. vi. methamorphoseos de
 puella proserpina narrat dicens. **T**antaq; simplicitas puerilibus affu
 it annis. quod deriuatiuum non pertinet ad fœminas nisi etiam pue
 ra esset dictum: quod tamen comprobatur etiam **S**uetonius diuersos
 ponens usus i libro qui est de constitutione officiorum. **L**iuus i odyf
 sea: **M**ea puera mea puera quod uerbi ex tuo ore profugit. **I**dem ali
 bi puerarum manibus confectum pulcherrime. **N**on est tamen igno
 randum q̄ etiam hic puerus & hic & hæc puer uetustissimi protulisse
 inueniuntur. & puellus & puella. **L**ucilius in. xi. **I**nde uenit **R**omam
 tener ipse etiam atq; puellus. **C**ecilius in umbris. **A**ge puere duce me
 ad patrios fines decoratum opipare. **A**ffranius in incendio. **O** puere
 puere sine me prospicere mihi. **P**lautus in lenonibus. **G**eminis dolet
 hic puellus sese uenum ducier. **L**ucilius in quarto. **C**umq; hic tam for
 mosus homo ac te dignus puellus. **L**iuus in odyfsea. **S**ancta puer
 filia saturni regina. **N**euius in secundo belli punici. **P**rima incedit ce
 teris proserpina puer. **V**arro in satyra quæ inscribitur περὶ ἐρακλῆος
 τῆς ἡρακλῆος: ἀλλὰ τοσ οὗτος ἡρακλῆος grauida q; mater peperit ioui
 puellum. liber quoq; libri: excipitur fiber fibri: quæ etiam rationabi
 liter uidentur esse secūda declinationis: habent enim fœmininam in
 a desinentia quantum ad uocem: libra & fibra quanuis non sint eiuf
 dem significationis. sicut apud græcos quoq; multa inueniuntur
 fœminina a masculinis deriuata non eiusdem significationis: ut λέκ
 ων λέκταινά non similem habent significationem. sic ἄρκων ἄρ
 κείνα λέων λέαινα regulam tamen eandem seruant. **I**tem exci/

piuntur culter cultri : cancer cancri : quod neutrum etiam inueni-
 tur sed quando morbum significat. **Cladius in quarto histo.** ut
 uideret ne respuerunt uermine litteris addiualis quod uermine
 ne ad cancer perueniret eius genitiuus canceris esse debet. ut cicer ei
 ceris. **Præterea** notandum socer soceri cuius socerini cum secun-
 dum analogiam hæc socera esse deberet hæc socrus in usu est. **Iuena-
 lis. in. ii.** Desperanda tibi salua concordia socru. **Vetustissimi** tamē
 cōmuniter hic & hæc socrus præferebāt. **Actius i atreo:** Simul & pisca
 præmia erepta a socru possedit suo : generi generi differētia causa : ne
 si generis dicamus aliud significare putet : aper apri cuius socerini
 ueteres prætulit apra : ut **Pli. in. ii. artiū.** Coluber etiā colubra facit.
 hæc acer arbor acri dicit. **Seruius i cōmēto Virgilio** cū nullū i et socerini
 secundæ inueniatur declinationis. **Ouidius** nominatiuū protu-
 lit : & **Platanus** genialis acerque coloribus impar. **Solinus** uero rectius
 protulit aceris in admirabilibus de arbore turis : palam fieret in torto
 eam esse uimine ramis ad aceris qualitatem. **Quæritur** hiber hiberi
 an hiberus hiberi melius dicatur. **Lucanus** enim utrunque protulit in
 sexto. **Si** tibi durus hiber aut si tibi terga dedisset. **Idem in quarto.**
Qui præstat terris aufert tibi nomen hiberus. ergo uel differētia cau-
 sa fluuii & gentis apocopa usus est : quomodo arar pro araris dixit :
 uel more suo abutens diuersis terminationibus quomodo achillem &
 achillea. **Nam** proprie hiberes sunt gens ab hiberis profecta : qui ultra
 armeniam habitant : quorum singularis nominatiuus hic hiber huius
 hiberis facit & apud grecos Ἰβηρ Ἰβηρος. **Nāaltes** Ἰβηρος Ἰβηροῦ di-
 cūt. **In** ir desinētia masculina accepta i faciunt genitiuū : ut hic uir uiri
 leuir leuiri. treuir treuiri : unum inuenitur ut quibusdam uidetur socerini
 tertie declinationis gadir gadiris. **Sed Salustius** neutrum
 esse ostendit in secundo historiarum. **Accusatiuum** nominatiuo si-
 milem ponens : ut alii tradiderunt. **Thartesium** hispaniæ ciuitatem
 quam nunc tyrii mutato nomine gadir habent : nam si esset socerini
 num gadirem dixisset accusatiuum non gadir. **Et** unum neutrum
 ir quod est indeclinabile quis quidam ut carisus ir iris declinauerūt
 abdir quoque & abadir ἰ Τερὰ Βαδῖρ declinatū non legi. **In** or desinētia
 latina si sint masculini generis aut socerini uel cōmunis accipiunt
 is : & producta o faciunt genitiuum : ut orator oratoris : hic salinator
 huius salinatoris : hæc uxor uxoris : soror sororis : hic & hæc auctor au-
 ctoris : pallor palloris : pudor pudoris : stridor stridoris : calor caloris

humor humoris. macor macoris : marcor marcoris : feruor feruoris :
 mador madoris : Salustius in .iiii. histo. Monumenta madore infirma
 rentur Rubor ruboris albor alboris : qđ etiam huius algus dicitur. Pla
 utus in uidualaria : Inopiam luctū mcerorē paupertatem algum famē.
Idem in rudente. Tu uel suda uel peri algu uel etiam agrota uel uale
 Excipiuntur corripientia o etiam in genitiuo : ut hic & hæc & hoc me
 mor memoris : immemor immemoris : quod a uerbo memoro natum
 penultimam eius seruauit syllabam : uetustissimi tamen similitē geniti
 uo protulerunt eius nominis nominatiuū. Cecilius in epiclero. Ita ne
 antipho proflua fide. Itan est in memoris. itan est madida memoria :
 Et hoc solum or desinens habuit comparatiuū memorior. Indecor in
 decoris : Virgilius in undecimo. Non tamen indecorem tua te regina
 reliquit. Idem in .xii. Nec genus indecores sine me hæc aut mollia fa
 tu. Inuenitur tamen etiam simplex decor decoris penultima correpta
 apud uetustissimos quando pro decorus decora decorum accipitur.
Neuius in carmine belli punici. Magnamq; domum decoremq; ditē
 duxerant : aliter enim iambus stare non potest Salustius in quarto.
 Equis & armis decoribus cultus. Idem in eodem : Dedecores multiq;
 ab hostibus terga cædebantur. Quæ ab eo deriuata sunt uel composi
 ta q; est decor decoris : illius declinationē seruāt : sicut a corpore quoq;
 composita eiusdem declinationem seruant . bicorpor bicorporis ; tri
 corpor tricorporis : ut Actius in eriphyla. Pallas bicorpor anguū
 spiras trahit. Virgilius in sexto. Gorgones harpyæq; & forma tri
 corporis umbræ . hæc arbor quoq; huius arboris : quod a robore de
 riuatum illius declinationem seruans corripuit penultimam genitiui
 ut a puero composita publipor publiporis : marcipor marciporis sic
 probus : Ita enim antiqui pro publiipuer & marcipuer dicebant : quæ
 o non producant in obliquis casibus. Salustius in quarto historia
rum hoc protulit. Vnus constitit in agro lucano gnarus loci nomi
 ne publipor. Neutra quoq; & græca omnia correpta o & addita is
 faciunt genitiuum : ut hoc marmor marmoris . æquor æquoris : hic
 hector hectoris : hic actor actoris . quando est nomen proprium
 græcum . Virgilius in .xii. Actoris arunci spoliū quassatq; tre
 mentem. Ab eo autem quod est hoc ador genitiuus in usu frequenti
 non est cuius deriuatiuum o productam habet contra rationem alio
 rū quæ ex neutris eiusdē terminationis deriuentur . Virgilius in .vii.
 Et adorea liba per herbam subiiciunt epulis . Et puto ideo produci

quoniam a uerbo deriuatur producente o penultimam idest adoro.
Ergo ador quoq; cum ab eodem sit uerbo necessario si declinaretur p
 duceret in genitiuo o quod rursus regula neutrorum prohibet in or
 terminantium: duabus igitur sibi aduersis regulis repugnantibus mā
 sit indeclinabile. **Q**uanuis inueniatur huius quoq; apud quosdam ue
 terum genitiuus modo producens modo corripiciens penultimam se/
 cundum supradictas diuersas rationes: ut **G**annius in primo hic a/
 doris dat. primicias sibi sanguine libat: Idem in secundo. **U**llam spon/
 te fatos adoris strauisse maniplos. **I**dem in quarto. **E**micat in nubes
 nidoribus ador adoris: excipitur etiam hoc cor cordis quod assumit d
 in genitiuo. **U**t breuiter igitur supradictam colligamus regulam in or
 deinentia neutra & graeca & quaecunq; deriuantur uel componun/
 tur a primitiuis penultimam corripientibus. **E**a genitiui penultimam
 corripiant: caetera uero producunt. exceptis cor & ador: In ur desinē
 tia cuiuscunq; sint generis accepta is faciūt genitiuum: ut hic uultur
 huius uulturis: turtur turturis. sulphur huius sulphuris. hic & haec
 fur huius furis. **E**xcipitur hic satur saturi. **U**nde **L**ucanus. **S**aturum
 tamen obsidet hostem. quod ideo est secundae declinationis: quia fa
 cit femininum in a desinens idest haec satura. **T**erentius in ecyra.
Sed cum tu satura atq; ebria eris. puer ut satur sit facio quod a probo
 pratermissum doctissime praceptor noster attendit. **T**eothistus om/
 nis eloquentiae decus: cui quicquid in me sit doctrinae post deum im
 puto. **E**xcipiuntur etiā haec in neutris quae p. u. o. correpta habēt pe/
 nultimā per obliquos casus: ut hoc robur huius roboris ebur eboris fe
 mur femoris. **H**oratus. **F**emuro cherinte tuū. **V**ir. in. xii. **O**tius enīe
 aeneas uis o tyrrheni sanguine latus. **E**ripit a femore. dicit tamē & hoc
 femem feminis cuius nominatiuus in usu raro ē. iecor iecoris uel ioci/
 noris: qui genitiuus uidetur a nominatiuo iocinus qui in usu non est.
Persius. **E**t quae semel intus innata ē rupto iecore exierit caprificus. **I**n
 as desinētia latina masculini generis sunt uel feminini uel cōmunis
 & ablata s & addita tis faciūt genitiuū ut hic meccenas huius mecce/
 natis: ciuitas ciuitatis. hic & haec arpinas huius arpinatis: excipiūtur
 monosyllaba hic as assis: uas uasis qđ i singulari numero tertiae i plu/
 rali secundae declatiōis ē ut hic uas uadis hic mas maris. & hoc fas ne
 phas: & hic & haec & hoc nugas ideclabilia **G**raeca uero eiusdē termi
 natiōis noīa in oy uel i a desinētia i genitiuo graeco priae sunt declina
 tiōis: ut hic λύσις λυσίου lysias lysia. antas anta hic ātas huius āta

huiusmodi nominatiuum nominum frequenter sine s terminali so-
lent romani proferre: ut hic geta birrhia marlya. In as autem terminā-
tia genitiuum græcum o in in i mutata faciunt genitiuum latinū: ut
κάλχῆς κάλχαντος: hic calchas calchantis: quauis hic calchas hu-
ius calchæ antiquissimi declinabant. **Plautus in menachinis**: Noui-
stin illum: noui cum calcha simul πάλῃς τοῦ παλαυτος: hic palas
palantis. πάλῃς τῆς παλλάδος: hæc pallas huius palladis. Et sciē-
dum q̄ in as desinentia masculina si n t habeant in genitiuo uocati-
uum in an uolunt terminare more græco: & similem hunc nominati-
uo seruare: ut o calchan uel o calchas: & o palan uel o palas. **Virgili-**
us tamen auctoritate pœtica o pala protulit in. xi. Salue æternū mi-
hi maxime pala. In eodem: Quin ego non alio digner te funere pala
in hoc quoq; græcorum pœtas secutus **Homerus in**
ὦ πολυδάαδ

πὸλυδάαδ εἰ τοῦ πόλυδάαν menander quo-
que in dardanio ὦ ἀρία ἀρία dixit pro ἀρίαν.

In es correptam latina masculini & communis generis cum sint mu-
tant e in i ablata s & addita tis faciunt genitiuum: ut hic miles mili-
tis: trames tramitis: tremes tremitis: merges mergitis: hic & hæc sof-
pes sospitis: pedes peditis: eques equitis: hic & hæc superstes supersti-
tis: gurges gurgitis: hic & hæc diues diuitis. Excipiuntur hæc quæ
habent penultimam æ diphthongum: uel quæ a uerbis deriuantur i
penultima syllaba e habentibus breuem quæ e seruant in genitiuo ut
hic & hæc præpes huius præpētis: tero teris hic & hæc teres terētis:
hebeo hebes: hic & hæc & hoc hebes hebetis. **Indigeo indiges indige-**
tis: impeto impes impetis: Ouidius in tertio methamor. Impete nūc
uasto pro impetu. Similiter Statius in. vii. thebai. Aurigamq; impe-
te uasto amphiaræ tuum interpretor interpretis: sic declinā-
tur. Et i ante e habentia ut hic paries parietis: hic aries huius arietis:
hic & hæc inquies inquietis quod quīs in nominatiuo e correptam
habeat ut probo uidetur in genitiuo tamen eandem producit secun-
dum genitiuum quies quietis principalis. **Sic etiam seruant fœmini-**
na e correptam: ut hæc leges segetis: teges tegetis. Illud quoq; notan-
dum q̄ a pede uel a sedendo composita per dis non per tis efferūt ge-
nitium: & a pede quidem composita seruant e. A sedendo uero mu-
tant e in i ut hic & hæc & hoc quadrupes: bipes bipedis: compes cō-
pedis: Iuuenalis in quarto. Squallidus in magna fastidit compede
k

fossor. hic & hæc obles obsidis: desis desidis. Excipiuntur hæc apes hu-
ius apis: quoniam hoc solum a pede compositum ut quibusdam ui-
detur e longam seruauit: neque uita creuit syllaba in genitiuo: quauis
& alia composita ab eo quod est pes auctores producant. **Virgilius** i
tertio ænei. **Stat** sonipes ac frena terox spumantia mandit. **Idem** i. x.
Tollit te arrectum quadrupes; & calcibus auras uerberat. **Horatius** i
primo sermonum. **Omnia** magna loquens modo sit mihi mensa tri-
pes & concha salis puri. **Probus** tamen inter correpta hoc ponit. **Qui-**
dus tamen nominatiuum hæc apis protulit in. xiii. metham. **Non**
apis inde tulit collectos sedula flores. **Quod** etiã dimminutiũ osten-
dit apicula: quomodo docet fidicula primitiui sui nominatiuum fides
non fides esse: quod **Seruius** placet de cithera. **In** es productam latina
i antecedente ablata s̄ sed addita i faciunt genitium ut hic merides
huius meridiei: hic uel hæc dies huius diei: hæc acies aciei: excipitur
hæc quies quietis. uetustissimi tamen hoc quoque secundũ supradictã
proferebant declinationem. **Afranius** in emancipato. **Sollicito** corde
corpus non potitur nunc quie. **Neuius** in prothetilaio laodomia com-
plexa somno corpora operiuntur ac suauis quie dicantur. **Iure** igitur
compositum quoque ex eo requies quod in eodem genere m̄lit tam
quintã q̄ tertia declinationis inuenitur. **Virgilius** etiam in quarto
æneidos. **Tempus** inane peto requiem spaciumque furori. **Cicero** in
dialogo de senectute. **Ut** meã senectutis requietem oblectamẽtumque
noscat: nam in quies cuius extremam corripit dicit **probus** inquietis
declinatur: quod trium factum est generum: ut supra ostẽdimus: cu-
ius etiam simplex inuenitur trium generum. **Neuius** in carmine bel-
li punici. ii. libro: **Iamque** eius mentem fecerat fortuna quietem. **Luci-**
nus macer in primo annali. **Non** minimo opere milites quietes uole-
bant esse. **Salustius** in secundo historiarum: **Quoniam** corpore & lin-
gua parcitum & inquietem nomine histrionis uix sani burbulegium
appellabant: alia uero eiusdem terminationis nomina e in i mutantia
faciunt genitium: ut hic uerres huius uerres: hæc cædes huius cædis
excipiuntur hic pes pedis: hæc ceres cereris: merces mercedis: hic &
hæc hæres hæredis: locuplex locupletis: & tria quinta declinationis
e corripientia tam in genitiuo quam in datiuo: fides fidei: res rei: spes
spei. **Inuenitur** & plebes plebis. **Salustius** in primo historiarum. **Ple-**
bei tribunitiam potestatem: nam plebs plebis facit genitium. **Et** fa-
mes famei dicebant ueteres: unde adhuc fame producitur in ablatiuo

Virgilius Melle soporata & medicatis frugibus offam. **Obicit** ille
 fame rabida tria guttura pandens. **Luuenalis** in quinto. **Inde** autem
 cum se matura leuauit progenies stimulante fame festinat ad illam.
 quam primum praedam rupto gustauerat ouo. **Idem** i eodem. Mem
 bra aliena fame lacerabant esse parati: & sua quasi quinta declinatio
 nis pduxerunt ablatiuū in es productam graeca eiusdem declinatiōis
 in εος uel in εος uel in τός genitiuum graecum terminātia ογ uel ο uel
 eo in i mutancia faciunt genitiuum latinum: ut παλαμῆδος παλα
 μῆδοίς palamedes palamedis ετεοκλῆς ετεοκλεος. **Eteocles** eteo
 clis χρῆμῆς χρῆμητος chremes chremetis & chremis. **Terentius** in
 andria. **Etiā** puerum inde abiēs cōueni chremis. **Idem** in eadē. Ego
 met continuo ad chremem μῆνδης μῆνδιτος. nomen ē urbis aegip
 tiacae: cuius mentionem pindarus facit mendes mendetis & mendis
Sic quoq; ρῆμῆς ρῆμητος Rhamnes rhamnetis & rhamnis. qđ
 graecum esse ostendit aspiratio post r posita: quod in latinis nomini
 bus non sit λᾶχης λᾶχητος: laches lachetis & lachis. **Sic** & similia
 in τός terminantia genitiuum graecū: nec est mirū duplicem declina
 tionem hanc habuisse apud latinos cum apud graecos quoque multa
 inueniuntur huiuscemodi ancipitem habentia declinationem teste
Herodiano γυγῆς nomen gigantis γύγου & γυγιτος. κῶμῆς
 proprium κῶμου & κῶμητος μύκης μύκου & μύκητος ὀμνήης
 ὀμνήου & ὀμνήητος ὀπέλης πέλητος μίγῆς μίγου καὶ μί
 γητος πύλης πύλου πύλητος. **Similiter** σαλῆς menes ageles cal
 les dares uarie declinantur. **Vnde Virgilius**: duplicem accusatiuum
 graecum protulit in. γ. daretā & darē illos secutos qui πόλητᾶ & πό
 ληνήτητᾶ & ἄνητην protulerunt: ut praecipitemq; daren ardēs aie
 a quo toto. **In eodem**: Sed sinē imposuit pugnae fessumq; daretā.
Sin in ογ terminant genitiuū graecum primae sūt declinatiōis ut. ἀχᾶ
 τῆς ἀχάτοῦ achates achate ἀχισης ἀχισόου: achises achisae. **Sapif**
 sine autē huiuscemodi nomina ātīqui & secundum tertiā protulerūt
 declinationē ut orontes orontis & oronte: timarchides timarchidæ ti
 marchidis herodes herodæ herodis. **Horatius** in .ii. epistolarū. Praese
 ret herodis palmetes pinguibus alter. **Cicero** in primo tusculanarum
Nō sine causa cū orestis fabulā doceret euripides. **Salustius** i. ii. histo
 riarū. Eā deditionē senatus per nūcios orestis cognitā approbat. **Idē**
 i quarto historiag. Nāq; primū Iasonē nouo itinere maris aetæ hospi
 tis domū uiolasse. **Agellius** noctiū attica. ix. historia ex libris heraclī

de poetici iocūdā memoratu & mirāda. Sciēdū tamē q̄ frequētissime
& tertia utūtur declinatiōe in ppriis quæ formā habēt patronymicoꝝ
& in barbaris. ut thucydides thucydida & thucydidis: mitridates mi
tridata mitridatis: tigranes tigrana tigranis: huiusmodi enim nomia
parthica etiā græci ancipiti terminant genitiuo modo οϣ μο. οϣ τι/
ΥΡΑΝΗΣ ΤΙΥΡΑΝΗ ΤΙΥΡΑΝΟΙΣ. **Virgilius in .xii.** Nec drācis dicta refellā.
Et sciendum q̄ in huiusmodi nōibus quādo tertia sunt frequētissime
ueteres datiuū pferebāt p̄ genitiuo. **Aristoteli demostheni thucydidi**
euripidi p̄ Aristotelis demosthēis thucydidis euripidis ponētes. Vir
gilius in priō anei. Præcipue pius ancas nunc acris orōti. **Nūc amici**
casū gemit. Idē in eodem. Troas reliquias danaū atq; immitis achilli
Idē in secūdo ane. Quis talia fando myrmidonū dolopū ue aut duri
miles ulyxi. **Terētius in heautontu.** Archonidi filiā pro archonidis.
Cicero in .ii. uerri. In thimarchidi potestate socioꝝ populi romani anti
quissimoz atq; amicissimoz liberos matres bona fortunazq; omnes
fuisse. **Idē in eodē datiuū similiter ptulit.** Neq; i præsentia thimarchi
di quid respondeat habuit & magis secūdam tertiā ea p̄ferunt nomi
natissimi auctores. **Idem in arato.** Sub pedibus profertur finita booti
pro bootis. **Terētius in ecyra.** Calimedem hospitem miconiū. **Cicero**
in p̄thagora: Quid tu idē tandē appares a socrate an quidē dubiū nō
ē quin ab alcibiade. **Trogus pompeius in libro .vi.** Inde sceptrū petit
quo Emedia interfecta socru cōtuleratis ab herculide petito colloquio
M. uellius cōsul liber primus. nec minus clarus ea tēpestate fuit. **Mil**
ciadis filius simon. **Plinius in .ii. naturalis historiaz ab euclide.** **Idē in**
tertio thucydide callipede. **In quarto philistide.** anticlide philonide.
In quinto Sothade. **In sexto simonide minore.** **In septimo agathagide**
apollonide duride heraclide pōtico asclepiade. **In .xi. oreleate.** **In .xii.**
inueside. **In .xiii. corfinade.** **In .xxxvii. neuripide.** Possūt tamē ea si p̄
ducte p̄ferantur datiuū esse græci p̄ ablatiuū quomodo **Virgilius in**
priō aneidos. **Vno comitatus achate.** **Iuuenalis Penolope melius le**
uius torquetis aragne. In is definitia lōgam cuiuscūq; sint generis la
tina ablata s & addita tis faciūt genitiuū: ut hic lis litis: hic & hæc dis
ditis: unde hi & hæc dites & hæc ditia: cuius nominatiuū singularē in
usu nō inueni: debet tamē secūdam analogiā hoc dite esse. nā in is si
niri nō potest. **Lucanus in octauo.** Nō illic libyæ posuerūt ditia gen
tes. **Tēpla hic & hæc samnis huius samnitis.** **Sic casar de analogia.**
Lucanus in secūdo. **Romanaq; samnis ultra caudinas sperauit uulne**

ra furcas : huius neutrū. **Neuius** samnite ptulit i carmine belli punie ad cuius similitudinem debet etiam hoc dite dici. Excipitur hæc glis gliris quod pro tr habuit: & hæc uis huius uis cuius plurale similiter tam **Lucretius** q̄ **Salustius** protulerūt. **Lucretius in. ii.** Sed quā multarum rerum uis possidet in se atq; potestates. **Salustius in. ii.** histori arum. Male iam assuetum ad omnes uis controuersiarum . illa quoq; tam in is quam in er finita nomina regulam seruant in er terminatorū idest accepta is faciunt genitiuū : ut hic puluis & puluer pulueris : hic cucumis & cucumer cucumeris : hic cinis & ciner cineris : hic uomis & uomer momeris : Præterea cæsar declinat puber puberis : quidā ut **Probus** pubes puberis. Et hoc tamē compositū iuenitur similit̄ habēs nominatiuū genitiuo. **Impubis** huius impubis . **Virgilius in secūdo.** **Impubis** iuli ab eo neutrū impube. **Hor.** ptulit i epodo **Ut** hoc tremē ti quæstus ore constat puer impube corpus. **Cicero tamē i. iiii. iuecti.** **Filiūq;** eius impuberem legatum a patre missum . **Idem i. ii. de ora tore:** Quod nisi puberem te iam inquit haberē. **Alia** uero omnia ciuis de terminatiōis correptæ similit̄ habent genitiuum nominatiuo : hic collis huius collis : hæc puppis huius puppis : hic & hæc suauius huius suauius : hic & hæc ciuis huius ciuis. Excipiūtur tamē hic lapis huius lapidis. uetustissimi tamē huius lapis ptulerunt. **Ennius in. xii. ānali.** **Occūbūt** multi latū ferroq; lapiq; : hic sanguis huius sāguinis. quod ueteres hoc sanguen dixerunt. **Cicero in hortensio ut ait. Ennius.** **Re fugiat** timidos sanguē atq; exalbescat metu. **Idem in. ii. ānali.** **O** genitor o sanguen diis oriundum : hæc pollis pollinis. sic carisius . **Probus** autem & cæsar pollen pollinis declinauerūt : hæc cuspis cuspidis semis semissis . **Apuleius in epitonia.** **Sed** tum sextertius dipondium semissem. quinarius quinquēsis : denarius decussis ualebat : hæc cassif cassidis . quod etiā hæc cassida cassidæ declinatur. **Virgilius in. xi.** **Au** rea uati cassida : a sāguine compositū nō seruat declinationem simpli cis : hic & hæc exanguis huius exanguis : acuspide seruat tricuspis tri cuspidis. **Quidius in primo metham.** **Positoq;** tricuspide telo mulct aquas. **Inuenitur** etiā hæc capis capidis cuius diminutiū ē capidula haurūcius capis uasis genus pontificalis diminutiū capidula. **Luci lius in. ix.** **Hic** ancilia ab hoc apicos capidasq; repertas. **Et** uide q; m' gis græcū esse ostēditur cū in as ptulit accusatiū pluralē. hic & hæc potis & hoc pote nomina esse ostēdit cōparatio potior & potissimus : **Sine** uerbis autem substantiuis raro inuenies ea uel obliquo casu pro

lata. **Persius:** Qui pote uis dicam: nugaris cum tibi calue. **Pinguis** a
 qualiculus protento sesquipedale extet. **Virgilius in tertio:** Nec potis
 ionios fluctus æquare sequendo. **Idem in .xi.** At non euadrum potis
 & uis ulla tenere. **In** is delinencia græca si in genitiuo græco consonā
 tem habuerunt ante o c o in i mutant & faciunt latinum: ut σιμωείδ
 σιμωέντος: simois simoontis ἑδωνίος ἑδωνίδος: hic adonis huius
 adoontis εὐπολίος εὐπολίδος eupolis cupolidis Δωρίδος Δωρίδος: do
 ris doridis: θετίδος θετίδος: hæc thetis huius theridis, quāuis ablatius
 eius ab hac theti. **Plautus in epodo protulit:** Tunc ille prognatus the
 ti sine perdat alia apportabant ei nere filia. εὐχαρίος εὐχαρίδος: eu/
 charis eucharidis: ἐπιχαρίος ἐπιχαρίδος: epicharis epicharidis. **Si**
in os puram desinit græcus genitiuus similis erit nominatiuo apud la
 tinos: ut ἑδωνίος ἑδωνίδος: hic adonis huius adonis. νεάπολιος νεάπο
 λίδος: hic neapolis huius neapolis. **Si** apud græcos in eis diphthon/
 gum terminent nominatiuum n & t habent in genitiuo: σιμωείος σι/
 μωέντος: hic simois simoontis. **In** os masculina ablata s & addita ris
 faciunt genitiuum: ut hic lepos leporis: ros roris: mos moris flos flo/
 ris. **Excipitur** nepos nepotis: quod quidam commune putauerūt quā
 uis fœmininum sit neptis. **Alia** uero omnia in tis desinunt: ut hic &
 hæc sacerdos huius sacerdotis: hic & hæc compos compotis. **Liuius**
in .xxv. Quod profecto facis mentis compotem esse, o, tamen in hoc
 solo corripitur. **Seneca in phædra:** Hyppolite me nunc compotē uo/
 ti facias. **In eadem:** Compote uoto: & est adonicum metrum: eius cō
 trarium impos impotis. **Actius i primo didascalion:** Falsidica audax
 nati mater pessimi odibilis natura ipos: excors & fera. **Similiter** hæc
 cos cotis: dos dotis. **Excipitur** hic & hæc bos bouis, quod idco assu/
 mit genitiuo u loco digamma: quia æoles quoq; solent inter duas uo
 cales eiusdem dictionis digamma ponere: quos in multis sequimur:
 ὄφις ouis Δάφος dauus ὠφὼν ouum. **In** nominatiuo quoq; huius no
 minis illos sequimur: **Nā** & æoles & dores βῶς dicunt pro βοίς diph
 thongum in o longam uertentes. & q; hoc uerum est ostendunt epi/
 grammata uetustissima quæ litteris antiquissimis scripta i multis tri
 podibus legi: & maxime in tripode apollinis qui est Constantinopo/
 li in loco quem xecolophon uocant. sunt autem scripta sic λημᾶσων
 pro λημᾶσφών λσokων pro λσokόων: hæc glos gloris: hoc os corre/
 ptum ossis. **Ouidius in quinto methamorphoseos:** Qui postq; cecidit
 ferrumq; ex osse reuulsum est. **Quidam** tamen ueterum ex hoc ossi

& hoc ossum proferebant. **Vnde Pacuuius in chrise:** Ossum inhumatum astuosam auram. **Actius uero in annalibus.** Fraxinus uero fixa ferox infensa infunditur ossis: **Cato** tamen os protulit in quarto originum. **Si** quis membrum rupit aut os fregit talione uindicta proximus cognatus ulciscitur os productum oris: hic & hæc custos custodis. **Ideo** in dis desinit quia uenit a uerbo custodio. **Græca** eiusdem terminationis græcū genitiuum sequuntur os finali in is conuersa: ut χρυσεῖος χρυσεῖωτος: chriferos chriferotis ἥρωδ ἥρωδος: haros harois. μινός μινωός: minos minois. **Salustius** tamen protulit minonis genitiuum in secundo historiarum. **Dædalum** ex Sicilia profectum quo minonis fugerat iram atque opes. **Nec** tamen hoc sine exemplo apud græcos quoque inuenitur: **Syracusii** enim haron pro haros dicunt: sic sophrō ἥρων ἥρωδ dixit. **Similiter** ergo & μινων pro μινωος Romani autem plerumque solent in terminatione etiam abiectioe non proferre per o ut leo draco. **Sic** ergo mino gobio quoque dicunt pro γωβιός abiecta s. **Et** quod mirabilius athos athonis protulit. **Cicero** in tertio de re publica: **Quid** ergo illa sibi uult absurda exceptio: nisi quis athonem pro monumento uult funditus efficere? **Quis** enim est athos aut olympus tantus. **Sed** hoc in us correptam dehinc attice platum est quomodo ἀνδρὸ γεωός pro ἀνδρὸ γεός: **In** us correptam desinetia masculina .i. uel. t. uel. x antecedentibus: si sint rerum incorporaliū uocabula quartæ sunt declinationis: ut hic uisus uisus: hic casus huius casus: hic situs huius situs: hic positus positus: hic partus huius partus: quanuis hæc partio huius partitionis antiqui protulisse inueniuntur. **Plautus** in truculento. **Horresco** misera mentionem quotiens sit partitionis. **Hic** sexus huius sexus: hic luxus huius luxus: **Similiter** quartæ sunt quæ rerum uocabulis omonyma inueniuntur ut hic magistratus ἡγρχὴ καὶ δᾶρχων huius magistratus: hic saltus ἡπὴδισις καὶ ὁ πῆδισις huius saltus: hic uersus ἡφωνή καὶ δριχοδ huius uersus: hic exercitus ἡπολορκία καὶ δριχοδ huius exercitus: fastus quādo a fastidio est uerbo quartæ est, quando uero pro annali accipitur a fastis & nefastis diebus sic dictum frequentius secundæ est: **Inuenitur** tamen & quartæ. **Lucanus** in decimo. **Nec** meus eudoxi uincetur fastibus annus. quod tamen errore lucani prolatum dicit **Seruius** in commentario tertii libri **Virgiliani.** **Cum** antiquiores quoque similiter idem protulisse inueniuntur. **Quidius** fastorum inscripsit libros **Nam** apud **Horatium** duplicem inuenio scripturam & fastos &

fastus in tertio carminum permemores. **V**arro generum omne fastos
& fastus in aliis codicibus. **V**arro in ephemeride. **P**ostea honoris uir/
tutum causa. **I**ulii caesaris qui fastus porrexit: mensis **I**ulius appella/
tus est. **S**enatus quoque ideo quarta est q̄ a uocabulo natus compo/
nitur: & si ante tus alia sit in eadem syllaba consonans etiam corpora
lia quarta sunt declinationis: nisi sint propria uel mobilia: ut hic flu/
ctus huius fluctus hic quæstus huius quæstus hic rictus huius rictus
hic uictus huius uictus: **E**xcipit hic lectus ἡκλινῆ huius lecti: quod
tamen etiam huius lectus antiquissimi protulerunt. **C**ornificius in pri/
mo de etæmis deorum: **I**psis uero ad cereris memoria nouada gra/
tia lectus sternitur. **P**lautus in amphitrione. **Q**uam lectus ubi concu/
buiti concaluit locus: **M**ustus quoque musti excipitur probus quod
tamen mobile uidetur cum ueteres & fœminino & neutro genere in/
ueniuntur hoc protulisse. pro nouus noua nouum. **M**artialis in prio
Quod te tusca iuuat uetulo miscere falerno: **I**n uaticanis condita mu/
sta cadis: **Q**uidius in. xiiii. methamor. **T**ercentum messes tercentum
musta uidere. **C**ato censorius de agna pascenda. **M**usta agna pro
noua dixit. **I**nueniuntur tamen antiquissimi multa ex supradictis in
genitio etiam i terminasse. **T**erentius in andria. **N**ihil ornati nihil tu/
multi pro ornatus & tumultus. **I**dem in adelphis fructi pro fructus.
Nunc exacta ætate hoc fructi pro labore ab his fero: quæsti pro qua/
stus. **I**dem in ecyra. **N**unq̄ animum quæsti gratia ad malas adducã
partes aduenti pro aduentus. **I**dem in phormione **P**atrem extimescã
ubi eius aduenti uenit in mentem. **S**enati pro senatus. **S**alustius in
catilina. **S**enati decretum sit sicut ille sensuerat: uerſi quoq; pro uerſus
Lauerius in lacu auerno uerſorum non numerum numero studui/
mus **V**alerius in phormione. **Q**uod hic cum tragicis uerſis & firma
facis **L**euus in polymentris. **O**mnes sunt denis syllabis uerſi. hic ui/
ctus huius uicti. **P**lautus in captiuis. **P**ro intuitu cotidiani uicti uentrẽ
ad me afferas. **I**dem in aulularia huius gemitu dixit. **T**antum gemitu
& male mœstitia: mihi hic dies obtulit famem & pauperiem. **A**lia
uero omnia eiusdem generis latina in us desinẽtia secundæ sunt decli/
nationis. ut hic **V**irgilius huius uirgiliti: somnus somni: lacertus la/
certi: numerus numeri: sanctus sancti: uetus uenti: cibus cibi: quan/
uis & huius cibus antiqui protulisse inueniuntur. **P**lautus in capti/
uis. **T**antus uentri commeatu meo adest in porto cibus. **E**xcipitur
arcus quod differẽtia causa quidam tam secundæ q̄ quartæ protulerunt

De caelesti enim id est de iride **Cicero** dicens in tertio de deorum natura in primo finiuit genitium. **Cur** autem arci species non in deorum numero praeponatur. **Et** inuenitur tamen apud ueteres etiam foemini nini generis secundum quod bene est quarta declinationis **Ennius** in xv. annalium. **Arcus** ubi aspiciunt mortalibus quae perhibentur **Acus** etiam quod quarta est declinationis tam masculinum quam foemininum inuenitur. **Lucanus** in decimo. **Quod** nilotis acus compressum pectine serum: **Iuuenalis** in primo. **Ille** supercilium madida fuligine tinctum: obliqua producit acu. **Idem** in secundo: **Emerita** quae cessat acu. diminutio tamen fit a masculino aculeus teste **probo** quomodo ab equo equulus. **Et** lacus & hic specus quod tam masculinum quam neutrum inuenitur. **Horatius** in libro tertio carminum. **Quo** me bacche rapis plenum tui quae nemora & quos agor in specus: **Sed** hoc specus melius dici in singulari numero in plurali hi specus **Seruius** placet. **Foemininum** tamen hoc quoque nomen inuenitur. **Agellius** noctium acticarum, vii. **Sole** medio inquit & arido & flagranti specum quandam nactus remotam tenebrosam quae penetro & recondo. **Ennius** in .xii. annalium. **Tum** caua sub monte late specus intus patebat. **Pacuius** in nuptiis: **Aduenio** in scrupulosam specum: dicebant tamen & hoc specum & haec specula. **Cato**. **Specula** apposita quo aqua deuia abiret: **Sed** **Liuius** etiam in singulari numero hoc ponit masculinum in primo ab urbe condita. **Lucus** erat quem medium ex opaco specu fons perenni rigabat aqua. **Similiter** **Quidius** in tertio methamorphoseos. **Est** specus in medio syluis ac uimine densis. **Idem** in quarto. **Specus** est tenebroso cacus hiatu. **Idem** in .xi. **Est** specus in medio natura factus an arte. **Ambiguum** penus quoque & masculini & foeminini & neutri inuenitur. teste **Donato** & **Capro**. **Plautus** in pseudulo: **Nisi** mihi annuus penus ab amatoribus congeritur. **Lucilius**: **Magna** penus paruo spacio consumpta peribit. **Horatius** in primo epistolarum. **Annona** pro sit portet frumenta penusque cuius neutri genitium est penoris: ut pecus pecoris. **Caesar** **strabo** contra **sulpicium** tribunum plebis: quod propinquos nostros messallas domo deflagrata penore uolebamus priuare hoc penum. etiam **Affranus** protulit in penum herile. **Etiam** hic ficus uitium corporis quarta est. **Martialis** etiam in primo epigrammaton. **Cum** dixi ficus rides quasi barbara uerba. **Et** dici ficos ceciliane iubet. **Dicemus** ficus quas scimus in arbore nasci:

Dicemus ficos ceciliane tuos. **Ex** quo ostendit & uicium & fructum posse esse quartæ declinationis: genere autem differre: uultus præterea quartæ est. quod quasi rei est uocabulum a uolo uerbo. quomodo a colo cultus: ab ulciscor ultus. **Nec** mirum cum **Aristoteles** species incorporales circa corpora uult esse: uultum quoque quomodo colores & figuræ cum sint incorporales: uoluntatis enim significat affectum in facie intelligi: quomodo metus gaudium læticia tristitia quæ omnia rerum incorporalium sunt uocabula. Iure igitur quartæ est. **Similiter** artus, hoc enim quoque cum neutro etiam genere hoc artu ueteres proferebant bene secundum quartam declinationem. omnia enim masculina quæ neutra quoque in u desinentia inueniuntur eiusdem sunt declinationis: ut hic tonitrus hoc tonitru: hic cornus hoc cornu: ergo similiter hic artus hoc artu. **Plautus in menæchinis.** Ita mihi imperas ut ego huius membra atque ossa atque artus comminuam. **Illud** etiam possumus dicere quod a uerbo arto artas rei uocabulum sit artatus. **Et** per synecopam artus quomodo a potō potas potatus potus. **Ideoque** nomen etiam quod significat ἄρτος id est artus quia a uocabulo rei est similiter etiam eandem seruauit declinationem quomodo exercitus saltus magistratus: & forsitan etiam ideo acus ab acuto: portus a portatu: lacus a laqueatu: sinus a sinuatu: currus a cursu: gradus a gradu. nata primitiuorum seruant declinationem: quomodo uniuoca fixa. **A** portu compositum tam masculini quam neutri generis inuenitur & secundæ declinationis hic angiportus & hoc angiportū his angiportis: **Sic** **Plinius** secundus in primo artis grammaticæ. **Terentius quoque** in adelphis. **Id** quidem angiportum non est paruū. **Idem** in phormione. **Sed** hinc concedam transire uos in angiportū hūc proximū. gradus quoque est quartæ ut ostendimus. **Et** sinus dicitur tamē & hoc sinum id est producta in neutro genere & significat uas. **Varro** de uita populi romani libro. i. **Ubi** erat uinum in mensa positum aut galeola aut sinū. **Virgilius** in bucolicis. Sinū lactis & hæc te liba priape quotannis. **Sed** hoc etiam quidam masculino ptulerunt. **Plautus** in gurgulione. **Hic** cū uino sinus fertur: **Forte** igitur etiam differentiæ causa hoc secundæ illud quartæ declinauerūt. **Currus** quoque similiter excipit quod quartæ est declinationis ut ante docuimus. & possumus uerisimile de his omnibus rationem ut superius monstrauimus reddentes dicere: quæ ea quæ a participiis declinant in us desinentia si sint fixa quartæ sunt portatus portus: artatus artus: arcuatus arcus. laqueatus lacus. acutus acus: sinuatus sinus: a cursu quoque cur

ro curus a gressu uel gradior gradus: Adeo autē cognatio est curus ad cursū q̄ dimminutiū curus curriculum p̄ cursu accipit. Cicero p̄ marcello. Nec fas esse ducebam uersari me in uetere nostro curriculo. Quomodo igitur si essent participiis similia fixa quartæ proferrentur declinationis: sicut omnia quæ similia sunt participiis nō mobilia: sic etiam per syncopam prolata uel mutatione consonantium ante us positarum eandem tamen declinationem seruauerunt. Nec mirū in nominibus hoc fieri: cum etiam ipsa participia inueniuntur per syncopā prolata: ut potus pro potatus: cretus pro creatus: dictus pro dictatus: laucius pro lauciatu: truncus pro truncatus. & lassus pro lassatus: tonitrus quoq; & cornus quando sunt masculina notantur q̄ quartæ sunt. Nam plerunque etiam neutra inueniuntur hoc tonitru hoc cornu: de quibus supra docuimus. Quomodo autem quædam nomina quartæ declinationis secundum secundam etiam regulam protulisse superius uetustissimos ostendimus. Sic e contrario quæ debuerunt esse secundæ: quartæ est quando declinauerunt: ut hic sibilus huius sibili. uadus uulguis fretus. *Sisenna in. xii. historiarum* procul dubio sibilus significare consuli cœpit. Excipitur etiam lepus leporis quod solum in us correptam desinens masculinū tertie declinationis inuenitur: Nam uetus ueteris commune est trium generum. & ligus quoq; liguris cōmune est. *Salustius in secundo historiarum.* Sed ipsi ferunt taurum ex grege quem prope littora gerebat corfa nomine lygus mulier inuenitur tamen etiam desinens in ur lygur. ut *Lucanus* in primo. Et nunc tonse lygur quōdam per colla decore. *Crinibus* effusis. quanuis etiam ueter analogia exigit ut bene sit dictum. *Actius* in hecuba. *Veter* fatorum terminus sic iusserat pro uetus. Quod *Capro* quoq; prudentissimo uidetur cū cōparatiuus ueterior & superlatiuus ueterimus: ueter desiderēt positiuū. *Cato in prio originū.* Antennantia ueterior est q̄ Roma. *Plautus* in bacchidibus. *Senē* tibi dedo illum ueteriorē lepide ut lenitū reddas monosyllaba quoq; i us omnia cuiuscūq; sint generis tertie sūt declinationis quæ & pducuntur. Est autem masculinū unū a græcis sūptū aīd hic mus muris quod & p obliquos casus pducit u muris muri. Ideoq; assūpsit r quia nō poterit. u. uocalis penultima pducit uocali altera cōsequēte. itaq; in omnibus monosyllabis u lōga ē p omēs casus: & similiter declinatio supradicti nōinis: ut mus muris plus pluris: ius iuris: thus thuris: crus cruris. exceptis sus & grus quæ in monosyllabis coia iuēiunt & in noiatiuo pducūt: in obli

quos uero corripitur: q; apud græcos quoq; est pductā in nominati
uo reliquos casus corripit. u. penultima ante uocalē posita lōga nō in
uenitur apud latinos. ut arduus sua fluctui ruo. **Sunt autem nomina**
in us delinentia cōmunia quattuor: duo in us productam monosylla
ba: & duo dissyllaba in us correptam: de quibus supra diximus: hic
& hæc sus suis grus gruis: Virgilius in primo georgicorum. Strymo
nia dant signa grues: Horatius in secundo sermonum. Discrpta fe
rentes membra gruis sparsi sale multo non sine fare: uetus etiam uete
ris: lygus quod in ur terminat nominatiuum lygur: ut supra dictū est
lyguris: Præterea unus ullus nullus solus totus alius: quanuis uerissi
ma ratione nomina esse ostendantur: ut in pronomine docebimus: ta
men pronominum sequuntur declinationem illorum quæ in us ter
minant genitiuum quāq; inueniantur apud ueteres & nominum mo
do declinata idest genitiuum in i & datiuum in o desinentia: Nec so
lum hæc: sed omnia quæ simili declinatione proferuntur sicut iam in
superioribus ostendimus. Tintinnius in barbato. Quod quidem pol
mulier dicit nanq; uni collegii sumus uni pro unius. Afranius in sus
pecta. Adeo ut te facias caperet totæ familiæ pro totius. Cato i primo
originum. Nam de omni tusculana ciuitate soli lucii mamili benefici
um gratum fuit. soli pro solius. Idem in secundo: Qui tantisper nulli
rei scies dum nil agas. nulli pro nullius. Plautus in truculento. Quasi
uero corpori reliqueris potestatem coloris ulli capiendi mala. ulli pro
ullius. Alius quoq; tam huius alius penultima circumflexa q̄ alij ge
nitiius inuenitur apud ueteres. Cecilius in quinto. Nullius aliæ rei ni
si amicitia corū causa. aliæ pro alius dixit. Cæsar i anticatone. i. Vno
enim excepto quē aliusmodi: atq; omnis natura finxit suos quisq; ha
bet caros. M. Cato in censurā de uestitu & uehiculis. Nam periniuriū
sciet cum mihi ob eos mores quos prius habui honos det ubi datus ē
tū uti eos mutē atq; alii modi sim. Glicinius in. ii. Peruersum esse alii
modi postulare. Fæminina eiusdē terminatiōis correpta si sint arborū
noia secundæ erunt declinationis: ut hæc cornus huius corni. hæc fa
gus fagi: hæc pirus huius piri: hæc cupressus huius cupressi. Excipiū
tur quercus laurus pinus cornus: ficus: quæ tã secundæ q̄ quartæ decli
natiōis inueniunt. Cicero i chorographia Ibi quercorū rami ad terrā ia
cēt: ut sues quasi caprea ex ramis glāde pascāt. Virg. i. viii. Arma sub
aduersa posuit radiatā quercu. Statius. vii. thebaidos. Cornu cūpres
sus achiaua. Vir. i. xi. Ferro sonāt alta bipēni fraxinus: euertūt altas ad

fydera pinus. **Cicero in secundo de oratore.** Cum familiaris quidam
 quæretur: quæ diceret uxorem suam suspendisse se de ficu: amabo te
 inquit da mihi ex ista arbore quos feram surculos. **Martialis in epigrā/
 matibus.** Dicemus ficus quas scimus in arbore nasci. **Sin uero in us**
productam terminantur ablata s & addita tis faciunt genitiuum: ut
 seruitus seruitutis: uirtus uirtutis. salus salutis: senectus senectutis: iu
 uentus iuuentutis. **Excipiuntur tellus telluris: palus paludis:** quæ duo
 non habuerunt in genitiuo palus tamen etiam correpta inuenitur
 apud **Horatium de arte poetica.** Debemur morti nos nostraque: siue re
 ceptus terra neptunus classes aquilonibus arcet: regis opus sterilisque
 diu palis atque remis. **Alia omnia eiusdem generis: idest fœminini in**
us correptam desinentia quartæ sunt declinationis. ut hæc nurus hu
 ius nurus: hæc tribus huius tribus: hæc manus huius manus: ex quo
 compositum eiusdem declinationem sequitur: hic centimanus huius
 centimanus. **Horatius in secundo carminum.** Testis mearum cen
 timanus gigas sententiarum: hæc anus huius anius. **Nam terenti/
 us contra hanc regulam in heautontu.** dixit anius more antiquo ipsa
 ostendimus mediocriter uestitam ueste lugubri eius anius causa opi
 nor quæ erat mortua. **Excipitur hæc aluus huius alui quod ueteres**
frequenter masculino genere protulerunt: Actius in annalibus. **Vt**
quam fragilissimus aluus. **Cato ad filiū:** Ex dolore ex febris ex siti ex
 medicamentis bibendis ex cathaplasmatibus ex aluo lauando **Cinna in**
smyrna. **At scelus in cestro cinae crescebat in aluo Itaque secundum hoc**
genus bene declinatur aluus alui. **Virgilius tamen hoc protulit fœ/
 mininum in secundo æneidos.** **In latus inque feri curuam compagibus**
aluuum: humus humi hoc etiam neutrum in um desinens inuenitur
apud ueteres secundum quod oportune hanc declinationem seruauit in
adone liuius humum humidum pedibus fodit. **Gracchus in thieste.**
Merfit sequentis humidum plantis humū: domus domus & domus
domi. **Terentius in eunucho.** **Domus focique fac uicissim ut memineris:**
Virgilius in sexto. hic labor ille domus & inextricabilis error. **Quidi**
us in quarto metham. **Domus communis utrique: & colus coli & colus**
Virgilius in octauo. **Cui tolerare colo uitam tenuique: minerua: Stati/
 us in sexto thebaidos.** **Sed huius extrema iam fila colu datur ordo se/
 nectæ: uenus ueneris quoque excipitur: quod solū propriū fœmininū**
inuenit latinū in us desinens correptū: & forte ideo sic declinat ne si ue
nus ueni declaret dubitationē haberet genitiuum cū ueni uerbo impatiuo

Incus etiam incudis. quod ponit Nonius marcellus de doctorum in
dagine. **F**erri massa maleis cuditur. unde etiam incus est appellata.
Cuius quia genitiui penultima cu: & in cudo uerbo eadem syllaba p
ducitur. debet quoque in nominatiuo produci: pecus quoque femininum
pecudis facit. quod etiam neutrum est hoc pecus pecoris: **C**eterum in
auguralibus: **S**ic sincera pecus erat. **V**irgilius in primo. **I**gnauum fu
cos pecus a praesepibus arcent. uetustissimi etiam hoc pecu: unde &
haec pecua plurale dicebat **H**ostilius in primo annalium. **S**ape gre
ges pecuum ex hybernis partibus puli. **P**lautus in mercatore. **N**ec pe
cua ruri pascere nec pueros nutrire. **I**dem in truculento. **P**ecua ad
hanc collo neruina ego obligata defero. **I**dem in rudente. **N**on uides
referre me humidum rete sine quamoso pecu. **E**t solimus in memoriali
bus de britannia dicit. **I**ta papulosa ut pecua: nisi interdum a parti
bus arceantur ad periculum ager facietas. **P**raeterea inuenitur apud
uetustissimos intercus intercutis: & proprie intercus dicitur aqua quam
graeci ὑδρὸς πῆρα uocant. **P**lautus in tribularia. **I**s mihi eras bilis aqua in
tercus tussis febris. **C**ato autem quasi adiectiuo eo est usus dicens. **I**n
tercutibus stupris obstinatus pro intestinis: ut sit secundum eum hic
& haec & hoc intercus: id est qui uel quae uel quod intra cutem est: **N**ec
est mirum declinationem simplicis sui id quoque seruare quibus nomina
tium terminatione mutata. quod in omnibus pene fieri compositis in
uenimus. hoc cor huius cordis hic & haec & hoc concors huius con
cordis: hoc caput huius capitum. hic & haec & hoc triceps tricupitis. **S**i
militer corpus corporis tricorpor tricorporis: & omnia talia. **E**xcipitur
exanguis. quod quia commune est in is breuem desinens. & in e bre
uem facit neutrum parem habuit nominatiuo genitiuum huius exan
guis quomodo omnia similia. **G**raeca quae apud graecos in os de
sinentia mutant o in u secundae sunt declinationis: ut κύριος cyrus
cyrus: πύλος pylus pylus. πέλαγος pelagus pelagus: sic χῆρος chaus chaus
Quidius in xiiii. metham. **E**t noctem noctisque deos hereboque chaoque
conuocat. id est ab herebo & a chao sicut a pelago. **A**bsque illis quae in
ros desinentia antecedente alia sub eadem syllaba consonante ros in
er conuertunt plerumque: ut ἄγρος ager ἀνένανδρος menander. de
quibus supra docuimus. **S**in eiusdem sint & apud graecos terminatio
nis in is faciunt genitiuum: a genitiuo enim graeco mutant o in i & fa
ciunt genitiuum latinum: ut ὁ δίδυμος τοῦ οἰδίπεδος oedipus oedi
podis: quamuis **P**lautus ablatiuo casu ab oedipo dixit pro oedipo/

de in penulo. Nam isti quidem hercle orationi cœdipo usus est conie-
 ctore qui sphyngei interpretis fuit. αελααποισ αελααποδος melampus
 melampodis. panthus enim & eunus & antinus quæ per synaresim
 οοσ ιδδσ diphthongum apud grecos proferuntur cum apud illos se-
 cundum integrorum regulas declinantur idest in οοσ desinetium in
 οδ diphthongum terminant genitiuum apud nos quoque debet esse
 secundæ declinationis & sicuti si integra eorum inueniuntur necesse
 est ea decliare πανθεωσ πανθεου και πανθοισ κι πανθον. Et nos ergo pa-
 thous panthoi: panthus panthi Horatius alcinous alcinoi declinauit
 in primo epistolarum. Nos numerus sumus & fruges cõsumere nati
 Spon si penelopæ nebulones alcinoiq;. Apud Virgilium tamen nomi-
 natiuus & uocatiuus secundum grecorum regulam inuenitur prola-
 tus in .ii. aenei. Panthus othriades arcis phœbiq; sacerdos. In eodem
 quo res summa loco panthu: quam prædimus arcem: Neutra eiusdẽ
 terminationis si sint momosyllaba producuntur & ablata s & addita
 ris faciunt genitiuum. ut hoc ius iuris: thus thuris. rus ruris: crus cru-
 ris: Alia uero d uel l uel n ante us posita mutant us in e correptã & ac-
 cepta ris faciunt genitiuum. ut hoc pondus ponderis: uellus uelleris
 holus holeris: munus muneris: onus oneris: scelus sceleris: genus ge-
 neris: quod latinum esse ostendit & declinatio & uerbũ genero gene-
 ras: Excipitur scœnus scœnoris: Iuuenalis in quarto. Aere paterno ac re-
 bus merlis in uentrem scœnoris atq; argenti grauis & pecorum agro-
 rumq; capacem: quod antiqui scœnoris dixerunt unde & scœnero uer-
 bum & scœnator. Et pignus pignoris & pigneris uide pignero pigne-
 ras. Lucanus in secundo. Pignora nulla damus nulli coiere propinqui
 Iuuenalis in .iii. Milia scœnus pigneribus positis. Alia uero omnia mu-
 tant us in o productam quidem si sint cõparatiua & accepta ris faci-
 unt genitiuũ: ut hoc melius huius melioris: hoc scœlicius huius scœlici-
 oris: correptam uero si non sint cõparatiua: ut hoc decus decoris: ster-
 cus stercoris: pecus pecoris: frigus frigoris: tergus tergoris: nemus ne-
 moris corpus corporis. tẽpus tẽporis. Excipiuntur ea quibus uerba ad-
 iacent e habentia in penultima syllaba: ulcus ulceris ulcero. opus ope-
 ris: operor operaris. latus lateris latero: uiscus uisceris uiscero: ex quo
 cõpositũ euiscero. Quidius i sexto metham. E quibus una trahẽs hæ-
 rentia uiscere tela. Et alia tamẽ pene omnia e habẽtia a te ris i genitiuo
 habẽt. similiter huiuscemõi uerba ut põdus ponderis põdero põderas
 sydus syderis sydero syderas: unde cõpositum cõsidero consideras &

desydero desyderas munns muneris mūcro muneris: genus generis
genero generas & quæ pro o habente i inultima syllaba. Breuiter igit
possumus colligere regulā & sic dicere. omnia neutra supra syllabam i
us desinentia si habuerit uerba in ero exeuntia per enis faciūt genitiuū
ut pondus ponderis: pondero ponderas: ulcus ulceris ulcero ulceras.
latus lateris: latero lateras: holus holeris: holcro holeras. **Gn.** martius
meos ortulos plus stercore q̄ olcro. **Alia** uero omnia o habent penulti
mā correptā nisi sint comparatiua ut tempus temporis: littus littoris
Excipitur uirus quod quidā indeclinabile: quidā secundæ declinatio/
nis putauerunt secundū Lucretiū qui sic protulit. **Liquit** enim tetri su
pra uestigia uiri. **Idē** cōtrectansq; suo cōtractos perdere uiro: uulgus
eū excipitur quod tam masculini q̄ neutri generis est. & secundū re/
gulam masculinorum declinatur. **Similiter** pus non habet genitiuū
ne si puris diceretur esset quantū ad eandem scripturā dubitatio utrū
esset datiuus pluralis a puro puris: an genitiuus singularis ab eo quod
est indeclinabile. **In ys** græca sunt tantūmodo & tertiæ declinationis
mutāt n græci genitiui in is phorcys phorcys phorcys: erinnys eri
nyos erinnys: amphibrachys amphibrachys amphibrachys: chla/
mys chlamydos chlamydis. **Sed** hæc græce quoq; prolata inueniun
tur. **In æs** diphthongū duo inueniuntur præ prædis: hoc æs aris. **In**
aus desinentia fœminina sunt & ablata s & addita dis faciunt geniti/
uum: ut hæc laus huius laudis: fraus fraudis: **In** eus græca sunt &
mutantia us in i faciunt & genitiuum ut hic tydeus huius tydei. **In**
huiusmodi tamen terminatione quædā inueniuntur mutatione eus
diphthongi in es longam prolata: ut ἀχιλλεύς achilles περσεύς per/
ses οὐλύξεύς ulyxes. **In** quo dores sequimur qui φιλεύς φιλης &
pro ὄρφεύς ὄρφην dicunt pro Τιδεύς Τιδης. **Sic** cātimachus in prio
thebaidos Τιδης: & uocatiuum in e productam Τόνκαί τω γρησσα
προσωπέλησόν μιν Τιδην teste herodiano qui hoc penit in primo ca/
tholicorū. **Similiter** ibicus ὄνομασκει Τόν ὄρφη dixit. **Et** quia ab huius
modi nominatiuis idest quæ eus i es cōuertunt uocatiuū in e longā
termināt ut ὦ Τιδης ὦ ὄρφη. **In** eo quoque casu aliquādo illos sequi/
mur latini ut achille perse. **Quidius** i methamorphoseos. **Tu** que tu/
is armis nos te potiremur achille: **Ab** ulyxeus nominatiuo quoque p
ferunt latini in ei genitiuum: **Horatius** in primo carminum. **Nec** cur/
sus duplices per mare ulyxei. **Idem** in primo epistolarum. **Cerite** ceta
digni remigiū uitiosum ithacensis ulyxei. **Quidius** in quattodecimo

metamorphoseos. **Nericius** machareus comes experientis ulyxei :
Et ab achilleus accusatiuum graecum protulit **Lucanus** in. x. **Famul-**
lumq; tyranni terribilem uisu traiecit achillea ferro. **Ex** quo apparet
 Latinos quoq; tam in eis qua in es haec nomina solitos esse proferte.
 & contra tamen in quibusdam es productam terminantibus fecerunt
 graeci poetae eis pro es proferentes αντιφατέος pro αντιφατης γερियो
 νεός pro γεριόνης Δαρεός pro Δαρης ut sappho δΔαρεός φλύσεύ/
 κένά φησιονά χειβλα. **In** x desinentia si sint a uerbis in go desinen/
 tibus ablata x & addita gis faciunt genitiuum. ut grego grex gregis
Statius in primo achille. Qualiter idaliae uolucres ubi mollia frangūt
Nubila: iam longum caeloq; domoq; gregata. **Remigo** remex remi/
 gis. lego lex legis. rego rex regis: coniungo coiunx coniugis. qui etiā
 in genitiuo differentiae causa n amittit ne si coniūgis dicamus: uerbū
 putetur. **Nec** mirum graecos enim fere in omnibus secuti i hac quoq;
 regula sequimur: apud illos enim si in x desinentia nomina habeant
 uerba cum g: nominum quoq; genitiuus per g declinatur ληγω λελ
 ηγ αλλελήγος unde frux etiā frugis facit genitiuū quia από τούφρου/
 γω uerbo graeco nascitur. **Ennius** in septimo annalium. **Si** luci si nox
 si mox: si iam data sit frux. **Idem** in nono. **Pro** frugi homo frux ponit
 quod est adiectiuum. **Sed** quod ego hic memoro dictum factumq; fa
 cit frux. **Idem** frugi homo **Alia** omnia latina ablata x & addita cis. p/
 ferunt gunitiuum: ut fallax fallacis: lux lucis: uox uocis: nex necis.
Cicero pro milone. **Insidiatori** uero quae potest inferri iusta re x **Nota**
 tamen q; si e habent correptam ante x positam si non sunt monosylla
 ba uel ab illis composita mutant e in i correptam per obliquos casus:
 ut apex apicis: uertex uerticis: remex remigis. **Similiter** i ix desinētia
 masculina tamen latina corripunt i penultimam in obliquis: ut for/
 nix fornacis: calix calicis: uarix uaricis. **Barbara** quoq; in x corripunt
 penultimam uolux uolucis: farnax farnacis. **Lucanus** i. ii. **Tigranēq;**
 meum nec farnacis arma reliquit. **Alia** uero omnia in x desinentia
 per obliquos casus longam habent penultimam uel natura uel positi
 one: exceptis grex gregis dux ducis: erux crucis: fax facis: nux nucis:
 pix picis: trux trucis: coniunx coniugis: salix salicis. **Excipiuntur** ea
 quoque quae nec. g. nec. c. habent ante is in genitiuo nix niuis: **Anti-**
qui tamen etiam ninguis dicebant. **Vnde**. **Apuleius** in primo herma
 gorae. **Aspera** hyems erat omnia ningue cādebāt: **Supellex** sepellecti/
lis: **Vetustissimi** tamē haec supellectilis nominatiuum pro serēbāt. **Caro**

aduersum **Tyberinum Sempronium** longum si posset actio fieri de
 actibus tuis quasi supellectilis solet. **Senex** senis: quanuis **Plautus** se
 nectis protulit genitiuum eius in cistellaria. **Datores** bellissimi nego/
 cioli tenecis soletis esse: nox quoq; noctis secundum **græcos** qui **νύξ**
νύκτος declinat **græca** uero eiusdem terminationis eam seruant in ge
 nitiuo ante is conionantem quā in **græca** declinatione ante os habue
 runt **φάλαξ φάλακος** pharax pharacis. **σφίγξ σφίγγος** sphinx sphingis
ὄνυξ ὄνυχος onix onicis genus lapidis: **Composita simplicium** de/
 clinationem sequuntur: ut **pernox pernoctis: exlex exlegis**. **Cicero** p
 cluentio. **Non** quod illi aut **exlegem** syllam arbitretur. **In** bs uel ms
 uel ps desinentia iterposita i faciunt genitiuum: ut **urbs urbis hyems hy**
emis: inops inopis. **Norandum** hic quoq; quia si e ante bs uel ps sit &
 non sint monosyllaba mutatur e in i: ut **princeps principis. municeps**
municipis. cælebs cælibis: a capite enim solum composita ablata s &
 mutata e in i & addita tis faciunt genitiuum: **anceps ancipitis: præce**
ps præcipitis. biceps bicipitis. antiqui tam **ancepes & præcipes & bici**
pes proferebant in nominatiuo: & sic secundū analogiam sequebatur
 genitiuus **ancipes ancipitis** ut **fospes fospitis**. **Plautus** in **cōmorienti**/
bus: Saliā in puteum **præcipes**. **Idem** in **rudente**. **Post** altrinsecus ē
securicula ancipes idem **aurea**. **Idem** tamen uetustissimi etiam **præci**/
pis genitiuum qui a nominatiuo **præceps** est secundū analogiam nomi
 natiuo protulerunt. **Liuius** in **odyssea**. **Seq;** in **alta maria præcipem** i
 ops ægra sanitatis herois. **Ennius** in. xii. **annalium**. **Occumbunt** mul
 ti lato feroq; **lapique** aut intra **muros** aut extra **præcipe** casu. **In** ns
 uel rs uel ls desinentia ablata s & addita tis faciunt genitiuum ut **mons**
montis. sapiens sapientis cohors cohortis: ars artis: pars partis. hæc
puls pultis: Excipiuntur duo differentia causa **frons frontis** quando
 de arboris foliis loquimur. **Nam** **frons frontis** ad capitis partem perti
 net. **lens lentis animal** **κόνητος**. **Nā** **lens lentis legumen** est. & **glans**
glandis: Sic **Quidius** in. xiiii. **metham**. **Vt** **lata plumbea funda** missa
 solet medio **glans** intabescere **cælo**. **Similiter** **Luca**. ptulit & **liuius** in
 xxvii. **Et** cum simplicis **habenæ** ut **balearica** aliarumq; gentium **fun**/
da sed triplex **scutale** crebris **futoris** duratum ne **fluxa** **habenæ** uolte
 tur in actu **glans**. sed uibrata cum **federit** quasi **neruo** missa **excutia**/
 tur. **Nam** quod apud **Virgilium** in **tertio georgicorum** inuenitur **gli**
dis in dubium utrum **nominatiuus** sit an **figurate** genitiuus. **Nec** de
conculsa tantum **pluit ilicæ glandis**. **Potest** enim tantum **glandis** in

telligi τοῦ οὗτου βαλάνου ut hoc regni & tantū lucri. **A** pēdo quoq; compositum libripens libripendis. **Gaius in primo institutorum:** Ad habitis non minus quinque testibus puberibus item libripende: qui libram aneam teneat: qui appellatur libripens. **A** corde quoq; composita ablata s & addita is faciūt genitiuum: ut uecors uecordis: discors discordis. **Antiquissimi** tamen solebāt genitiuo similem nominatiuo proferre in is. **Cecilius i cratino:** Modo fit obsequens hilaris comis cōmunis concordis dum id quod petit potitur. **Pomponius in satyra:** Blanda fallax impotens superba discordis.

Sequitur liber. vii. de regulis cæterorū casuum.

TERMINALES SVNT NOMINVM LIT-
teræ apud latinos ut supra quoq; docuimus. xiiii.
uocales quinque a. e. i. o. u. Consonantes quoq; no-
uem. Semiuocales sex. l. m. n. r. s. x. Mutæ tres. c.
d. t. Vocales ut pœma mare gummi: uirgo cornu
Semiuocales sol templū flamen cæsar ciuitas pos-
lux. Mutæ lac caput aliud: hoc enim nomen esse & **Probus** in institu-
tis artium ostendit: & ratio ipsa de qua in pronomine latius tractabi-
mus. Ostendit autem **Probus** his uerbis: **Hoc** unum nomen id est ali-
us quæ maxime propter structuras genitiuo & datiuo casu singularis nu-
meri sic anomale confirmatum sit declinari: hic alius huius alius huic
alii. **Inueniuntur** etiam in y desinentia græca: hoc dory: apy nomia
ciuitatum sunt. **Statius in quarto thebaidos:** Quos tiron & summis
ingestum montibus apy. **Igitur** masculinorum nominum finales lit-
teræ sunt septem. a. o. l. n. r. s. x. ut scriba **Cicero:** cōsul paran pater pri-
amus rex. **Fœmininorum** quoq; eadem necnon e productam i græ-
cis & in figurate in comicis nominibus: ut hæc aurora. Iuno tanaquil
syren mater uirtus lux taygite glycerium. **Neutrorū** uero duodecim
id est oēs absq; o & x. per se enim neutrum in has litteras nullū desinit:
ut hoc pœma sedile gūmi cornu tribunal faxū numē marmor tēpus:
lac caput aliquid. **Cōmuniū** uero masculini & fœminini sex. a. o. l. r. s.
x. hic & hæc aduena homo uigil memor custos coniuū. **Cōmunia** tri-
um generū sunt. i. m. r. s. x. hic & hæc & hoc frugi neq; par uetus fœ-
lix. **Et** hæc quoq; generales sunt nominatiui terminationes: de quibus
in nominatiuo latius tractatū est. **Nunc** uero de genitiuo & aliis obli-

quis per singulas declinationes doceamus.

De obliquis casibus primæ declinationis.

Ecce as ab a dat declina prima
a
abet es.

Prima declinatio habet terminationes in nominatio tres a as es. **In** a tam latinorū q̄ græcorū tam masculinorū quā fœmininorum & cōmunium. **In** as uero & in es græcorum tantum & masculinorū: ut scriba pœta hæc musa **R**oma hic & hæc aduena: hic æneas: hic anchises: huius anchisæ: cuius genitiuus & datiuus in æ diphthongū desinit & pares habet syllabas nominatio ut hic pœta huius pœta huic pœta: hic æneas huius æneæ huic æneæ: hic anchises huius anchisæ huic anchisæ: nisi diuisio fiat i genitiuo pœtica licentia: qua frequēter uetres romanorū utunt æneai anchisai. & pictai: & aulai: pro æneæ anchisæ: pictæ: aulæ dicentes. **V**nde **Virgilius** in tertio æneidos. **A**ulai in medio libabāt pocula bacchi. **I**dem in nono. **D**iuēs equum diuēs pictai uestis & auri. **C**icero in arato: **A**tq; oculos urget pedibus pectusq; nepai: pro nepe. idest scorpii. **I**n eodē. **S**erius hæc obitus terrai iussit equinis. **L**ucretius in prio **E**ffice ut iterea fera munera militiai. **I**dem in eodē. **A**ulide quo pacto truijai uirginis arā. **I**phia nasai turbarūt sanguine fœdi. **A**ccusatiuus æ diphthongū genitiui uel datiuī mutant in am: ut pœta pœtā musæ musam: **F**requentius tamen inuenimus i græcis nominibus as & es terminantibus accusatiuū græcum proferre auctores hunc ænean hunc anchisen. **Virgilius** in quinto æneidos. **A**nean credā quid enī fallacibus austris. **E**t in sexto: **I**sq; ubi tendentē aduersum per gramina uidit. **A**nean: alacris palmas utraq; tetendit. **I**dē in. iiii. æneidos **A**nchisē facio certū remq; ordie pando: **R**omanæ tamē ratio exigit declinationis hunc æneam & hunc anchisam dicere. **H**oratius in. ii. sermonum. **E**t scribere fortē scipiadā ut sapiens lucilius: scipiadā dixit non scipiaden. cuius nominatiuus in es desinit secundū formā patronymicorū quæ ē græca hic scipiades. quāuis antiqui huiuscemodi nominū idest in as uel i es desinētū primæ declinatiois nominatiuos etiā in a finiebant: ut est geta socia birrha chærea marfya: similiter pœta sophista scythia: **T**erentius: **P**œta cū primū animū ad scribendū apulit. **L**ucanus. **E**t iuncto sarmata uelox pannonio. **T**erētius in adelphis. **G**eta autē hic nō adest. **I**n eodē. **H**ic geta præterea ut captus est seruulorū nō malus ē neque iners. **I**dē i andria: **A**ut tu aut hic birrha. **I**dē in eunucho. **H**ic chærea: qui chærea. **I**uuenalis i tertio. **O**ccurrit frôte obducta ceu marfya uictus. **O**portet tamē scire q; in fœmininis

Am quat pty. in an aut on speno
Cum resty fit in es ut in dat a gij

in a terminatibus græcis etiã si pducta sit apud illos a finalis: plerũq; ^{Perdus in a gō fuit an pto binad.} corripunt eam latini. omnis. n. nominatiuus latinus a finalē corripit. Est autē quando seruant eam pductam: sed raro ergo quando corripunt secundū romanā consuetudinē accentu quoq; latino pñunciāt ut in his **Italia phrygia libya syria troia:** hæc enim antepenultimā habēt acutam quia a finalē corripit. quīs apud græcos sit pducta. **Horatius in primo carminū.** Lidia dic p omnes te deos oro: uocatiuum qui ē similis in hac terminatiōe nominatiuo corripit. Est enī choriambus & bacchius: ex quo ostēditur quoq; correpta ī nominatiuo lidia finalis a. **Virgilius in. v.** Troia crimnisso cōceptū flumie mater quē genuit. Apud statiū uero nemea: quia seruaui a pductam accentum quoq; græcū seruaui id est penultimū acutū ī quinto thebaidos. Nec facilis nemea-latas euoluere uires. **Accusatiuū** quoq; græcum ī fœminis inuenimus a pœtis pferri sed raro. **Idē Statius ī septimo.** Nāq; ferunt raptā patriis æginam ab undis. **Vocatiuus casus** priæ declinatōnis ī a correpta effertur. ut o pœta o musa. nisi sit græcus & apud græcos pducens a seruet eandē etiã apud nos productā ut ænea. **Virgilius in. x.** Vigiliis ne deum gens ænea uigila. Est autē quādo in es ^{post es in a ipse} pductā terminatiū græcor; uocatiuus in e longā exit: secundū græcos uel cōmuniter uel pœtice: ut achate anchise polite laertiade. **Virgilius in primo.** Quis iam locus iquit achate. **Idē in. iiii.** Cōiugio anchise ueneris dignate superbo. **Idē in. v.** Tua clare polite pgenies. **Horatius in secundo carminum.** Laertiade quicquid dicā: aut erit aut non. **Virgilius in sexto.** Sit satis ænide telis impune numanum. **Opetiisse tuis** Nec solum in is quæ sunt primæ: sed etiam in his quæ sunt tertiæ. i. ī omnibus græcis es pducta finitis. similiter inuenis uocatiuum ī e pductā proferri: ut chreme lache anchisæ. **Terētius in adria.** Immo ita uolo itaq; postulo ut fiat chreme: **Idem in eadem.** O chreme pietatem nati nonne te misceret mei. **Idem ī ecyra.** Amirina hæc sunt mea uxore exorta omnia mutatio est: ea nos perturbat lache. **Quidius in. xii.** metham. Tuq; tuis armis nos te potiremur achille. **Idē in. xii.** Armiger ille tui fuerat genitoris achille. **Nec mirū cū** græcor; quoq; pœtæ similiter inueniātur ptulisse uocatiuos ī supradicta terminatiōe e ἀνακράτιον κάλλιλά α πητη posuit κκαλλιλά α πητη ππὸν ἄξα πητη p ἀπητα & Apollonius argonauticorū quarto. **G. p. g.** In eodē. **g.** In fœminis etiã alchæus nepe p nepes ptulit. **Et theopompus** kare p kares latina uero pportio ī a correptā uult uocatiuū priæ declinatōis sicut

A scriptus in eod. p. p. o. d. a. c. d. o. s.

Primo pti. d. e. g. ac. y. t. o. g. l. o. m. a. v. e.

Ab. 29. h. a. b. s. a. z. d.

Nisi sine opa fiat

supra dictum est terminari etiam in græcis. unde **Horatius** in secundo sermonu. **Ne** quis inhumasse uelit aiacem atrida uetas cur **Femini** na græca est quādo apud pœtas græcum uocatiuū seruant in a uel i e productā delinentem secundum propriū nominatiuū ut taygete ne mea. **Virgilius** in septimo. **Vos** o caliope precor aspirate canenti. **Stratius** nemea ut ostendimus protulit a productam græco more. **Ablatiuus** huius declinationis in a productā desinit ut ab hoc pœta: ab hac musa: ab hoc & ab hac aduena. **Est** autem quando hunc pœta: e productam terminant in græcis nominibus quæ datiuū græcum eī faciunt. **Virgilius** in primo aeneidos. **Vno** graditur comitatus achate pro achata. **Ouidius** in sexto metham. **Cūq;** fereciade. **Iuuenalis**. **Penelope** melius leuius torquetis arachne. **Et** hoc methaplasmus dicendus est qui fit more pœtico mutata a longā in e productam. uel potius datiuus græcus pro ablatiuo positus: qui quāuis apud græcos i habeat post e tamē apud latinos secundum eorū cōsuetudinem scripturā seruauit apud quos scribi i post uocalem & pronunciarī non solet hoc ex aliis possumus cōicere: quæ quāuis græce proferuntur. scripturā tamen latinæ rationem seruant. **Virgilius** in bucolicis. **Orphi** caliopea lino formosus apollo. **Nam** cum sit datiuus græcus pro ci diphthongo: longam habuit moræ scripturæ nostræ. **Illud** miror q. **Iuuenalis** calpæ ablatiuum corripuit cum sit simile hoc nomen penelopæ arachnæ caliopæ quorum ablatiuus nunquam in e correptam terminatur **Lucanus** in primo. **Thetys** maioribus undis hesperiam calpæ sūmoq; impleuit atlante. **Iuuenalis** in quinto. **Nec** carpatium getullaq; tantum æquora transiliet. **Sed** longe calpe relicta audiet herculeo stridentem gurgite solem. **Nominatiuus** & uocatiuus pluralis eiusdem terminationis similis est genitiuo & datiuo singulari: nam per æ diphthongum proferuntur. ut hi & o pœta: sed in his non potest diuisio fieri sicut in aliis. **Genitiuus** pluralis eiusdem declinationis nascitur addita ablatiuo singulari rum syllaba: ut ab hoc pœta horum pœtarū ab hac musa harum musarum: producitur enim. a. tam in ablatiuo singulari quam in genitiuo plurali. **Et** notādum quod omnes casus tam singularis numeri quam pluralis pares habent in utroq; numero syllabas i hac declinatioe: excepto genitiuo plurali: hic enī una syllaba abūdat. **Est** autē quādo hūc quoq; per cōcissionē pferre: & maxime i cōpositis & patronymicis: ut graiugenuū p graiugenarū. **Virgi.** in iii. aeneidos. **Graiugenumq;** domus suspectaq; linquimus arua. **In** eodē

Caprigenumq; pecus nullo custode per herbam. pro caprigentorum.
Idem in octauo: Optime graiugenum cui me fortuna precari. **Idem**
 in eodem: Omnigenumq; deum monstra & latratora nubis; p omni
 genarum. **Sic** calicolum pro calicolarum: & trinundinum pro trinū
 dinarum. **Cicero** pro cluentio primo ex promulgatione trinūdinum
 dies ad ferendum potestasq; uenisset: amphorum pro amphorarum:
 & aneadam pro aneadarum. **Lucretius** in primo uersu: Aneadam
 genitrix hominum diuumq; uoluptas: **Similiter** dardanidū pro dar/
 danidarum. **Virgilius** in secundo: O patria o diuum domus ilion in
 clyta bello mœnia dardanidum. **Idem** in .xi. Variusque per ora cu/
 currit ausonidū turbata fremor. **Datiuus** pluralis & ablatiuus supra
 dicta declinationis mutata a extremam ablatiuus singularis in is pro/
 ducta. ut a pœta his & ab his pœtis: & ab hac musa his & ab his mu/
 sis. **Inueniuntur** tamē pauca fœminini generis quæ ex masculinis trās/
 figurantur: non habentibus neutra. quæ & animalium sunt demon/
 stratiua naturaliter diuersum genus habentia: quæ differentia causa
 ablatiuo singulari bus assumentia. faciunt datiuum pluralem & abla/
 tiuum: quod nulla alia habet declinatio in bus terminās supradictos
 casus: ut a longam in eis penultimam habeat: ut his natabus filiabus
 deabus mulabus libertabus asinabus. **M. Cato** in originibus. **Dotes**
 filiabus suis nō dāt: & filiis tamē in eodē genere dictū est. **Ennius** i an
 dromeda. **Filiis** ppter obiecta sum innocens neri. i. filiabus: natis ta
 mē p natabus. **Plautus** i stico. **Ego** introibo & gratulabor uelstrū ad
 uentū: filiis p filiabus. **Idē** qui talis ē de natis suis p natabus. **Quidi**
 us deabus posuit i. xiii. metha. **Eubœa** deabus & totidē natis andros
 fraterna potita. **Cicero** p cornelio. **Vt** ab Ioue optimo maximo cate/
 risq; diis deabusq; omnibus opē auxiliū petamus. **Eabus** p eis diffe/
 rentia causa in fœminino genere hemina prulit i tertio annaliū. **Scri**
 ba pōtifici qui cū eabus stuprū fecerat: dicit eim de uestalibus. **Multa**
 tamē alia quoq; cōtra regulā uitiose & i his & i aliis casibus uetustissi
 mi prulisse inueniuntur in quibus nō sunt imitādi. **Ambæ** & duæ quibus
 nulla simili differentia cā cogere similes habent datiuū & ablatiuū āba
 bus & duabus q̄q; genitiuū ābarū: & duarū faciāt. **Accusatiuus** quoq;
 pluralis fit addita i ablatiuo singulari pducit eim ut hos pœtas has
 musas.

De secunda declinatione

Secunda declinatio terminationes nominatiui habet sex: in
 er in ir in ur in us in cus in um. **In** er masculinorum tam gra

Tercia et 6^{ta} habet is

Tamen expiis
 Quæ mal fit in p. ma fmg in no.
 2 fctis abus sonabit ut dicitur.
 Super dicitur ista aut sup ad ab.

Accusatiuus pluralis ab sonibus.

Et ut in. ut d. v. us. aut. cus. pœ. 20.

Er.

corum q̄ latinorum: ut caper capri: alexander alexātri: iber etiam iberi. quod per apocopam extremæ syllabæ prolatū solum in hanc declinationem producit er: & ab eo compositum celtiber celtiberi. Dicitur tamen & iber iberi: & iber iberis quando de gente loquimur quæ est iuxta armenios. & iberus iberi est fluvius. **Vnde Lucanus in quarto:** Qui præstat terris aufert tibi nomen iberus. In ir & in ur masculinorum tantum latinorum: ut hic uir huius uiri: hic satur huius saturi. In us latinorum & græcorum masculinorum & femininorum & neutrorum quoq;: ut hic clarus huius clari: hic homerus huius homeri: hæc cupressus huius cupressi: hæc platanus huius platani: hoc pelagus huius pelagi: hoc uulgius huius uulgi. dicitur tamen & hic uulgus. In eus græcorum tantū quoq; masculinorū: ut hic thydeus huius thydei: hic orpheus huius orphei. In um neutrorum tam græcorum q̄ latinorum & figurate femininorum apud comicos: hoc regnū huius regni: hoc pelium huius pelii: hæc glycerium & huius glycerii hæc sophronium huius sophronii. **Panthus** per synaresim pro panthous quomodo alcinus pro alcinous prolatum est. **Vnde Horatius in primo epistolarum:** Nos numerus sumus & fruges consumere nati. **Sponsi** penelope nebulones alcinoiq;. **Virgilius in quinto georgicorum:** Pomaq; & alcinoi sylua. **Idem Horatius:** Alcinoiq; plures. **Genitiuus singularis secundæ declinationis in omni nomine in longâ terminatur:** sed in quibusdam pares habet syllabas nominatiuo: ut niger nigri: magnus magni: templum templi. In quibusdam una syllaba abūdat: ut tener teneri: uir uiri: satur saturi: thydeus thydei. **Cuius** rationem quanuis in libro quem de nominatiuo & genitiuo exposuimus latius tractauimus. Nūc quoq; quantum possumus breuiter percurramus. In ir & in ur & in eus desinentia semper una syllaba uincūt in genitiuo: quæ & penultimā breuē habet: ut treuir treuiri satur saturi: oileus oilei: nisi pductio poetica fiat in græcis: ut thydeus. In us uero & in um desinentia pares habet syllabas: ut priamus priami uirgilius uirgilio: tēplū tēpli: taurominiū taurominii. Frequēter tamē inuenimus ueteres in huiusmodi genitiuis geminātibus in subtrahere ex eis alterā. **Virgilius in primo ænei.** Hic tamē ille urbē patauī sedesq; locauit p̄ patauī. **Idē in bucco.** Nec spes libertatis erat nec cura peculi p̄ peculi. **In eodē.** Pauperis & tuguri cōgestū cespitem culmē p̄ tugurii. **Idē in. iiii. georgicorū.** Parthonope studiis florentē ignobilis oci p̄ oci. **Lucretialis in. iiii.** Antoni gladios potuit cōtemnere si sic oia

7 r. uxe.

Ve

Eus.

Vm.

I. genitiui & abj.

Sed q̄ndo zoty habet.
 M aut ur aut eus q̄tis au supat.

Vm par fiat et us.

dixisset pro antonii. hoc autem faciunt metri causa: Nunq̄ enim genitius minores uult habere syllabas nominatiuo. In et igitur tantum definentia ancipitem habent regulam genitiui: in aliis enim abundat in aliis non. abundant quidem in huiuscemodi lucifer luciferi: armiger armigeri: tener teneri: miser miseri: prosper prosperi. Pares autē habent in huiuscemodi: menander menandri: sacer sacri: ater atrī. de quibus sicut supradictum est cum de genitio tractabatur sufficiēter exposuimus. **Androgeo.** **Virgilius in sexto** genitiuum posuit atticum. In foribus lactum androgeo tum pendere pœnas. **Darius.** & ablatiuus singularis huius declinationis fit a genitio mutatione extremæ i in o productam: ut huius luciferi: huic & ab hoc lucifero: huius sacri huic & ab hoc sacro: huius uiri huic & ab hoc uiro: huius saturi: huic & ab hoc saturo: huius priami huic & ab hoc priamo: huius tauromini huic & ab hoc taurominio: huius typhœi huic & ab hoc typhœo. **Virgilius in undecimo:** In arine Iouis imperiis imposta typhœo. In eodem: Nec clycio genitore minor nec fratre mnestheo. Est tamē quādo genitiuus & datiuus in huiuscemodi nominibus idest in cus finitibus uti solent antiqui. Idē pœta in bucolicis: Orphi caliopea lino formosus apollo. Et oportet scire i hac declinatione q̄ omnes casus obliqui tam singulares q̄ plurales numerum eundem syllabarum seruāt: quē genitiuus singularis habuerit: excepto genitio pluralis qui una syllaba uult superare: nisi per cōcisionem proferatur. Vnde dii & diis cum monosyllaba ponuntur per synaresim sunt accipienda: siue magis per synaresim e & u in unam syllabā. Veteres enim finalē i quæ longa est per ei diphthongum scribebant: longas autem uocales uetustissimi etiam geminare solebant. Quæ uero secundum analogiā proferuntur: idest dei & diis dissyllaba sunt. **Lucanus i sexto:** Outinam cæliq̄ deis hærebiq̄ liceret. Idem accidit etia in pronomie ei & ii: eis & iis: Equibus apparet q̄ uetustissimi ut supra docuimus pro una longa uocali solebant duas scribere. Ecce enim uestigium antiquitatis in his adhuc seruatur. cum duæ i pro una longa ponuntur. tam in supradictis nominis q̄ pronominis ternis casibus: hi dii his diis ab iis diis: ii iis ab iis. Nam si dicas dei deis & a deis: ei eis & ab eis dissyllaba sunt sicut ostendimus. **Iuuenalis in quinto:** Implet & ad mœchos dat eisdem ferre cynedis. Puto autem q̄ in his differentiar causa seruata est in genitio geminatio. idest ne si di & dis: i & is dicamus dubitatio fiat significationis. Nam si etiam præpositio

Sed qd fit in ex variang.

Et si p̄t ḡy non sup̄abit.
 Quæ norme subit uenauis sc̄pt̄ ḡol.
 Dar̄ ē in muta sub̄ or̄ y ad̄ ad̄ m̄lic̄re.
 Hinc in ep̄ip̄as q̄ degeuo at̄ fero fero.
 Cæstant q̄ dant us̄ ut ad̄ ul̄t̄ aut̄ sup̄.
 Cal̄ib̄ ar̄ lat̄ socer ac̄ ib̄er ar̄.
 P̄p̄ted̄ n̄ m̄tabero m̄ar̄ dir̄ f̄nt̄.
 Dax̄t̄ f̄er̄ eī pot̄io q̄ h̄ō d̄ep̄ri.
 Cetera n̄ muta dir̄ f̄r̄ q̄p̄z̄ equa.
 Terz̄o ō pos̄it̄ s̄t̄ q̄ p̄ p̄nabit̄.

est: & dis praepositio est & nomen: & i & is uerbum. In pluribus au-
tem inuenis differentia causa huiusmodi quaedam fieri syllabarum
uel litterarum additiones uel ademptiones uel accentuum mutatio-
nes. Itaque in compositione idem & uidem per unam i scripsisse: quia
nulla fit confusio significationis inueniuntur per eadem & eisdem. Et quia
diximus omnes obliquos casus genitiuum sequi: sciendum quod uocati-
uus nominatiuum suum sequitur: de quo modo docebimus: sed pri-
us de accusatiuo tractemus. Accusatiuus quoque a genitiuo fit: muta-
tione i in um. ut huius priami hunc priamum: luciferi luciferum: thy-
dei thydeum. In huiusmodi tamen nominibus id est in eis desinenti-
bus graeco magis accusatiuo utuntur auctores. Virgilius in primo
aeneidos: Illionea petit dextra leuaque ferestum. Idem in octauo: Et ami-
cum cretea musis: cretea musarum comitem. Statius in primo: Nec
non & uiribus infra thydea fert animus. Inuenitur tamen in usu etiam
in um accusatiuus horum nominum. Cicero de natura deorum in quar-
to thescum hyppolitum. Liuius ab urbe condita. xl. Odio cui per seculum
indulgeret. In eodem perseo sese adiungunt. In eodem: Totus in per-
secum uersus. In eodem ad persecum misit. In eodem transgressus per-
seu filium. In eodem persequi amphipoli misit. Idem in. xxix. Aureum & alcibi-
adem. In eodem: Quod aureum & alcibiadem nec lacedaemonii possunt reprae-
hendere. Statius in. ii. thebaidos: Pertheumque trahens: nundum cephedinus
equo baccha gens. Plautus in uindularia: Eiusdem baccha fecere nostram
naui pentheum. Vocatiuus huius declinationis quando in r uel in
m finitur. nominatiuus similis est ei: ut hic lucifer o lucifer: hic sacer o
sacer: hic uir o uir: hic satur o satur: hoc templum o templum: haec
glycerium o glycerium. Virgilius cum paulo ante timber nominati-
uum protulit mox uocatiuum timbre posuit in decimo: Daucia lau-
ride timbreque simillima proles. Et tibi timbre caput euandrius abstu-
lit ensis. Sed non est hic uocatiuus a nominatiuo in er desinente sed i
us accipiendus: ut hic timbrus o timbre. Solet enim praeter huiusmodi
nomina tam in er quam in us proferre: ut teucer teucrus: euander euan-
drus. Idem in decimo: Pallas euander in ipsis omnia sunt oculis. Idem
in nono: Tunc rex euandrus romanae conditor arcis. Sed de his lati-
us de nominatiuo tractantes differuimus. Notandum tamen quod Plau-
tus a puer nominatiuo puere uocatiuum dixit in mercatore. Ego me-
mor tu puere: abi hic intus ortus. Idem in gurgulione: Cede puer sinum
quid facturus es: iam scies. Quod quibusdam rectius a nominatiuo

Vm uocatiuus a puer

Cum qd uocatiuus a puer fit p a puer

Rogantur ut in uocatiuus a puer

Ex qd qd p uocatiuus a puer

pueris esse uidetur. Si uero in eis desinat nominatiuus magis graecum seruiamus uocatiuum. **Horatius** in primo sermone. **Pentecrector** thebarum. **Stadius** in octauo thebaidos. **Vade** oprimis puer in clyte bellis arcas: & argolica capaneu iam maxima turma. **Probo** tamen & aliis artium scriptoribus & o penithee & o tydee & o illionee posse dici secundum analogiam latinam placet: quod in usu non inueni. **In** ius uero desinentia i ante us habentia abiecta us faciunt uocatiuum: ut hic uirgilius o uirgili: hic salustius o salusti: hic **Pompeius** o pompeii. **Hæc** tamen eadem etiam in e proferbant antiquissimi o uirgilie o mercurie dicentes. **Liuius andronicus** in odyssea: **Nec** que enim te oblitus sum lertie noster **Liuius** in sireno. **Cura** ne lertie uelle para ire ithacam: lertius enim pro lertes dicebant quomodo & graeci λαερτίος pro λαερτης. σόφοκλῆς ἐν αἴαν Τιμασσιγοφόρω ἀεικὲν ὄπαι λαερτίου Δεδορκάρα Iuniores gaudentes breuitate per extrema syllabæ abscissionem protulerunt: pro uirgilie uirgili: pro mercurie mercuri: **Horatius** in primo carminum. **Mercuri** facunde nepos atlantis. **In eodem.** Multis ille bonis flebilis occidit: nulli flebilior quæ tibi uirgili. **Vnde** accentus perfecti uocatiui in his seruatur. **Si** enim non esset abscisio: debuerunt huiusmodi uocatiui id est qui desinentes in i penultimam correptam habent antepenultimam acuerè: ut uirgilio mercurii: quod minime licet: nam penultimam acuumus. **In** abscissionibus enim si uocalis in qua est accentus manet integra: seruat etiam accentum integrum. ut audiuit audit: nostratis nostras: illice illic. **De** Pompei & ultei & cai & similibus uocatiuis: quæ i loco consonantis ante us habent in nominatiuo dubitatur utrum i extrema pro uocali an pro consonante sit accipienda. quomodo in aliis casibus: quod magis more antiquo rationabilius esse uidetur. **Nam** solebant illi non solum in principio sed etiam in fine syllabæ ponere i loco consonantis. idque in ueteribus inuenies scripturis: quotiens inter duas uocales ponitur: ut cuius pompeiius uulceiius cauius. **Quod** etiam omnes qui de littera scripserunt curiosius affirmant. nec non etiam metra ostendunt quod dicimus: & regulæ ipsius ratio in supradicto uocatiuo. **Omnis** enim uocatiuus in i desinens una syllaba minor esse debet nominatiuo suo: ut salustius salusti: uirgilius uirgili: terentius terenti. **Ergo** si pompeius & ulteius trisyllaba sunt in nominatiuo: necessario dissyllaba in uocatiuo esse debent: quod etiam non potest fieri nisi i loco consonantis accipiatur. **Vnde** & illud quoque

Eodem dictione dabit cu y p q r

Cum qm dat uel s i y r iacob uel uel

possimus scire q̄ bene cui pro monosyllaba accipiunt metrici & huic.
Omnis enim genitiuus in us desinens : una uult superare syllaba suū
 datiuum: ut ille illius illi: ipse ipsius ipsi: unus unius uni: alter alterius
 alteri: **A**lius quoq; per duas ii debuit esse genitiuus causa datiuī quod
 ē ali: sed uel hiatus causa est: uel quia inter duas uocales i uocalis esse
 non poterat. **D**atiuus autem loco consonantis eam accipi prohibebat
 quia ipse duplicabat uocalem & credo differentia causa ne si ali dicere
 tur uerbum infinitum putaretur: Ideo plerique recusauerunt eum fre
 quenti usu proferre. **V**erustissimi tamen similem genitiuum nomina
 tiuo posuisse inueniuntur sed accentu differt. **Q**uipe circumflecti
 tur penultima in genitiuo **C**æsar in anteatone primo. **V**no enim ex
 cepto quem aliu modi atque omnis natura finxit quisque suos habet
 caros. **C**ecilius in quinto. **N**ullius alius rei nisi amicitia eorum causa
Ei quoque cum rationabiliter monosyllabum esse deberet: cum geni
 tiuus eius sit disyllabum per diaresem a poetis proferri inuenitur dif
 ferentia causa: ne si monosyllabum sit interiectio esse putetur. **V**irgi
 lius in secundo aeneidos. **H**ei mihi qualis erat: quantum mutatus ab
 illo **H**ectore. **N**ihil tamen mirum i loco consonantis positum transi
 re in uocalem cum u quoque idem patitur in quibusdam dictioni
 bus apud poetas: ut **H**oratus in epodo. **N**iuēs quæ deducunt lo
 uem: nunc mare nunc syluæ: hic enim diuisione facta ue extremæ
 syllabæ uā consonante transit in uocalem. **E**st enim dimetrum iam
 bicum coniunctum semiquinariæ heroicæ. **S**imiliter ergo ei & eis per
 diaresem profertur. **I**uuenalis in quinto: **I**uuenēs ortantur ut illam
 ire uiam pregant: & eidem incumbere secte. In eodem: **C**aras nunc
 hac dictante pusillas implet: & ad mœchos dat eisdem ferre cinedis.
 In compositione autem nec aliter proferri possunt cum sequens con
 sonans cogit i secum loco uocalis proferri. **C**ui quoque inueniunt
 tur quidam posuisse disyllabæ per diaresem. **V**t albinus rerum
 romanarum primo. **I**lle cui turnis capitula celsa triumphis. **S**pon
 te deum patuere cui freta nulla repostos. **A**bscondere sinus non tu
 ræ mœnibus urbes. q̄ autem pompeii & uulteri & cai & similia i finali
 lem & ante eam uocalem pro una syllaba habent usus quoque con
 firmat. **H**oratus etiam in primo epistolarum: **D**urus ait uulteri ni
 mis attentusque uideris: uulteri disyllabum accipit secundum ana
 logiam. **A**lia uero omnia tam masculina q̄ feminina in us desinētia
 conuersa us in e faciunt suū uocariuum: ut priamus priame: pius pie

Vs mutab in e fir foib cetera zca.

myrtus myrte: Excipitur unum quod tam i. e. q̄ in. i. facit uocatiuū
 quāuis sit appellatiuum. o. filie uel fili. **Liuius andronicus** in odyssea
 Pater noster saturni filie. **Catulus** autē: Tu prater omnes decapilatis
 celtiberose celtiberie fili. **Terentianus** de piliis: hic pius tubas sine fili
 & tu gener nouatemi. Est autem quando nominatiuo quoq; termi/
 natio in us pro uocatiuo siue metri siue euphoniae causa utitur. **Vir/
 gilius** i octauo. **Corniger** hesperidum fluuius regnator aquarum: **Lu/
 canus** in secundo: Degenero populus uix saecula longa deorum sic
 meruisse. Pluralis nominatiuus & uocatiuus secundae declinationis
 tam masculini quā foemini generis in i finitur & est similis geniti/
 uo singulari: ut huius docti i & o docti: huius platani hae & o platani
 In neutris uero extremam i genitiui singularis mutantem in a breuem
 facimus nominatiuum & accusatiuum & uocatiuum pluralē: ut hu/
 ius templi hae & o templa. huius munii hae & o munia. Alii uero ca/
 sus plurales in tribus generibus communem possident regulam. Et
 genitiuus quidem pluralis fit in omni genere ab ablatiue singulari af/
 tumente rum ut ab hoc uiro horum uiroꝝ: ab hac platano harum
 platanorum: ab hoc templo horum templorum. Inueniuntur tamen
 per concisionem mediae syllabae masculinorum plerumque nominum
 quae neutra non habent hunc casum proferentes maxime poetae. Est
 autem apud ueteres profam scribentes idem inuenire sed raro. **Virgi/
 lius** in primo aeneidos. It caelo clamorque uirum stridorque rudentū
 pro uiroꝝ. **Idem** in tertio. Cura deum his pergameis crepte ruinis
 pro deorum. **Idem** in quinto. Genus alto sanguine diuum: pro diuo
 rum. numerumque pro numerorum: liberum quoque pro liberorum
 & sestertium pro sestertiorum: & iugerum pro iugerorum: modium
 pro modiorum medimnum senum septenum denum. Frequenter
 etiam oratores per syncopam solent proferre. **Cicero** in tertio uerrina
 rum. Iste unus inuentus est qui ex complexu parentum abreptos fili/
 os ad necem duceret: & parentes precium pro sepultura posceret libe/
 rum pro liberorum: **In eodem**. Cum asserat sestertium uigies quin/
 genta. **In eodem**. Quis enim qui tueri possit liberum pueritiam con/
 tra improbitatem magistratuum: **Idem** in tertio uerrinarum: Et pue/
 ri annorum senum septenumque denum senatorum nomen non da/
 ta sunt. senum pro senorum: septenum pro septenorum: denum pro
 denorum dixit. **Idem** in frumentaria. Sed tritici species medimnum
 & menemphonis a rationibus tolit medimnum pro medimnorum.

Quintus h̄i cas̄ fili deus agne ut agno.
 Et uelq; pelago p̄to fluuij p̄t̄o 199j.

Primo p̄to q̄to p̄to i socialis.

h̄o cas̄ neutri p̄to q̄ deo p̄ a p̄o.

Die nisi q̄tis oq; h̄o.

Idem in eodem . Minus te iugerum possessorem dico pro iugerorum
 Nam q̄ singulare eius iugerum esse ipse ostendit in eadem . In iuge/
 rum leontini agri medimnum fere frumenti feritur . Dicitur tamen &
 hoc iugis iugeris . **I**uuenalis . Iugeribus paucis lumbos donare clien/
 tis . **C**icero in quarto uerrinarum . Quod si doceo iudices eos qui xl.
 milia modium lucri faciunt pro modiorum . Idem pro murena præ/
 fectum fabrum pro fabrorum . Idem pro uarreno . deum fidem pro
 deorum . Idem pro cluentio : Milibus quadragenis numerum pro
 numerorum . Idem ad herennium in tertio . Pedum tricenum pro
 tricenorum . Frequentius tamen hac utitur . **C**icero . Et ceteri syn/
 copa in eis nominibus quæ numeros uel mensuras significant . Re/
 cufant autem in masculinis habentibus neutra uel in neutris ne sit si/
 milis nominatio singulari neutrorum quanuis in is quoque etiam
 ex se faciunt neutra . licet non frequens tamen usus inuenitur huius/
 cmodi concisionis . **V**irgilius in octauo . Altaque certat : prendere
 tecta manu socium que attingere dextras pro sociorum **I**dem in deci/
 mo . At rutulum accessu iuuenis tum iussa superba . pro rutulorum
 quanuis & socius socia socium : rutulus rutula rutulum dicatur . **T**e/
 rentius in eunucho . Quare omnes uos oratos uolo ne plus iniquū
 possit quam æquum oratio pro iniquorum & æquorum . **S**tatus in
 primo thebaidos . Illa nouos ibat populata penates . Portarum in
 biuio lateri duo corpora paruorum pro paruorum . **V**irgilius in tertio
 Magnanimum heroum pueri innuptæque puellæ . Quod in prono/
 minibus quoque fecerunt antiqui meum pro meorum tuum pro tuo
 rum : nostrum pro nostrorum dicentes : **P**lautus in trinnumo . **V**t
 rem paternam & gloriam maiorum fedarim meum . **I**dem in penu/
 lo . Et quidem meministi tuum parentum nomina . **I**dem in menæ/
 chmis . Auertit prædam ab hostibus nostrum salute socium . **D**ati/
 uis & ablatiuus secundæ declinationis pluralis fiunt similiter ablati/
 uo singulari mutatione o finalis in is longam : ut a uiro his & ab his
 uiris : a platano his & ab his platanis : a templo his & ab his templis
Inueniuntur pauca inæqualia : ut uas in singulari numero tertiæ de/
 clinationis : hoc uas huius uasis : in plurali secundæ uasa uasorum .
 his & ab his uasis : **F**estorum quoque nomina dicuntur in a desinen/
 tia semper pluralia genitiuum quidem tam secundum formam secun/
 dæ quam tertiæ protulerunt . **D**atiuum uero & ablatiuum secundū
 tertiam . hæc uulcanalia horum uulcanalium & uulcanaliorum : his

Tercig is sine syringi p̄sonabit.

& ab his uulcanalibus. Similiter saturnalia floralia compitalia termi-
 nalia quinquatria. Similiter a domo domorum & domuum his & ab
 his domibus non etiā domis. Iuuenalis in prio. Viscera magna /
rū domuum dominique futuri. Virgilius in secundo aeneidos. Dar
danide contra turre & tecta domorū culmina conuellunt. Idem in
primo georgicorum. Domibus cedrumque cupressos: Salustius
in catilinario. Domos suas gloria decorabant. Terentius in cunu
cho. Domique focique fac uicissim ut memineris. Virgilius in. vi.
anei: Hic labor ille domus & inextricabilis error. Per omnes igitur
 casus tā secundā q̄ quartā inueniuntur absq; datiuo & ablatiuo qui
 semper in bus exeunt. Sunt tamen quaedā nomina quorū aliqui
 casus in usu deficiunt: quos quanuis secundū analogiā possumus p
 ferre. tamen quia apud auctores non inuenimus recusandos puto: ut
 huius tibi huic & ab hoc tabo. Lucanus in sexto. Stillantis tibi sa-
niem. Virgilius in tertio aeneidos. Et terram tabo maculant. Cete-
 ri uero casus in usu facile non inueniuntur. Mella uina ara ordea
maria: genitiuos quidem & datiuos plurales in usu raro habent: nisi
apud uetustissimos apud quos praeterea multa deficientiā inuenies.
Oportet igitur scire analogiā rationem: usum tamen auctorum ma-
gis imitari. Duo praeterea & ambo genitiuos quidem & accusatiuos
 secundum hanc declinationem proferunt amborū & duorum: am-
 bos & duos: quanuis in neutro differentia causa duum solet dici:
 nec non accusatiuus masculinorum est quando similis nominatiuo
 profertur quomodo in neutris. Virgilius in nono. Si duo praeter ea
tales idea tulisset terra uiros. Lucanus. Qua mare qua terras qua
totum possidet orbem Non capit fortuna duos. Iuuenalis in secū-
do. Tu ne duos una seuisissima uipera coena: tu ne duos? datiuos &
ablatiuos in bus terminant in omni genere duobus duabus duobus
ambobus ambabus ambobus. Accusatiuus pluralis eiusdem declina-
tionis in masculino & in foemino genere fit ab ablatiuo singulari ad-
dita s: ut a docto hos doctos: a platano has platanos. Neutra enim
semper hoc accusatiuū similit̄ habent & nominatiuo & uocatiuo.

Exprimat ambo duo in h' est facta pona

Os facit quatuor

Nisi neutro a dano illib.

Tertia declinatio terminationes habet nominatiui. lxxviii.
 uel paulo plus. definit in a correptam & in e correptam: &
 in o correptam: & in o productam: in al correptam: in el cor-
 reptam & in el productā: in il correptā: in ol correptam: in ul correptā

Os ab' cog' ut a id dat' de' ma.

L' duorali pariat' q'lib' addi.

N. una uirgo q. aliquot uolub. addet
C. uilib. r. uingens

S. i. sup. ubi addet.

Sicim. aeb ut p. e. d. ut laus in
N. i. p. o. n. a. b. s. o. i. b. g. adda. d. e. p.
V. d. ut p. u. l. e. s. e. p. e. m. b. r. e. t. p. e. m. b. r. e. t.
N. o. n. i. p. r. e. l. i. q. u. e. p. r. e. u. t. e. s. s. o. n. a. t. e.
I. e. p. t. u. t. s. i. m. p. l. i. c. i. t. a. t. e.
S. i. p. p. o. s. i. t. a. d. a. o. i. b. g. s. o. n. a. t. a.
X. i. i. n. w. o. r. a. l. i. p. a. n. e. t. q. u. i. b. d. d. i.

Alu. d. a. b. t. a. n. p. a. z. u. m. p. u. t. c. a. l. p. o.
C. u. i. g. e. s. a. u. t. e. d. u. l. t. i. p. l. a. p. i.

In an productam: in an correptam: in en productam: in in productam:
in on productam. In ar correptam. In ar productam. In ir correptam.
In or correptam. In ur correptam. In ur productam. In as correptam.
In as productam. In es correptam. In es productam. in is correptam:
in is productam: in os correptam: in os productam: in us correptam
in us productam: In ys in aes in aus in ans in ens in ons utraque
in yns in ars in ers in ors in urs in uls in ems in ebs correptam
in ebs productam. In obs in ybs in urbs in abs in ebs in ips in irps in
ops. In ax correptam: in ax productam: in ix correptam in ix pro-
ductam: in ox correptam in ox productam. in ux correptam in ux p-
ductam. In yx in ax in aux in alx in anx in unx in arx. In ac in ec
in ut in ud. In a correptam neutra & graeca: ut poema huius poematis.
In e correptam neutra latina. ut hoc monile huius monilis. In o
correptam quam frequenter & producant poetae masculina definunt
uel foemina uel comunia latina uel nota. ut hic Cicero huius cicero-
nis: hic leo huius leonis: haec uirgo huius uirginis: hic & haec homo
huius hominis. Antiquissimi tamen et graeca in o productam definentia
secundum hanc declinationem proferebant: ut sappho sapphonis: di-
do didonis. In al correptam masculina & neutra latina & barbara:
ut hic sal huius salis: hic hannibal huius hannibalis: hoc tribunal hu-
ius tribunalis. In el correptam neutra latina. ut hoc mel huius mellis
fel fellis. In el productam barbara: ut michael daniel: michaelis dani-
elis: nechamel nechamelis. In il correptam masculini & foeminini &
communis generis sunt latina: ut hic pugil pugillis haec tanaquil hu-
ius tanaquilis: hic & haec uigil huius uigilis: In ol productam mascu-
linum latinum: ut hic sol huius solis. In ul correptam masculini uel
comunis latina: ut hic consul huius consulis. hic & haec exul huius
exulis. In an productam masculina graeca: ut hic pæan huius pæanis
in en correptam latina masculina uel neutra: ut hic flamen huius fla-
minis: hoc numen huius numinis. in en productam graeca uel latina
masculini uel foeminini generis: ut hic lyen huius lyenis: haec syren
huius syrenis: in i productam graeca masculina uel foemina. ut hic
delphin huius delphinis. in on productam graeca masculina uel fo-
minina: ut hic sydon huius sydonis: hic mennon huius mēnonis. in
ar correptam latina & graeca barbara masculini uel neutri generis: ut
hic caesar huius caesaris: hic bostar huius bostaris: hoc nectar huius
nectaris: hoc calcar huius calcaris. In ar productam latina masculini

uel neutri uel communis generis & sunt monosyllaba & a monosyllabibus composita: ut hic naris huius naris: hic & hæc & hoc par huius paris: hoc far huius farris. In er correptam masculina uel fœminina & neutra & communia ut hic pater huius patris. hæc mater huius matris. hoc tuber huius tuberis: hic & hæc pauper huius pauperis. In er productam græca masculina & unum latinum uel notum neutri generis: ut hic aer huius aeris: hoc uer huius ueris. In ir correptam unum neutrum ut hoc gadir huius gadiris: quidam addunt hic abadir ὄβηρος huius abadiris: lapis quem pro Ioue deuorauit saturnus sed in usu non inueni. In or correptam masculina & fœminina & neutra & communia tam græca q̄ latina: ut hic hector huius hectoris: hic orator huius oratoris: hæc uxor huius uxoris: hoc æquor huius æquoris. hic & hæc auctor huius auctoris: hic & hæc & hoc memor huius memoris. **Virgilius in quarto æneidos.** Tum si quod non æquo fœdore amantes Cura numen habet iustumq; memorq; precatur. Inueniuntur tamen & hæc omnia pene cōmunia masculini & fœminini: quæ etiam si non faciunt ex se neutra: sæpe tamen etiam neutro adiunguntur: sed figurate. ut **Virgilius in decimo.** Italiam petiit fatis auctoribus esto. **Et in bucolicis:** Pauperis & tuguri congestum cespite culmen. **Et in sexto.** Curibus paruis & paupere regno: Quauis pluralis nominatiuus eorum idest neutrorum: ex supradictis nominibus in usu frequenti non sit ex eis: quomodo neq; ex aliis cōmunibus duum generum: Nam si sint cōmunia trium generum: sine dubio masculini quidem & fœminini in es: neutri uero proferrent in a nominatiuum pluralem: ut hi & hæ sapiens & hæc sapientia. Ergo hic & hæc & hoc sapiens: hi & hæ pares & hæc paria: hic & hæc & hoc par: hi & hæ ancipites & hæc ancipitia: hic & hæc & hoc anceps: hi & hæ fœlices & hæc fœlicia: hic & hæc & hoc fœlix: hi & hæ ueteres & hæc uetera: hic & hæc & hoc uetus. Quæ igitur in plurali numero a terminationem non accipiunt quæ propria est neutrorum manifestum est trium generum non esse cōmunia: sed masculini & fœminini: figurate tamen per obliquos plerunq; casus: raro autem per nominatiuum coniunguntur etiam neutris. ut **Virgilius in nono.** Nulla dies unquam memori uos exiit æno. **Iuuenalis in quarto.** Titulique cupido hæsuris saxis cinerum custodibus: quauis hic custos raro nisi figurate inuenias. & hæc custodia pluraliter ne no dicat. Sic ergo neque hæc memora uel auctora uel paupera neutraliter puto facile in usu inueniri posse: sed

sicut supradictum est figurate sunt prolata: hæc & alia plurima huiusmodi apud auctores. Inueniuntur tamen quædam quæ obliquos casus communes possident: quanuis nominatiuus non sit communis: ut plus cum sit nominatiuus neutri duntaxat genitiuus eius communis est trium generum necnon datiuus & ablatiuus. Vnde pluralia quoque tam in es quam in a inueniuntur hi & hæc plures & hæc plura uel plura: unde compositum compluria. **Terentius** in phormione. **Multa** aduenienti noua ut sit compluria: **Ablatiuus** quoque tam in e quam in i terminans inuenitur. ut pote communis trium generum. Et accusatiuus pluralis tam in es quam in is. **Virgilius** in secundo georgicorum. **Seu** pluris calor ille uias & cæca relaxat spiramenta. **Horatius** in secundo epistolarum. **Tractus** uter pluris lepores iter educeet apros. **In** ur correptam latina masculina communia & neutra: ut hic turtur huius turturis: hic & hæc augur huius auguris. **Horatius** in secundo sermonum. **Nisi** fallit augur annosa cornix: hoc tybur huius tyburis. **In** ur productam unum inuenitur commune duum generum: ut hic & hæc fur huius furis. **In** as correptam græca masculini uel fœminini uel neutri uel communis generis: ut hic arcas proprium huius arcadis: hæc pallas palladis: hoc ceras proprium loci huius ceradis: hic & hæc arcas gentile huius arcadis. **In** as etiam productam latina & græca masculini uel fœminini uel neutri uel communis generis: ut hic atlas huius atlantis: hic meccenas huius meccenatis: hæc ciuitas huius ciuitatis: hoc uas huius uasis: hic & hæc capenas huius capenatis. **In** es correptam latina masculina uel fœminina uel communia duum uel trium generum: ut hic cocles huius coclitis, hæc seges huius segetis: hic & hæc miles huius militis. **Quidius** in secundo mtthamorphoseos: **Miles** erat phœbes. **De** calistone dicit hic & hæc & hoc teres huius teretis. **Virgilius** in sexto. **Sed** hæc tereti mos est aptare flagello: hebes hebetis sospes sospitis. **Iuuenalis** in tertio. **Nec** unquam depositum tibi sospes erit: hic & hæc & hoc hospes huius hospitis. **Lucanus** in quinto. **Hospes** in externis audiuit curia tectis. hic hospes curia: inuenitur & hæc hospita. **Virgilius** in tertio æneidos. **Et** pater anchises bellum o terra hospita portas. **Similiter** & sospes & sospita prolatum est. **Quidius** in secundo fastorum. **Sospita** delubris dicitur aucta nouis. **Neutra** quoque supradictorum pluralia tradidit usus. **Statius** etiam in tertio.

thebaidos . **A**ccipias fessisq; libens iterum hospita pandas flumina .
In es productam tam græca q̄ latina masculini uel fœminini uel com
 munis generis : ut hic chremes huius chremetis uel chremis : hic uer/
 res huius ueris : hæc cædes huius cædis : hic & hæc hæres huius hæ
 redis . **I**n is correptam tam græca q̄ latina masculini uel fœminini uel
 communis generis ut hic paris huius paridis uel paris : hic collis hu/
 ius collis : hæc thetis huius thetidis : hæc cuspis huius cuspidis : hic
 & hæc utilis huius utilis . **I**n is productam græca & latina masculi/
 na uel fœminina uel communia : ut hic delphis uel delphin huius
 delphinis : hic aris proprium huius arinis . **C**icero pro scauro . Ari/
 nis uxorem : hæc soteris huius soterinis : **P**lautus in uidualaria . Im/
 mo id quod hic nostra est patria & q; hic meus est pater . illic autem
 soterinis est pater hic dis proprium idest . **P**luto huius ditis . hic &
 hæc dis appellatiuum huius ditis . hæc uis huius uis : hic & hæc fan
 nis huius sannitis . **I**n os correptam unum latinum neutrum hoc
 os ossis : quod etiam hoc ossum antiqui protulerunt . **G**ellius in tri/
 gesimo libro . **C**aluariæque eius ipsum ossum expurgauerunt inau/
 raueruntque . **I**n os productam græca & latina masculini uel fœmi/
 nini uel neutri uel communis generis : hic heros huius herois hic ne/
 pos huius nepotis : hæc dos huius dotis . hoc os huius oris : hic &
 hæc compos huius compotis . **I**n us correptam latina masculini fœ
 minini neutri uel communis duum uel trium generum : ut hic lepos
 huius leporis hæc uenus huius ueneris : hoc tempus huius temporis
 hic & hæc lygus huius lyguris : hic & hæc & hoc uetus huius ueteris
In us productam græca uel latina masculina uel fœminina uel com/
 munia uel neutra : ut hic melampus huius melampodis hic mus hu/
 ius muris : hæc seruitus huius seruitutis : hic & hæc sus huius suis :
 hoc thus huius thuris . **I**n ys græca masculina uel fœminina : ut hic
 amphibrachys huius amphibrachys hic capys huius capys . hæc
 erinys huius erinys . **I**n es unum latinū masculinum : ut hic præ
 prædis & unum neutrum : ut hoc æs huius æris . cuius pluralium
 obliqui in raro sunt usu æra ærum æribus . **C**ato in oratione qua in
 senatu suasisit . ut plura æra equestria fierent : nunc ego arbitror oportere
 restitui : quo minus duobus milibus ducentis sit ærum equestriū
In eodem . **D**e æribus equestribus de duobus milibus actum . **I**n aus
 latina duo fœminina ut hæc laus huius laudis : hæc fraus huius frau/
 dis : **I**n ans latina masculina uel communia duum uel trium generū
 m iiii.

ut hic quadrans huius quadrantis : dodrans dodrantis : hic & hæc in
fans $\nu\eta\tau\rho\iota\omega\mu$ huius infantis : hic & hæc & hoc infans $\alpha\phi\eta\tau\omega\mu$ huius i
fantis. **E**t amans quod nomen est cum pro amatore accipitur aman/
tis. **I**nuenitur etiam unum fœmininum hæc glans glandis. **S**ic enim
Lucretius ut supra dictum est profert. **E**t **Q**uidius in .xiii. methamor
phoseos . **U**t lara plumbea funda missa solet medio glans intabesce
re celo. **I**n ens latina uel masculina uel fœminina uel communia duū
uel trium generum : ut hic ufens huius ufentis : hic & hæc parens hu
ius parentis hic & hæc & hoc prudens huius prudentis : **I**n ons latina
malculina uel fœminina uel omnis generis : ut hic mons huius mon
tis : hæc frons huius frontis : hic & hæc & hoc infons huius infontis :
quod solum teste **P**robo o ante us habuerint correptam & eius sim
plex. fons fontis. **I**n uns similiter latina masculina. ut hic aruns huius
aruntis. in yns unum fœmininum inuenitur græcum. ut hæc tiryus
huius tirythis. i ars latina masculina uel fœminina : ut hic mars mar
tis hæc ars huius artis. in ers latina omnis communia generis hic &
hæc & hoc iners huius inertis. in ors latina masculini . uel fœminini :
uel omnis generis : ut hic mauors mauortis : hæc cohors cohortis : hæc
fors fortis : cuius nominatiuum protulit **P**lautus in cassina. **H**æc for
tis. **V**ide ne qua insit alia fortis sub aqua : hic & hæc & hoc concors cō
cordis . **I**n urs latinum unum commune trium generum : hic & hæc
& hoc tyburs tyburtis gentile : **I**n uls latinum unum fœmininū : hæc
puls pultis. **I**n ems quoque unum fœmininum hæc hyems hyemis.
In abs græca & latina masculina & fœminina : hic arabs huius arabis
hæc trabs huius trabis : uetustissimi tamen & trabes pro trabs profere
bant. **E**nnius in medea : **V**tinam ne in nemore pelio securibus cæsa ce
cidisset in terram abiecta trabes. **I**n ebs productam unum fœmini
num latinum : hæc plebs huius plebis. dicitur tamē & hæc plebes ple
bei. **L**ucanus in tertio. **N**escit plebes ieiuna timere. **I**n obs fœminina
latina ut hæc scobs huius scobis : hæc scrobs huius scrobis . sic alii.
Sed **P**robus nominatiuum protulit similem genitiuo. quod **P**lautus
masculino genere profert in amphitrione. **I**bi scrobes effodito duplos
sexagenos i dies. **I**n ebs correptā ut cælebs cælibis. **I**n ybs unū mascu
linū. ut calybs calybis . **I**n urbs unum fœmininū : ut hæc urbs urbis.
In aps unū fœmininū ut daps dapis sed nominatiuus nō est i frequēti
usu quē **L**iuus andronicus in primo odyssea ponit. **Q**uæ hæc daps ē
qui festus dies. **H**oratius accusatiuū protulit in secundo carminū. **E**r

go obligatam redde Ioui dapem. **Idem in quarto.** Nunc in relu/
 ctantes dracones egit amor dapis atque pugnae. **Idem in epodo** mu/
 tatae dapis immemori spectaculo. in eps masculina & omnis: ut hic
 maniceps huius mancipis: hic & haec & hoc particeps huius partici/
 pis: adeps uel adipēs utroque genere inuenitur. **Varro** etiā in secun/
 do rusticarum rerum. **Adipes illa.** In ops unum foemininum ut haec
 ops. **Vetustissimi** tamen hic & haec & hoc ops nomen maris deorum
 & copia. **Eius** quoque nominatiuus in usu frequenti non est: sed il/
 lius quod ex eo componitur commune omnis generis: hic & haec &
 hoc inops. **Vetustissimi** tamen hic & haec & hoc ops & cops pro opu/
 lentus & copiosus dicebant. **Actius de hercule** dicens quorum geni/
 tor fertur esse ops gentibus pro opem ferens: & auxilium gentibus
Sic caper. Potest tamen etiam foeminino genere hic intelligi figurate
 coniuncto masculino, ut si dixisset: quorum genitor auxilium fuit gē/
 tibus, tamen nominatiuo eius usus est **Plautus in cistalaria:** Ita me fa/
 turnus eius patruus & castor pater: ita me opus opulenta illius auia:
 immo mater quidē. **Et graeca** hic pelops pelopis: hydrops hydropis
 merops meropis: **In yps graeca** cinyps cinypis. **In irps latinum unū**
 ut stirps stirpis. **In ax correpta latina graeca:** haec fax huius facis: hic
 abax huius abacis: quod tamen hic abacus huius abaci frequenter in/
 uenitur. **In ax productam graeca & latina masculina & foeminina &**
omnis: ut phaex huius phaecis: haec pax huius pacis: hic & haec &
 hoc audax huius audacis. **In es correptam graeca & latina masculina**
uel foeminina uel cōmunia triū generū: ut hic lelex huius lelegis: hic
 grex huius gregis haec ilex huius ilicis: hic & haec & hoc artifex huius
 artificis: **In ex productam latina masculina uel foeminina uel com /**
munia trium generum ut hic rex huius regis: haec lex huius legis hic
 & haec & hoc exlex huius exlegis. **In ix productam latina masculina**
uel foeminina uel communia triū generū. ut hic phoenix huius phoe/
 nicis: haec cornix cornicis: hic & haec & hoc foelix: **In ix correptā lati**
na masculina uel foeminina: ut hic calix huius calicis: haec nix huius
 niuis. **Oportet autem scire** quod graeci i & y ante breuem esse uolunt
 etiam si in obliquis casibus producat: ut phoenix phoenicos: **βόα /**
βίξ βόα βικος. **A** uero secundū genitiuum etiam i nominatiuo pdu/
 ci uel corripitur dicūt ut κόλαξ κόλακος. corripitur i nominatiuo quomo/
 do in genitiuo phaex phaecos in utroque producit. latini autem
 omnes uocales bitempores. **Διχρονοῦς** habentes ad genitiuum respi

cientes dicuntur produci uel corripit uocales ante x positas in nominatiuo.
Inueniuntur igitur in ix productam latina: ut ostendi feminina uel
 omnis: ut hęc nutritrix nutriticis: hic & hęc & hoc pernix huius perni
 cis. In ox correptam femininum nox noctis: & ex hoc compositum
 commune hic & hęc & hoc pernox pernoctis. **I**uuenalis in tertio.
Si luditur alea pernox. In ox productam femininum uel omnis: ut
 hęc uox hic & hęc & hoc uelox uelocis: atrox atrocis. In ux correp
 tam masculina uel feminina uel communia: ut hic uolux: hęc nux
 nucis: hic & hęc dux huius ducis: In ux productam masculinum
 hic polux polucis: femininum hęc lux lucis. In yx gręca tam ma
 sculina q̄ feminina: ut hic sandyx sandycis. hęc styx stygis: In ex
 femininum: ut fex fecis: In aux unum femininum hęc faux huius
 faucis. In alx unum femininum: ut falx falcis. In anx unū femininū
 lanx lancis. In unx unum commune hic & hęc coniunx coniugis.
 In arx unū femininū hęc arx arcis. In ac unū neutrū hoc lac lactis.
 In ec unum neutrū hoc allec huius allecis. In ut unum neutrum hoc
 caput capitis. In ud ut bogud bogudis. Et hęc quidem terminationes
 nominatiui tertię declinationis.

De genitiuo tertię declinationis.

Genitiuus uero eius in is definit correptā excepto uno mo
 nosyllabo: hęc uis huius uis: quauis omnes alię decli
 nationes producant eiusdem casus terminationes. Opor
 tet autem scire quod in quibusdam pares habeat genitiuus tertię suo
 nominatiuo syllabas. in quibusdam una in aliis duabus syllabis uin
 cat. & pares quidem habet in omnibus in e desinentibus correptam
 ut hoc mare huius maris: hoc monile huius monilis. Et in quibus
 dam in er uel in es productam uel in is tam correptam q̄ productam
 exeuntibus: ut hic pater huius patris: hic uerres huius uerris: hęc cę
 des huius cędis. hic collis huius collis: hęc auis huius auis: hęc uis
 huius uis. In aliis autem omnibus eiusdem declinationis nominibus
 una syllaba superat nominatiuum genitiuus. ut schema schematis:
 cicero ciceronis: consul consulis: pecten pectinis: baccar baccaris: lis
 litis: apex apicis: Excipitur hęc caro carnis in quo pares habet sylla
 bas nominatiuus & genitiuus. Inueniuntur tamen ueteres qui geni
 tiuo nominatiuū similit̄ protulerunt: senex senis supellex supellectilis
 in quo duabus syllabis uincit nominatiuū genitiuus: huius quoque

nominatiuum quidam similem genitiuo protulerunt. Et omnia quae
 a capite composita in ps desinunt similiter habent duabus syllabis ge
 nitiuum superantem: ut anceps ancipitis: biceps bicipitis. Quae uete
 res in es proferentes secundum regulam declinabant: ut ancipes ancī
 pitis sicut hospes hospitis: sospes sospitis. Iuniores uero gaudentes bre
 uiloquio per circuncisionem ea protulerunt: quod in aliis dictionibus
 fecisse inueniuntur: ut dic duc fac fer: pro dice duce face ferre. Necnō
 etiam uocatiuo in ius terminantium proprium: ut Virgili Terenti p
 Virgilio Terentio dicentes de quibus iam docuimus. penultima ue
 ro eius declinationis in quibusdam producitur. in quibusdam corri
 pitur: producitur quidem in his quorum nominatiuum in longam de
 sinit syllabam seu natura seu positione: ut sol solis: titan titanis: del
 phin delphinis: fur furis: meccenas meccenatis: merces mercedis:
 famnis famnitis: trenis proprium nomen nymphæ trenidis: os oris:
 mus muris: præs prædis: uas uasis: laus laudis: infans infantis: a/
 runs aruntis: iners inertis: uecors uecordis: puls pultis: allec allecis:
 Excipiuntur in on desinentia græca & in o tam latina quam nota
 quæ tam producere quæ corripere in nominatiuo licet: hæc enim uoca
 lis idest o quanuis in nominatiuo producat. sed tamen in geniti
 uo non semper producitur penultima. sed in quibusdam: in aliis au
 tem corripitur. Quando autem corripitur uel quando producitur cū
 de nominatiuo & genitiuo exposuimus dictum est. Præterea corripi
 unt prædictam penultimam in ms uel ps uel bs uel x desinentia: si
 uocalem breuem ante eas consonantes habuerint: ut hæc hyems hye
 mis mæceps mancipis: celebs celebis: fax facis artifex artificis. Necnō
 producentia terminationem nominatiui: corripiunt penultimam ge
 nitiui: ut hic & hæc & hoc par huius paris: lar laris: uas uasis: pes
 pedis: ceres cereris: compos compotis: bos bouis: sus suis: grus gru
 is. Corripientia quoque nominatiuum in quibusdam corripiunt pe
 nultimam genitiui: in quibusdam producunt: producunt in al in el
 neutra: & in ar similiter nueutra deriuata: ut hoc tribunal huius tri
 bunalis: cervical huius cervicalis: mel mellis fel fellis: calcar calcaris
 lacunar lacunaris: lucanar lucanaris. In or quoque desinēti alia pducūt
 alia corripiunt penultimam genitiui: producunt ut hic cursor huius
 cursoris: hic & hæc auctor huius auctoris: Corripiunt hic hector hu
 ius hectoris: hæc arbor huius arboris: hic & hæc memor huius
 memoris. Quando autem producunt & quando corripiunt cum de

nominatio tractabamus ostendimus. **Alia** uero omnia quæ terminationem corripunt nominatiui similiter penultimam genitiui corripunt: ut toreuma torumatis: hannibal hannibalis: uigil uigilis: cornicen cornicinis: agger aggeris: uetus ueteris: caput capitis. excipit in quibus in quietis: quod simplicis declinationem seruauit in compositione: quamuis corripiat extremitatem nominatiui. **Similiter** os ossis & lac lactis. quod quibusdam placet in nominatio per apocopam tepe ferri: hoc lacte enim dicebant antiqui.

De datiuo singulari tertiæ declinationis.

Datiuus tertiæ declinationis nascitur a genitiuo abiecta s et producta i: ut schema schematis schemati: huius maris et huic mari: huius ciceronis huic ciceroni. **Inueniuntur** tamen poetæ rarissimi in græcis quæ apud græcos in i correptam terminant supradictum casum. ipsi quoque cum corripientes. **Statius** in primo achilleid. **Palladi** littoreæ celebrabat scyrus honorum.

De accusatiuo.

Accusatiuus fit supradictæ declinationis is genitiui modo in em modo in im conuersa: ut huius solis hunc solem: huius flaminis hunc flaminem: huius regis hunc regem: huius tyberis hunc tyberim: huius araris hunc ararim. **In** una tamen terminatione: id est is desinentium qui similem habent genitiuum nominatio: inueniuntur quædam nomina accusatiuum in im terminantia: **Sunt** autem hæc plerumque græca uel propria quæ accusatiui græci n in m conuertentia faciunt accusatiuum latinum: ut tybris tybrim fabaris fabarim tyberis tyberim: araris ararim. **Nam** non poterit ab alio nominatio ut diximus nisi in is desinente in im accusatiuus proferri: ergo arar per apocopam is protulit. **Lucanus** in sexto. **Rhodanumque** morantem præcipitauit arar: hæc neapolis neapolim: charybdis charybdim. **Virgilius** in tertio: **Leucaspim** & lytiæ ductorem classis orontem. **Idem** in octauo: **A** quo post itali fluuium cognomine tyberim diximus. **Idem** in octauo: **Qui** tyberim salarumque bibunt. **Mephitis** quoque quod proprium est a græco μέφης ut quibusdam uidetur mutatione s in ph translatum rationabiliter in im fecit accusatiuum. **Virgilius** in septimo: **Sauamque** exhalat opaca mephitim. **Idem** in nono: **Immanem** ueluti pecora inter inertia tigrim. **Idem** etiam in undecimo: **Velocem** interea superis in sedibus

opim **Alpis** cum semper plurale sit quomodo **syrtis**. tamen & singulariter hoc modo illud inuenitur a **scetis** prolatum & in em terminans accusatiuum **alpem** cum illud **syrtim** faciat. **Lucanus in primo** **Tunc** inter **thenum** **populos** **alpemq;** iacentes. **Idem in tertio**. **Agmine** **nubiferam** **raptu** **supereuolat** **alpem**. **Iuuenalis in tertio**. **Transiit** **opposuit** **natura** **alpemq;** **niuemq;**. **Lucanus in octauo**. **Transpharon** **in medio** **tangit** **ratis** **aquore** **syrtim**. **Idem in primo**. **Dubiam** **super** **aquora** **syrtim**. **Præterea** inueniuntur latina in im terminantia accusatiuum hæc: **hanc** **turrim** **burim** **securim** **puppim** **sitim** **restim** **uim** **peluim** **tusim** **maguderim** **tiburim**. **Virgilius in secundo** **ancidos**. **Turrim** **in præcipiti** **stantem** **summisq;** **sub** **astra**. **Idem in primo** **georgicorum**. **Continuo** **in syluis** **magna** **ui** **flexa** **domatur**. **In burim**: **Et** **curui** **formam** **accipit** **ulmus** **aratri**. **Idem in secundo** **æneidos**. **Taurus** & **in certam** **excussit** **ceruice** **securim**. **Idem in primo**. **Ingens** **a uertice** **pontus** **in puppim** **ferit**. **Idem in bucolicis**. **Dulcis** **aquæ** **saliente** **sitim** **restinguere** **riuo**. **Terentius in eunucho**. **Ad** **restim** **mihî** **quidem** **res** **redit** **planissime**. **Virgilius in sexto**. **Nec** **uim** **tela** **ferunt**: **licet** **ingens** **ianitor** **orci**. **Plautus in rudente**. **Scutibi** **confidis** **fore** **multam** **maguderim**: **quod** **significat** **frugis** **genus** **idest** **caulis** **qui** **nascitur** **ex** **parte** **cuius** **radix** **sirpis** **auellitur**: **uel** **ut** **alii** **uolunt** **siliginem**. **Quorundam** **tamen** **ex** **cis** **etiam** **in** **em** **inuenitur** **accusatiuus**. **ut** **Lucanus in tertio**. **In** **puppem** **radiere** **rates**. **Virgilius in undecimo**. **Telaque** & **aratam** **quatiens** **tarpeia** **securim**. **Iuuenalis in quarto**: **Descendunt** **statuæ** **restemque** **sequuntur**. **Cætera** **uero** **supradictæ** **declinationis** **in** **em** **solam** **proferunt** **accusatiuum**: **ut** **hunc** **patrem**: **ut** **hunc** **leporem**: & **hanc** **uallem**. & **hunc** & **hanc** **utilem**. **In** **græcis** **autem** **frequenter** **inuenimus** **auctores** **tam** **in** **hac** **quam** **in** **aliis** **declinationibus** **plerunque** **græcos** **seruantes** **accusatiuos**: **ut** **titana** **syrena** **thoraca** **lampada** **pro** **titanem** **syrenem** **thoracem** **lampadem**: **quâuis** **Plautus** **hæc** **lâpadâ** **dixit** **in** **casti**. **Tene** **lâpadâ**: **imo** **ego** **hanc** **tenebo**.

De Vocatiuo singulari tertiæ declinationis.

Vocatiuus in tertia declinatione similis est nominatiuo: ut hic **cicero** & **o cicero**: hic **consul** & **o consul**: hic **rhetor** et **o rhetor**. **Inueniuntur** **tamen** **græca** **quæ** **uocatiuum** **ser-**

uant: ut tybris o tybri: thebais o thebai: palas o pala. Virgilius eti-
am in decimo: Da nunc tybri pater ferro quod missile libro. Idem
in eodem. Teque iuuat pala: sed bellis acer alesus. Idem in undeci-
mo. Quin ego non alio digner te funere pala. Quidius in secundo fa-
storum. Care nepos pala funesta quid induis arma? in quo Homerus
secutus est: Ille enim. G. Stadius in duodecimo thebaidos. O mihi bi-
senos longum uigilata per annos thebai.

De ablatiuo singulari tertiae declinationis.

Ablatiuus tertiae declinationis in aliis per e correptam: in
aliis per i productam & in aliis per e & per i profertur per
i in neutris: quae in e correptam desinunt per nominati-
uum: & sunt appellatiua: ut hoc mare ab hoc mari: hoc monile:
ab hoc monili: Et est similis huiusmodi ablatiuus suo datiuo: ut
huic mari ab hoc mari: Vetustissimi tamen solebant huiusmodi
nominum ablatiuum etiam in e proferre. Varro antiquitatum hu-
manarum duodecimo. Ab erythro mare orti. Idem in fundamo. In ma-
re aquam frigidam oriri. Atacinus quoque dicit. Cingitur oceano li-
byco mare flumine nilo. Plautus in rudente. Quippe qui in macel-
lum pisces prolati sunt: nemo emat: suam quisque partem piscium
poscant sibi: dicant in mare communi captos. Lucanus in septimo
Gentes mars ille futuras Obruct. & populos aui uenientis in orbem
Erepto natale feret pro natali. Quidius in quinto fastorum. Cur ti-
bi pro libycis clauduntur rete leones: rete pro reti. Plautus in ruden-
te. Mea opera & rete & horrea: quod etiam masculino genere pro-
tulit. Idem in eodem. Non uides proferre me uuidum retem sine
squamoso pecu. Idem in eodem. Ut dimisi retem atque hamum. quic-
quid haesit extraho: quod etiam foeminino genere protulit secundum
primam declinationem. Idem in rudente. Pol magis sapuisset si dor-
misset domi. Nam tunc & operam ludos facit: & retiam ut tempe-
stas est. Horatius in secundo sermonum: His ui sublatis puer al-
te cinctus acernam gausape purpureo mensam perterfit. Vnde per-
sius quasi in e tantum desinente supradicti nominis ablatiuo gausa-
pa dixit plurale non gausapia: iam chlamides regum: iam lintea gau-
sapa captis. Idem Balanatum gausape pectis: Antiquissimi tamen
& hi gausapes & haec gausapa & hoc gausape & plurale neutri haec
gausapa: quasi a nominatiuo hoc gausapum protulisse inueniuntur.

Vnde & : **Cassius ad meccenatem . Gausapo purpureo salutatus .**
Varro uero de latina lingua ait : Talia ex graeco sumpta ex masculi-
no in foemininum tranlire : & aliter ea finiri δ κοχλίς ac hæc co-
chlea. δ κάρτης hæc charta. δ γαύσαπτος hæc gausapa. **Seneca** **Quidi-**
um sequens. **Gausapa** si sumpsit gausapa sumpta proba. Propria eiuf-
dem terminationis similem habet nominatiuum ablatiuo: hoc prene-
ste ab hoc preneste. **Virgilius in octauo**: Qualis erat cum primam a-
ciem preneste sub ipsa. Figurate enim ad urbem reddidit sub ipsa : cū
propriū oppidi neutrum est quomodo rete. **Idem poeta in septimo**
Quiq; altum preneste uiri: quiq; arua celene: **Illorum** quoq; ablatiuū
i terminantur neutrorum quæ in al desinunt: hoc tribunal tribunalis:
ceruical ceruicali. **Similiter** faciunt ablatiuum quæ in er desinunt neu-
tra: & in obliquis casibus producunt a penultimam: ut hoc calcar hu-
ius calcaris: a calcari: lacunar lacunaris a lacunari: lucar lucaris a luca-
ri. **Quando** autem producunt eam in libro qui de nominatiuo est &
genitiuo docuimus. **Masculina** quoq; uel communia i er uel in is de-
sinentia si faciunt neutrum in e: ablatiuum in i efferunt hic pedester
hæc pedestris: hoc pedestre ab hoc & ab hac pedestri: saluber salubris
& hoc salubre ab hoc & ab hac & ab hoc salubri. **Virgilius in primo**
georgicorum. Balantumq; gregem fluuio mensare salubri: hic & hæc
celer uel celeris & hoc celere ab hoc & ab hac celeri: **Lucanus i primo**
Motuq; celer cyllenius hæret. **M. Cato de re militari**. Satis sit celeris
in tempore. **Cecilius in epistatomo**: Si properas extende hunc in meā
nauem ita celeris est ex quo celerissimus superlatiuum protulerunt.
Gn. Manlius in iliade. Celerissimus aduolat hector. **Ennius in anna-**
libus. Ex hinc per terram postq̄ celerissimus rumor. **Liuius i odyssea**
At celer hasta uolans perumpit pectora ferro. **Vnde superlatiuum .**
Virgilius in decimo. Et qua fata celerissima crudum: **Terētius in phor-**
none. Nullus ex geta . nisi iam aliquod consiliū celere reperies. **Vir-**
gilius in tertio. Celerique fuga sub sidera lapsa: **Idem in quinto**. Ag-
mine remorum celeri: uentisq; uocatis. **Lucanus in tertio**. Et celeri ue-
nas mouet improba pulsu: hic & hæc utilis & hoc utile : utili : hic &
hæc regalis & hoc regale regali. **Sciendum** tamen q̄ si inueniatur pro-
pria appellatiuis similia in i finientibus ablatiuum: illaper e proferunt
eum: ut **Iuuenalis** proprium a **Iuuenale**. **Martialis** proprium a **Mar-**
tiale: ab **annale** **annalis**. **Cicero pro Fundamo**. nō hoc modo a **Iulio**
annale: sed uix me **Hercule** a quinto **Mutone** factum probari potest

Idem pro Plautio: Confiteor summa in latræse ornamenta esse. **Si** militer in i terminant ablatiuum omnia quæ in im habent accusatiuū ue tyberim a tyberi: parim a pari: charybdim a charybdi: tigrī a tigrī: uim a ui. **Virgilius in decimo** Malsicus arata princeps lecat aquora tigrī. **Idem in primo aeneidos.** Multum ille & terris iactatus & alto. **Vi superum.** **Iuuenalis in quarto.** Saua dignum ueraq; charybdi. Quæ uero in im & in em: hæc tam in e q̄ in i: ut hanc puppim & puppem: ab hac puppi & puppe. **Virgilius i quarto.** Stans celsa in puppi. **Idem in octauo:** Stans prima in puppi. **Idem in decimo.** Dextra tenet puppim. **Lucanus in tertio.** Primum cana salix madefacto robore paruam **Exitur in puppem.** **Idem in tertio.** Rapta puppe minor subducta est montibus argo: turri & turrē ab hac turri & turre. **Actius in medea.** Apud turrē uetustā. **Virgilius in secundo.** Turrim i præcipiti stantem summisq; sub astra **Eductam tectis.** **Virgilius in bucolicis** Tale tuum carmen nobis diuine pœta. Quale sopor fœlis in gramine quale per æstum dulcis aquæ saliente sitim restringere riuo. **Idem in tertio georgicorum.** Asperq; siti: atq; exterritus æstu. **Idem in sexto aeneidos.** Sauumq; securi. **Aspice torquatum & referentem signa camillum.** **Cato in epistola ad filium.** Ex dolore: ex febris: ex siti: ex medicamentis bibendis: non tamen conuertitur regula. Non enim in e & in i desinentia & accusatiuum omni modo in em & in im termināt. In as quoque terminantia quando sunt gentilia: ablatiuum in i proferrunt: ut arpinas ab arpinati: capenas a capenati. Et rationabiliter ueteres enim huiusmodi nomina in is proferebant: hic & hæc arpinatis dicentis: unde neutrum: hoc arpinate. Docuimus autem q̄ omnia ex quibus neutra trāfigurantur in e exeuntia: in i faciunt ablatiuū hic & hæc regalis & hoc regale. ab hoc regali: **Sic ergo hic & hæc capenatis & hoc capenate: ab hoc & ab hac capenati.** Nec mirum declinationem perfecti seruari: in his cum etiam accentum soleamus seruare: quæ in finali sit syllaba: quæ in perfectis erat penultima: caque nas: ardenas: q̄ autem per syncopam hæc proferuntur: uetustissimorum usus comprobat. **Cato in primo originum.** Sed lucus capenatis: **Idem i eodem.** Populus communiter tusculanus aricinus lanuuinus laurens coranus tyburtis pometinus ardeatis. **Idem in oratione:** qua suauis in senatu: sannitis dixit pro sannis. **Accessit ager quem priuatum habuit gallicus sannitis.** **Apulcius brutius laurentis etiam pro laurens dicebat.** **Ennius in annalibus.** Quos homines quondam

laurentis terra recepit. **N**euius neutraliter hoc sannite protulit in carmine belli punici. Ad cuius similitudinem hoc dite debet dici: unde plurale ditia. **Lucanus in nono.** Non illic libyca: posuerunt ditia gentes. **Templa Lucilius tamen** : oleum castinas pro castinate: **Ti**tinnius in psaltria. **Ferentinatis** populus res graecas studet. **Plautus in sticho.** Infimatis ergo oratores populi summates uiri summi accubent: ego infimatis infimus. inueniuntur tamen quidam in huiusce modi nominibus etiam in e ablatiuum proferentes: quod mox usus approbat. **S**imiliter mensium nomina is uel er desinentia ablatiuum proferunt. quintilis a quintili. aprilis ab aprili. september a septembri: october ab octobri. iuuenalis in quinto. **H**esternum solitus medio seruire minutal **S**eptembri. idem in tertio. **P**allere & uinum toto nescire decembri. **P**ossunt tamen haec etiam communia esse unde kalendas septembres dicimus. **P**raeterea simplex eorum similiter inuenimus faciens ablatiuum i: imber imbri. **Cicero de signis.** Cum esset uinctus nudus in acre in imbri. in frigore. Idem in frumentaria. Ferebat hanc quoque iniquitatem septitius: & imbri frumenta in aera corrumpi patiebatur. **B**ipennis commune est & habet neutrum in e: & ideo in i ablatiuum facit a bipenni. **Virgilius in .xi.** Ferro sonat alta bipenni **F**raxinus. in e autem & in i indifferenter desinunt ablatiuo omnia quae sunt communia trium generum. ut hic & haec & hoc par: ab hoc & ab hac pare uel pari. **Virgilius in bucolicis.** Numero deus impare gaudet. **Lucanus in nono.** Ergo pari uoto gessisti bella inuentus. hic & haec & hoc uetus: a uetere uel a ueteri: **Iuuenalis in primo:** intrauit calidum ueteri centone lupanar. **Cicero pro Murena.** Cum ex familia ueteri & illustri. **Stadius in secundo thebaidos.** Funditus & ueteri spumauit lerna ueneno. idem in .xi. **V**eteri stat sordida tabo **V**traque canicies. **Idem in .xii.** Sed quid in hoc ueteri bellorum sanguine mecum **Q**uasitura uenis: si quid non fanda creontis: iussa times: hic & haec & hoc audax triplex: artifex: ab hoc audace uel audaci: a triplice uel triplici: ab artifice uel artifice. **Virgilius in octauo.** At caesar triplici inuectus romana triumpho **M**oenia. **Stadius in primo achilleidos.** Qualiter artifice iuncturae pollice cera **A**ccipiunt formas: **S**imiliter ab hoc duplici uel a duplici: ab hoc simplici uel simplici: **H**oratus in secundo sermonum **T**unc pensilis una secundas ornabat mensas cum duplici ficti. **T**ertius in phor. **C**ommodius esse opinor duplici spe utier. **Lucanus in sexto.** Nec superos orat: nec cantu supplice numen **A**uxiliare uocat.

Salustius in catilinario. Demisso uultu: uoce supplici: memor a me/
more uel memori. **Iuuenalis in quarto.** Fingendum & memori tractan/
dum pectore siue. **Horatius in secundo sermonum.** Ad meccenatem
memori si mente recurras. **Quidius in sexto.** Absentes memori pro se
rogat ore saluent. Et puro ideo magis i terminatione uti ueteres in
hoc nomine q; antiquissimi hic & hac memoris & hoc memore pro/
ferabant: ex quibus ablatiuus in i uult solam terminari. **Vnde Cicero**
quoq; pro **Plautio:** Memori mente persoluunt. Adeo autem commu/
nis generis est causa duplicis in ablatiuo terminationis: q; simplicia
unius generis inueniuntur: quorum ablatiuus i e solam exit: & tamē
composita ab eis si cōmunia trium generum sint: tam in e q̄ in i finiūt
eundem casum: hac ops ablatiuo ab hac ope hoc cor a corde. hoc ca/
put a capite: hic & hac & hoc inops ab inope uel inopi. **Cicero in fru/
mentaria.** Hanc pecuniam tantā datam ex arario inopi: atq; exhau/
sto: **Anceps** ab ancipite uel ancipiti: **Virgilius in tertio.** Tum uero an/
cipiti mentem formidine pressus. Similiter hic & hac & hoc concurs
a concorde uel concordi: **Vnde Persius** Diuidit in geminos cōcordia
fata deorum. In ia autem desinens nominatiuus pluralis sine dubio
ab ablatiuo e in i terminante. **Sciendum** tamen q; etiam hic & hac cō/
cordis & hoc concorde dicebant. & hic & hac amentis & hoc amente
nec mirum cuius simplex quoq; mentis. **Ennius** protulit in **Epichar/
mo.** Terra corpus est: t mentis est ignis. **Lentis** quoq; pro lens: & pa/
ris pro par: **Actius in focru:** Ad hanc fortunam accessit ei fortūa paris
Vigil quod quidam duum: quidam trium generum commune pu/
tant esse debere: a uigile uel uigili: **Iuuenalis in quinto.** Præterea
lateris uigili cum fibre dolorem. **Stadius in primo achillici:** Aspicit in/
tentum uigiliq; hac aure trahentem. **Teres** a terete uel tereti. **Virgili/
us in sexto.** Sed hac tereti mos est aptare flagello. **Idem in eodem.** Et
tereti pugnant mucrone uerūq; sabello. **Idem in .xi.** Et fundam tereti
circum caput egit habena: hebes ab hebetē uel hebeti. **Iuuenalis in pri/
mo.** Hebeti lautissima ferro **Scinditur** & rota sonat ulmea cœna **Sa/
burra.** Quaritur an cum hic & hac & hoc hospes: & sospes dicatur:
Vnde Lucanus. Hospes i externis audiuit curia rectis. **Stadius i quar/
to.** Accipias fessiq; libēs iterum hospita flumina pādas. Et **Iuuenalis**
i quinto. Nūq̄ depositum tibi sospes erit: possit ab hoc hospiti uel hospi/
ti dici: q; apud nullum adhuc legi: sed ab hoc hospite & sospite: **Vir/
in. viii.** Quo sospite nunq̄ Res æquidē troiæ uictas: aut regna fatebor

Et fortassis quia hæc nomina sola in es terminantia nominatiuum :
 & in a faciunt foeminina euitauerunt communem aliorum regulam
 ablatiui uel q; in heroico metro stare non possit: nisi in e terminas eor
 ablatiuus. q; autem etiam in a desinunt supradicta nomina usus con
 firmat. Virgilius in tertio. Et pater anchises bellum terra hospita por
 tas. Idem in tertio protulit compositum ab eo. Et numidæ infreni cin
 gunt & inhospita syrtis. Quidius in secundo pastorum. Principio mē
 sis phrigiæ contermina matris Sospita de'ubris dicitur aucta nouis.
Cicero pro murena: A sacris patriis Iunonis sospitæ. Tridens a tridē
 te uel tridenti. Potest enim trium generū esse nam lectum est. Triden
ti hasta uel telo: quā cum Neptuni fuscina per se positum significat
 masculino genere inuenitur. Virgilius in secundo. Neptunus muros
 magnoq; emota tridenti Fundamenta quatit. Locuples quoq; quod
 trium est generum: a locuplete uel locupleti facit ablatiuum: Cicero i
frumentaria. In prouincia locupleti ac referta. In er cōmunia quæ nō
 exeunt etiam in is per e solam inueniuntur proferētia ablatiuum: hic
 & hæc & hoc pauper: ab hoc paupere: hic & hæc & hoc δ ευσθαλῆς ἢ
 ευσθαλῆς τὸ ευσθαλῆς: degener a degenerate: hic & hæc & hoc uber: ab u
 bere. Similiter in e & in i faciūt ablatiuū in uis & uis terminantia no
 mina nominatiuū. & alia fere omnia: quorū extrema syllaba in is desi
 nit a duabus incipiens consonantibus. ut auis ab aue uel auī. Horati
us in primo carminum. Nereus fata mala ducis aui domum: q; mul
 to reperet grācia milite: nauis a nauē uel nauī. Cicero de supplicis.
Quo enim tibi nauis opus fuit? Terentius in andria. Nauis fracta apud
 andrum insulam: Idem in heautontime. Aduenientem e nauī egredi
 entem ilico adduxi ad cœnam In eadem. Dies triginta aut plus eo in
 nauī fui. Virgilius uero in e protulit in quinto. At media in nestheus
incedens nauē per ipsos. Hortatur socios: ciuis a ciue uel ciui. Iuvena
lis in quarto. Quid illo ciue tulisset natura in terris: Cicero in uerrina
rum quarto. Quod siculus a ciui romāo: ciuis romanus datur primū
 suæ legis: q; ciuis cum ciui ageret. Sic enim ueteres codices habent
 quos imperitia quorūdam corrumpit mutantium scripturas. Idem
pro Plautio. Quid dicam de Virgilio tali ciui & uiro & mox in nauī
 tura. Idem pro Sestino. q; ausus esset pro ciui: pro benemerito ciui.
Idem in sexto philippicarum: Sed in principe ciui nō est satis. uectis
 a uecte uel uecti. Terentius in eunucho: In mediū huc agmen cū ue
 cti donate: ignis ab igne uel igni. Virgilius i quarto æneidos. Vulnus

alic uenis & ceco capitur igni. **Idem etiam in primo georgicorum.** Et
quanuis igni exiguo properata maderent. **Iuuenalis in quinto.** Mi/
nor igni regi. **Lucanus in secundo.** Igne uago lustrare iuuat tibi nu/
mine ab omni. hic amnis ab hoc amne uel amni. **Virgilius in decimo**
Murorum in parte sinistra. Opposuerunt aciem nam dextera cingitur
amni. **Idem in primo georgicorum.** Prono rapit aluceus amni. **Luca/
nus in sexto.** Fent amne citato **Maliacas** sperchius aquas; anguis
angue uel angui. **Horatius in quarto:** Angue ter excusso. **Horatius**
in primo epistolarum. Alter mileti textam cane peius & angui **Vita/
bat chlamidem.** Similiter ab ungue uel ab ungui. **Idem in eodem:** At
hæc ego naribus uti formido & luctantis acuto ne scer ungui. **In/
uenitur etiam a minore uel minori: a leuiore uel leuiori: a maiore uel**
maiori: Iuuenalis in quinto. Numinibus miserumq; urgebat atlanta
minori **Pondere.** **Stacius in sexto thebaidos:** Nunq̄ hunc animum
natura minori **Corpore:** nec tantas ausa est includere uires. **Iuena/
lis in quarto:** Non defuit illi unde emeret multa pascendum carne
leonem **Iam** domitum constat leuiori bellua sumptu. **Nimirum &**
capiunt plus intestina poetæ. **Lucanus in septimo:** Vixq; reuulsa solo
maiori pondere pressum **Signiferi** merlere caput. **Nec mirum** tã in i q̄
in e compatiuorum ablatiuos terminari: cum uetustissimi neutrum eti
am in or finiebant; & erat eadem terminatio communis triu generis:
quæ capax est: ut docuimus utriusq; ablatiuum tam in e q̄ in i terminã/
tis. **Valerianus** ancias in sexto annalium. **Hoc** senatusconsultum
prior factum est. **Cassius** emina annalem suum quartum hoc titulo
scripsit: **Bellum punicum posterior:** **Claudius** in nono annalium:
Qui prior bellum quod cum his gestum erat meminissent. **Idem in**
eodem: **Vbi** decreuerunt commemorant graccho foedus prior pom/
peianum nõ esse seruatum. **Propria** si sint appellatiuis similia in i ter/
minantibus: ablatiuum ipsa per e eundẽ proferunt casum: sicut supra
dictum est: **Iuuenalis & Martialis** **Fœlix** ppria sunt. a **Iuuenale** **Mar/
tiale** **Fœlice.** **Rudis** quando commune est significans recentem. &
neutrum in e facit: hoc rude: & ablatiuum in i a rudi. **Quando** uero
uirgam qua gladiatores donati cessabãt a gladiatura: **fœmininũ** solũ
est: & ablatiuum in e finit. **Iuuenalis in secundo.** **Sergius** idem acce/
pta rude cœpisset uicento uideri: **Strigilis** uel de iuatiuum a stringo
uel a græco σπογγυλός. **Itaq;** rationabiliter in i terminauit ablatiuũ.
Horatius in secundo sermonum: **An** hic peccauit sub noctem qui

puer unam mutat furtiua strigili. In ix etiam foeminina uerbalia quia possunt esse comunia cum neutris: ut uictrix ultrix: unde & uictricia & ultricia tam in e q̄ in i finiunt ablatiuū. Lucanus in primo. In sua uictrici conuersum uiscera dextra: Idem in eodem. Tollite iam pridē uictricia tollite signa. Statius i quinto thebaidos. Ultricia grauis: uirginibus date tela. Postis etiam a posti uel a poste inuenio: quia ut supra diximus. a duabus consonantibus incipiens finalis syllaba in is desinit. Lucanus in quinto. Tunc poste reuulso Dux ait. Ouidius i quinto metham. Raptaq; de dextro robusta repagula posti Ossibus illis sit In as quoq; circumflexa: quae apud ueteres etiam in tis proferri docuimus: tam in e q̄ in i finiunt ablatiuum. Cicero pro Varrone. C. Ancharius Rufus fuit e municipio fulginate. Idem in eodem. In praefectura fulginate. Idē pro Cluentio. Ex municipio aletinati. Alia uero tertiae declinationis nomina in e desinunt per ablatiuos correptam cum aliae terminationes ablatiuī in omni declinatione producantur ergo si qua ex his debent in e per ablatiuum proferri inueniamus per i prolata auctoritati ascribimus: quae saepe etiam datiuus & pro ablatiuus: necnon etiam pro genitiuus est usa. Virgilius in octauo. Aduectum aeneam classi: uictosq; penates: pro aduectum classe: nisi dicamus hellenismo usum esse poetam. Datiuo enim casu illi hoc adiungunt uerbum. In graecis est quando inuenimus e producta finiri ablatiuum: tam primae quam tertiae declinationis nominum: qui magis est datiuus graecus positus pro latino ablatiuo. Virgilius in primo aeneidos. Ipse uno graditur comitatus achate. Lucanus in octauo. Signaq; ab euphrate cum crassis capta sequētes. Similiter a Demosthene. Aristotele. Hermogene. Vetustissimi tamen etiam in quibusdam latinis: quae nominatiuum in es productam terminantia pares cum genitiuo habent syllabas i hac declinatione solebant producere ablatiuum more quintae declinationis uel supradictorū graecorum: ut a mole: fame tabe: quod etiam adhuc sic profertur. Virgilius i. vi. Offam Obicit ille fame rabida tria guttura pandens. Lucanus in. x. Nō mā lante fame multas uolucresq; ferasq; Aegypti posuere deos. Iuuenalis in sexto. Membra aliena fame lacerabant esse parati Et sua. Lucretius. Imbribus ut tabe membrorum arbuta uacillent.

De nominatiuo plurali tertiae declinationis

Nominatiuus pluralis fit a genitiuo singulari mutata is in es producta in masculinis & foemininis & communibus: ut

n. iii.

huius cardinis hi cardines: huius consulis hi consules huius matris
 hæc matres: huius uatis hi & hæc uates. Neutra uero ex ablatiuo singu-
 lari faciunt nominatiuū pluralē hoc modo. Si in i uel tam in e quā in i
 exeat ablatiuus correpta i & addita a fit nominatiuus pluralis: ut ab
 hoc mari hæc maria: ab hoc cervicali hæc cervicalia a lacunari hæc la-
 cunaria: a pari uel pare hæc paria a felice uel felici hæc felicia. Exci-
 pitur a uetere uel a ueteri: quod uetera non ueteria facit. Nec non ab
 hoc ludicri: quod non ludicria: sed ludicra dicimus. **Virgilius. in. xii.**
anci. Nec enim leuia: aut ludicra petuntur Premia. sed turni de uita
 & sanguine certāt. Similiter cōparatiua quæ ablatiuū tam in e quā in i
 terminant. Maiora enim & minora & plura dicimus: quāuis etiā anti-
 qui plura dixerunt. ūde cōpositū est cōpluria. **Terentius i phormio-**
ne. Multa adueniēti ut fit noua hic cōpluria. **Cicero de signis.** Immo
 uero compluria. In quibusdam tamē codicibus inuenitur complura/
Idem in eodem. Dies continuos compluris. Idē pro cecina. Complu-
 res armatos: **Gausape** quoque sicut supra diximus & ablatiuum in e
 terminat: ab hoc gausape: & nominatiuū pluralem in a finit: gausapa
 enim non gausapia dicimus. **Horatius i secundo sermonū.** Gausape
 purpureo mentam perterisit aceruā. **Persius.** Iam chlamides regum:
 iam iurea gausapa captis. **Aplustre** itidem quanuis faciat ablatiuum
 ab hoc aplustri. nominatiuū tamen pluralem non solum in a sed in ia
 etiam terminat: & aplustra enim & aplustria antiqui ptulisse inueni-
 untur. **Cicero in arato.** Nauibus assumptis fluuitantia quærere aplu-
 stra. **Cæsar in arato.** Fulgēt argoæ stellis aplustria puppis. Alia uero
 omnia neutra quæ in e termināt ablatiuū mutata e in a faciunt nomi-
 natiuū pluralem. ab hoc numine hæc numina a tempore hæc tempo-
 ra: a tubere hæc tubera: a capite hæc capita.

De genitiuo plurali tertiæ declinationis.

g Enitiuus pluralis tertiæ declinationis nascitur ab ablatiuo
 singulari hoc modo: cū in i uel in e: uel in i tantum desinit
 correpta i assumit um: ut sedili horum sedilium: a cervicali
 horum cervicalium: ab equestri equestrium: ab uili utili-
 um. a sapiente uel sapienti sapientium: a felice uel felici feliciū. Mul-
 ta tamen per syncopam solent proferri: sapientum pro sapientiū: me-
 rentū pro merentium: **Statius in secūdo thebaidos.** Dabit mihi crede
 merentum **Consiliis tranquilla dies.** **Idem in tertio:** Aeternaque son-
 tum supplicia: cælestum p cælestiū. **Virgilius in sexto:** Cælestum uis

magna iubet. Et sciendū tamē q̄ hęc rarissime quę in solam i finiunt
 ablatiuum per syncopam proferuntur i per genitiuum pluralem. **In**
 ueni tamen marum pro marium: quod tamen in raro usu est apud
Neuium in carmine belli punici: **Denex** fretus pietate domini allocu-
 tus summi deum regis fratrem **Neptunum** regnatorem marum pro
 marium. **Eius** ablatiuum **Cæsar** in quinto gallici belli ponit **Paulo**
 latiores q̄ quibus in reliquis utimur maribus. Comparatiua quoque
 quę inueniuntur tam in e q̄ in i exeuntia per ablatiuum carent i pe-
 nultima in genitiuo plurali: ut a maiore uel a maiori: horum maio-
 rum: & a minori uel minori horum minorum. **In e** autem sola finien-
 tia ablatiuum si nominatiuus in duas terminetur consonantes mu-
 tant e in i breuem & assumunt ium: ut mars Marte martium: hic fons
 a fonte fontium: hęc frons a fronte harum frontium: hęc urbs ab ur-
 be harum urbium: hęc arx ab arce harum artium. **Rarissim**: tamen
 & hęc supradicta sicut & illa quę in i solam terminant ablatiuum p
 syncopam i proferunt genitiuum pluralem: exceptis in ms uel ps de
 finentibus si non sint a capite composita: hęc enim e ablatiui in um
 conuertentia faciūt genitiuū plurale: hęc hyems a hyme hyemum:
 princeps a prícipe principū: municeps a municipe municipū: forceps
 a forcipe forcipū: manceps a mancipe mancipum. **A** capite enim com-
 posita & duabus syllabis abundant in genitiuo: & trium sunt gene-
 rum communia: **Itaque** & ablatiuum tam in e quam in i: & ge-
 nitium pluralem rationabiliter in ium terminant: hic & hęc & hoc
 triceps a tricpite uel tricipiti tricipitum: nisi syncopa fiat. **Illā** quoq̄
 quę pares habent syllabas tam in genitiuo q̄ in nominatiuo mutant
 e in i & assumunt um: ut collis a colle horum collium: hęc ædes hu-
 ius ædis ab æde harum ædium: hęc cædes huius cædis a cæde harū
 cædium nisi etā per syncopā i hec proferuntur. **Frequentius** tamen
 in es terminantia absq̄ i inueniuntur: ut uatum pro uatium: **Virgili**.
 in quarto. **Multaq̄** præterea uatum prædicta priorum. **Cicero** pro
Sestio. **Vestrarum** sedum templorumq̄ causa: mensum quoq̄ p mē-
 sium. **Quidius** in .viii. meth. **Et** quos sustinui bis mēsum quiq̄ labo-
 res. **Excipiūtur** iuuenis a iuvene iuuenum: canis a cane canū: panis
 a pane panum: carent enim i penultima semper. **In as** quoque latina
 mutant e ablatiui in i & assumunt um: a ciuitate ciuitatum a probita-
 te probitatum: **In his** tamen solet frequenter fieri concisio i in geniti-
 uo plurali: a ciuitate ciuitatū: a pbitate pbitatū: **Reperiūtur** præterea

absque i facientia genituum pluralem quamuis ablatiuum in e & in i
proferant in us & in il & in or trium generum: & in ex desinentia qua
do sunt comunis generis. ut hic & hac uetus a uetere uel a ueteri ue/
terum. **Virgilius** i quinto. **Veterum** non inmemor ille parentu. **Vigil**
ab hoc uel ab hac uigile uel uigili. horum & harum uigilu. **Juuenalis**
in quinto. **Præterea** lateris uigili cum febre dolorem. **Virgilius** in octa
uo. **Præterea** uigilu excubiis oblidere portas. **Sunt** tamen qui puta/
uerunt uigilis nominatiuum quoque simile esse genitiuo usus tamen
in il esse ostendit. ut **Lucanus** in quarto. **Tutelaque** ualli **Peruigil** al/
terno paret custodia signo. **Similiter** memor a meore uel memori horu
& harum memorum. **Horatius** in secundo. **Nam** quamuis memori
referas mihi pectore cuncta. **Raror** tamen inueitur in e terminas eius
nominis ablatiuus: nec alia causam esse existimo. ut supradictum est
nisi ea quod apud antiquos hic & hac memoris & hoc memore pro/
ferbatur: In quo testis est **Caper** antiquitatis doctissimus inquisitor
Ostedit enim **Cecilium** in epicleto sic protulisse: **Ita** ne atipho: inue/
tus proflua fide: **Ita** ne est inmemoris: **Ita** ne est madida memoria.
Nec mirum cum hic celer: & hic celeris: hic concors & hic concordis
proculisse inueniuntur uetustissimi. **Multa** quoque alia in eundem mo
dum. **Virgilius** in decimo. **Nec** domini meorum proculcat equorum
Supplex ab hoc & ab hac supplice uel supplici horum & harum sup/
plicum: artifex ab hoc & ab hac artifice uel artifice: horum & harum
artificum. **Lucanus** in octauo: **Se** simul & romam pompeio supplice
mensus. **Salustius** i catilina. **Prono** demisso uultu supplici uoce. **Cice**
ro pro ligario. **Et** nos iacentes ante pedes supplicum uoce prohibetis
Virgilius in primo: **Artificumq;** manus inter se operumque laborem
Puto tamen etiam ab oratoribus differentia causa sic proferri per syn
copam: quia supplicium & artificium neutra inueniuntur singularia
hic & hac parens quando nomen est duum est generum: & geniti/
uum pluralem absque i plerunque facit: horum parentum. **Virgi**
lius in secundo. **Decora** alta parentum. qd autem etiam parentium
non irrationabiliter dicitur ostendit accusatiuus pluralis in is etiam
terminans. qui proprius est in ium terminantis genitiui. **Terentius**
in heauton. **Quod** uolo aut peto parentis meos ut commonstres
mihi. **Cicero** etiam de suppliciis. **Nauium** perfectos sine ulla cau/
sa de complexu parentum suorum tuorum hospitum ad mortem
cruciatumque rapuisti. **Notandum** uero etiam quod nomina semper

pluraria quæ in es desinunt genitiuum faciunt in ium: ut hæ uires harum uirium: hi penates horum penatium. Inuenitur tamen apud ueteres eius singulare penatis huius penatis: hi quin quatuor horum quinquarium: hi & hæ tres horum & harum trium. Similiter hi & hæ plures & hæc plura: horum & harum plurium. Cicero ad Herennium in tertio Complurium negociorum. In is quoq; longam desinētia: lis a lite litium: samnis a samnite samnitium: dis a dite ditium: nox a nocte noctium. Vnde Agellius. Noctium atticarum in scripsit. Cætera uero omnia ablatiuū in e solam terminantia mutant eam in um & faciunt genitiuū pluralem a pœmate pœmatū a cicerone ciceronū a cōsule consulum a titane titanum a duce ducū a patre patrum a uirtute uirtutū a capite capitū ab alite alitū. Nā alituū p̄ interpositionē u ad dita p̄tulit Virg. in. ix. Alituū pecudūq; genus sopor altus habebat. Aboue quoq; bouū debet fieri. Sed hoc nomen notandum est in quo u consonantē assumunt obliqui casus singulares hiatus causa. Abiiciunt autē eā est quādo pluralis. Virg. in. iii. Huc ubi delati portus in trauius: ecce læta bouū passim cāpis armenta uidemus. Idē in. viii. Reddidit una bouū uocē uastaboq; sub antro. Datiuus autem & ablatiuus huius nominis per syncopam mediæ p̄feruntur syllabæ bobus pro bouibus. Horatius in epodo. Beatus ille qui procul negociis pater na rura bobus exercet suis: Nominatiuus uero pluralis & accusatiuus & uocatiuus qui similes sunt raro abiiciunt u cōsonantis loco positam. Virgilius in bucolicis. Ille meas errare boues ut cernis: & ipsū: Idem in octauo. Discessu mugire boues. Idem in eodem. Abstractæq; boues abiurataq; rapinæ.

De datiuo & ablatiuo plurali tertiæ declinationis.

Datiuus & ablatiuus pluralis tertiæ declinationis nascitur a singulari genitiuo iteriecta bu: ut huius hominis his & ab his hominibus: huius exulis his & ab his exulibus: huius numinis his & ab his numinibus: huius disparis his & ab his disparibus: huius scælicis his & ab his scælicibus: toreuma toreumatis his & ab his toreumatibus. In huiuscemodi tamen nominibus idest neutris a finitis quæ sunt græca frequenter inuenimus datiuum antiquos & ablatiuum plurales in is productam proferentes cōtra regulam tertiæ declinationis quam seruant in cæteris casibus supradietorum nominū ut. Cicero frequenter in uertinis toreumatis dicit. & peripetasmatis: & eblematis in libro de signis. Nūc de pipetasmatis quomodo

te expedias non habes. Idem in eodem: Scaphia cum emblematis.
Idem ad Herennium in quarto. De orationibus aut pœmatis: quis
neutro genere hoc ubique ille proert. Si enim sicut Plautus & alii ue
tustissimi feminino genere hoc protulisset pares syllabas omni casui
seruasset absque genitiuo plurali secundum analogiam primæ decli
nationis. Est igitur magis apud Cicronem & eos qui similiter huius
cemodi preferunt heterochitum. uelut uidetur Cello a nominatiuo
hoc per pœasmatum hoc emblebatum. Excipitur etiam bobus cu
phonia causa pro bouibus. Est enim genitiuus singularis bouis. Ho
ratius in carmine seculari. Quæq; uos bobus ueneratur albus. Idem
in tertio carminum. Sol ubi montium mutaret umbras. Et iuga de
meret bobus fatigatis Amicum tempus agens subeunte nocte.

De accusatiuo plurali tertiæ declinationis.

Accusatiuus pluralis tertiæ declinationis similis est nomi
natiuo proprio sicut & uocatiuus. In illis uero quæ geniti
uum eiusdem numeri in um terminant plerumq; per es longâ
profertur. hi latrones hos latrones o latrones. hi consules hos consu
les o consules: hi tubicines hos tubicines o tubicines: hæ matres has
matres o matres: hi & hæ sacerdotes hos & has. sacerdotes o sacerdo
tes: Inueniuntur tamen quædam in is solam productam terminantia
hunc casum græca quæ etiam nominatiuo similiter in is desinunt: hæ
sardis has sardis. Item alpis sirtis tralis: quæ apud græcos in supra
dictis casibus eis diphthongon habent finalem. Horatius in primo
epistolarum. Smyrna quidam & colophon qui creesci regea sardis.
Virgilius in decimo. In sirtis in saxa uolens uos turnus adero. Quo
rum autem in ium terminantium genitiuum frequētius in is. Et quo
rum rarius exeat accusatiuus ut potero breuiter colligam. Omnium
quæ tam nominatiuum q̄ genitiuum similem habent eorum accusa
tiuus raro in es frequētius in is solent terminari: ut hic & hæ om
nis hos & has omnis. Salustius in catilinario: Omnis homines qui
se se student. Terentius in andria. Omnis nos gaudere. Virgilius etiã
in tertio georgico. Et pinguis unguine caras. Idem in quarto geor.
Aquas dulcis & frondea semper Tecta petunt. Idem in primo anc
idos. Hic fessas non uincula nauis Vlla tenet. Idem in quinto anc.
Quoq; magis fessas optem dimittere nauis. Idem in eodẽ. Muneraq;
in nauis ternos aptare iuuenos. Similiter faciunt accusatiuum eiusdẽ
formæ semp pluralia: ut hi manes hog manũ. hos manes uel manis.

Virgilius in quarto aeneidos: **I**d cinerem aut manis credis curare sepultos: tres trium has tres uel tris. **I**dem in tertio aeneidos: **T**ris adeo incertos caeca caligine soles Erramus pelago. In et quoq; desinentia quae in i terminant ablatiuum similiter faciunt accusatiuum pluralē: plerunq; per is raro per es: ut acer ab acris hos & has acris. **Virgilius** i undecimo: **M**etuenſq; moneret **A**cris esse uiros: **S**imiliter saluber salubris a salubri: salubres uel salubris. **Virgilius** in duodecimo: **S**parſitq; salubris **A**mbrosia succos: & odoriferam panacea: imber ab imbris: hos imbres uel imbris. **I**dem in nono: **C**um fremit ad caulas uentos perpeſſus & imbris: **D**ecembris quod proprium est a decēbri hos decēbres uel decēbris: **H**oratius in .i. epistolarū. **M**e quater undenos sciat i pleuisse decēbris. **S**imiliter celer uel celeris aceleri. **Virgilius** in secundo aeneidos: **C**eleriq; fuga sub sydera lapsa: **S**eme am praxda & uestigia foeda relinquūt. **I**dem in quinto aeneidos: **A**gmine remorū celeri uentisque uocatis. hos & has celeres uel celeris quod est frequētius. **I**dem in quarto aeneidos: **E**t celeres defer mea dicta per auras. **S**imiliter faciunt accusatiuum in ns uel rs terminantia: ut hic fons hos fontes uel fontis: hic & haec & hoc iners hos & has inertes uel inertis haec pars has partes uel partis. **Virgilius** in secundo georgicorū: **A**gredior sanctos ausus recludere fontis. **T**erentius in heautonti: **P**aretis patriam incolumen: amicos genus cognatos diuitias. **Virgilius** i septimo: **H**ic locus est partis ubi se uia findit in ambas. **I**dem in secundo aeneidos: **P**enitusq; caernas ingentes: utrumq; armato milite cōplent. **I**dem in quarto: **M**actant latras de more bidentes. **A**lia autem quanuis genitiuum pluralem in ium desinentia sint: raro inuenies & in paucis is finientia accusatiuum: ut in as exeuntia nominatiuo ciuitas ciuitatum has ciuitates fere ubiq; legimus. In x terminantia triū generum communia. quāuis in paucissimis genitiuum pluralē absq; i penultima proferunt. **D**ifficile enim inuenies audacum pro audacium: uel foelicum pro foelicium. **S**upplicum autem differentia causa ut supra dictum est profertur. ne si supplicium dicas: aliud significare uidearis: quomodo artificum pro artificium: & iudicum pro iudiciū. **C**icero de signis: **D**idici etiam dum ministrum Inquiro artificum nomina. **Virgilius** in primo aeneidos: **A**rtificumq; manus inter se operumque laborem: tamen accusatiuum plerunq; per es efferunt. **L**ucanus in primo: **E**st qui tauriferis ubi se meuania campis **E**xplicat audaces ruere in certamina turmas. raro per is. **Virgilius** in quinto

georgicorum. **Deinde tenacis** Suspendunt caras: Plus pluriū quod
solum in us terminans talem habuit genitiuum plurarem tam in es
q̄ in is finit accusatiuum. **Virgilius in primo georgicorum.** Scu plu/
rus calor ille uias & cæca relaxat. **Spiramenta** nouas ueniat qua luc/
cus in herbas. **Terentius in phormione.** Ego te cōpluris aduersus ingeni
um meum menses tuli. **Horatius in primo epistolarū.** Cum tibi sol te
pidus pluris admouerat auras. **Cicero pro. Cor. in .i.** Quæ intermissa
compluris annos harum litium has lites & litis. **Cicero in frumenta/
ria.** Sedasti etiam litis illorum.

De nominatiuo singulari quartæ declinationis.

Quartæ declinatio terminaciones habet in nominatiuo duas
In us correptam & in u. In us masculinorum & feminino
rum tantummodo latinorum. ut hic senatus huius sena/
tus. hæc manus huius manus. In u neutrorū quæ indeclinabilia sunt
in singulari numero: ut hoc genu huius genu: hoc cornu huius cor/
nu: In quibus quis quibusdam artium scriptoribus uideatur tēporū
esse differētia. Dicunt enim nominatiuū quidē & accusatiuū & uocati
uum corripit: reliquos uero produci. Ego in usu pariter i omnibus pro
duci inueni casibus hæc nomina. nec irrationabiliter. Omnis enim in
quacunq; parte terminatio in u desinens producitur: ut fluctu: pan/
thu: tu diu: **Quintus in octauo metham.** Dextroque a polite leuam.
Pressa genu digitis inter se pectine inuictis. Ecce enim hic accusatiuū
est sine dubio: & producitur apud **Virgilium** quoque in primo ane/
idos. Nuda genu nudoque sinus collecta fluentis. Quomodo enim
sinus collecta accusatiuum iunxit nominatiuo: sic etiam nuda genu.

De genitiuo singulari quartæ declinationis.

Genitiuus igitur in us desinentium fit producta us: ut hic se
natus huius senatus. **Vetustissimi** tamē inueniuntur eorū
nominum etiam in ius diuisas proferentes genitiuum. **Te/
rentius** in heautōti. **Textente** telam studiose ipsam ostēdimus medi
ocriter uestitā ueste lugubri eius anius cā opinor quæ erat mortua.

De datiuo singulari quartæ declinationis.

Datiuus huius declinationis fit a genitiuo ablata s & addita i
sed corripit penultima: ut huic senatui: huic manui. Est ta/
mē quādo poetæ metri causa p eo ablatiuo utitur. **Virgi. i.**
primo aneidos: **Parce** metu citherea manēt immota tuorū Fata tibi:

pro metui. Idem in quarto. Namq; alia uictu in uigilant: pro uictui.
In eodem. Concubitu indulgent pro concubitu. Accusatiuus quarta
 declinationis fit a nominatiuo mutata s in m hunc senatum hanc ma
 num. Vocatiuus similis est nominatiuo ut hic senatus o senatus. hac
 manus o manus. Ablatiuus fit a genitiuo abiccta s producitur enim u
 ut ab hoc senatu ab hac manu.

**De nominatiuo accusatiuo & uoca
 tiuo plurali quartæ declinationis**

Nominatiuus accusatiuus & uocatiuus pluralis in hac de
 clinatione similis est genitiuo singulari: ut hi & hos sena
 tus o senatus hæ & has manus: o manus. hæ idus harum
 iduum: semper plurale est: ut omnium festorum nomina. Genitiuus
 pluralis a nominatiuo singulari ablata. s. & assumpta um. Corripitur
 enim u in utraq; quomodo & nominatiuus: horum senatum. haru
 manuum. Et oportet scire q; in hac declinatione omnes casus pares
 habent syllabas nominatiuo singulari: exceptis datiuo singulari: &
 genitiuo & datiuo & ablatiuo pluralibus: qui unam superant syllabā:
 quod habebat etiam genitiuus singularis: cum apud uetustissimos in
 uis diuisas delinebat: Inuenitur tamen: sed raro apud poetas geniti
 uis pluralis in hac quoq; declinatione per syncopam prolatus. Vir
 gilius in sexto Quæ gratia currum armorumq; fuit uis. Quauis eti
 am geminata. u. possit metrum per synalimpham stare cum sequēs
 uersus a uocali incipiat: necnon etiam iunctis duabus uocalibus. pri
 or potest in metro excludi: ut Ferreiq; heumenidum thalami.

**De datiuo & ablatiuo plurali
 quartæ declinationis.**

Datiuus & ablatiuus pluralis quartæ declinationis fit a no
 minatiuo singulari mutata u in i: & interposita bu: ut hic
 senatus: his & ab his senatibus: hæ manus his. & ab his ma
 nibus. Est autem quando differentia causa seruat u: ut arcus arcibus
 partus partibus. artibus enim & partibus & arcibus ab arte parte ar
 ce nascuntur. quæ sunt tertiæ declinationis. Cuius datiuus & ablati
 uis pluralis penultimam aliam nisi. i. correptam habere non potest:
unde excipitur his & ab his bobus. In hac uero idest quarta i quibus
 dam inueniuntur ueteres per supradictos casus plurales quauis nulla
 cogente causa differentia u penultimā p i ponentes: ut portubus spe

cubus tribubus lacubus. **Qui. i. tertio fastorū** Præmia de lacubus pxi-
mam uita tuis. Neutorū uero singularia quæ indeclinabilia etie lu-
pra diximus: corripētia. u. assumētiaq; a. faciūt nomiatiuū & accusa-
tiuū & uocatiuū pluralē: cornu cornua. genu genua. Genitiuus uero
& datiuus & ablatiuus ad similitudinē fit tam masculini q̄ feminini:
ut cornuum cornibus. genuum genibus.

De nominatiuo quintæ declinationis.

Quinta declinatio terminationem habet nominatiuo unam
in es productā: & sunt omnia fœminini generis: & latina.
Excipitur unum dies: quod in singulari numero tam mas-
culini quam fœminini generis inuenitur: ut **Lucanus** in se-
cundo phor. Fata quis ille Quis tuit ille dies. **Virgilius** i quarto æne-
idos. Ille dies primus læti: primusq; malorum **Causa** fuit: **Idem** in se-
cundo. Venit summa dies: & ineluctabile tempus **Dardaniæ**. In plu-
rali uero semper masculini inuenitur: hi dies. sicut etiam ab eo compo-
situm semper masculini generis est: hic meridies. **Terētius** i adelphis
Præterea meridie ipso faciam: ut stipulam colligat.

De genitiuo & datiuo singulari

quintæ declinationis.

Genitiuus & datiuus eius declinationis sunt similes. **Fiunt**
enim extrema nominatiui. s. abiecta: & assumpra. i. ut dies
huius diei huic diei. hæc facies huius faciei huic faciei: &
seruat quidē pductionē nomiatiui si. i. habeat penultimā: ut acies aci-
ei: rabies rabiei. Sin autem consonantē habeat ante s corripitur e tā in
genitiuo q̄ i datiuo ut hæc fides huius fidei huic fidei res rei spes spei
plebes plebei. **Veteres** tamē frequētissime iueniūtur similes ablatiuo p-
tulisse in hac declinatione tam genitiuum q̄ datiuum: ut **Salustius** in
primo historiarum. Dubitauit acie pars pro aciei. **Virgilius** in secun-
do georgicorū. **Libra** dies somniq; pares ubi fecerit horas: die pro di-
ei. **Quidius** quoq; in tertio methamor. fide pro fidei posuit. **Prima** si-
de uocisq; ratæ temptamina sumpsit. **Idem** i sexto: **Vtq;** fide pignus
dextras utriusq; poposcit.

De accusatiuo singulari quintæ declinationis.

Accusatiuus a nominatiuo fit mutata. s. in. m. & necessario
correpta. e. Nunquam enim ante. m. terminalem longa in-
uenitur uocalis. ut hunc meridiem: hanc rem

De uocatiuo singulari.

Vocatiuus est similis nominatiuo: ut hic meridies o meridies.

De ablatiuo singulari.

Ablatiuus quoq; fit a nominatiuo abiecta. s. ut hic meridies ab hoc meridie. hæc acies ab hac acie. Inueniuntur tamen huiuscemodi ueteres ablatiuo etiam pro genitiuo usi. **Vir.** in tertio georgicorum. **Libra** die somniq; pares ubi fecerit horas: die posuit pro diei. **Salustius** quoq; in historiarum libro primo **Dubitauit** acie pars pro aciei. **Idem** in primo. **At** inde nulla munitio nis aut requie mora processit ad oppidum. requie pro requici. **Quidã** tamen antiquissimorum etiam similem nominatiuo genitiuum protulerunt eius declinationis.

De nominatiuo plurali quintæ declinationis.

Nominatiuus pluralis & accusatiuus & uocatiuus similis est nominatiuo singulari: ut hæc res hæ & hæc res & o res.

De genitiuo plurali.

Genitiuus pluralis fit addita ablatiuo singulari rum: ut ab hac re: harum re: um. a die dierum: qui tamen in aliis fere omnibus usu apud plerosq; deficit. Itaq; **Cicero** hoc approbat in topicis dicens. In diuisione uero sunt formæ quas **græci** uocant: nostri si qui hæc fortæ tractant species appellant nõ pessime id quidem: sed inutiliter ad mutandos casus in dicendo. **Nolim** enim nisi latine quidem dici possit specierum & speciebus dicere: & sæpe his casibus utendū est. **At** uelim formis & formarum. Inueniuntur tamen uetustissimi secun dū analogiam hoc usi casu. **Cato** cetero forinus in oratione quã scripsit. **Vti** præda in publicum referatur. **Miror** audere atq; religionem nõ tenere statuas deorum exempla earum faciesq; signa domi pro suppellectili statuere.

De datiuo & ablatiuo plurali.

Datiuus quoq; & ablatiuus pluralis ab ablatiuo sūt singulari adiecta bus. ab hac re die: his & ab his rebus diebus. **Sicut** autem genitiui sic & datiuo plurales in aliis nominibus eiusdem declinationis deficiunt apud plerosq;.

Definit liber septimus de obliquis casibus nominū.

Sequitur de uerbo: & quid sit uerbum.



UERBUM EST PARS ORATIONIS CVM
temporibus & modis sine casu agendi uel paciēdi si-
gnificatiuū. Hac enim diffinitioe omnia tam finita
quā infinita uerba comprahēduntur. Et neutra enī
quæ dicuntur absoluta & deponētia omnimodo na-
turaliter: uel in actu sunt uel i passione. **U**erbū autē
quanuis a uerberatu aeris dicatur: quod cōmune ac-
cidens est omnibus partibus orationis. tamē præcipue in hac dictioe
qua i propriū eius accipitur qua frequētius utimur in oratione. licet
tamē p omnibus dictionibus dicere uerba frequentiq; usu hoc appro-
batur. Necnon etiā nomina: sed raro. ut **U**ir. i texto ancidos. **F**oliusq;
notas & nomina mandat. **T**erentius in adelphis. **U**erbū de uerbo ex-
pressum extulit. **I**dem in andria Bona uerba quaeso. **U**erbo accidunt
octo: significatio siue genus tempus. species modus figura cōiugatio
& psona cū numero: quādo affectus animi diffinit. **S**ciēdū autē quæ-
dam uerba iueniri defectiua quorundā supradictorū accidentium: &
hoc uel naturæ necessitate fieri: uel fortunæ casu. **E**rgo naturæ necessi-
tas bipartita est in significatione & in cōmoditate. i. in cōsonantia ele-
mentorū. **S**unt enim quædā nec solū in uerbis: sed etiam in aliis parti-
bus orationis: quæ significationis causa dici non possunt. **U**t si ueli-
mus masculinum dicere ab eo quod est nupta nuptus: uel a puerpera
puerperus: oppugnat ipsa rerū natura propter significationē quaeso
lis accidit scēmininis nisi figura uel auctoritas intercedat. **F**igura ut si
dicā. **B**onus animus uxoris mihi nuptus est p bonū animum habens
uxor mihi nupta est. **A**uctoritas ut **P**lautus i castina. **L**ibet etiā quid
agat scire carinum nuptū nouum: pro maritū. **N**ecnō etiā i pronomi-
nibus quæ sunt tertiæ personæ primitiuis: si uelimus uocatiuū profer-
re: qui non potest nisi secundæ accidere psona. hæc eadem naturalis
necessitas uctat. **P**ræterea sui sibi se a se nominatiuū hoc pronome ha-
bere non potest. **I**deo quia quotiens hoc pnomē ponitur ostēdit ter-
tiā psonā uel ipsā & agere simul & pati a se: ut poenitet illū sui: inuidet
sibi: accusat se: uel ipsā agere & aliā extrinsecus i eam: ut rogat ut sui
causa facias. petit ut sibi pficias. precat ut se custodias. **Q**uod cū sit. i.
quādo eadē psona agit & patitur: uel a se uel ab alia: nō idiget nomi-
natiuo casu: sed eo tantū cui solet adiungi uerbū quod actū significat
id est genitiuo uel datiuo uel accusatiuo uel ablatiuo: quos & habet
hoc pnomē. **I**psū enim agētis psonæ uerbū nominatiuū i se habet. **S**i

enim dicā: rogat te ut ad se uenias: sine dubio intelligis in eo quod dixi rogat simul & ille qui ē nominatiuus: hæc eadē ratio naturalis: & in interrogatiuis & infinitis nominibus quæ tertiæ sunt sine dubio personæ: & maxime solent iungi personæ absentis: ut quis qualis quantus & in similibus uocatiuū esse prohibet: quia uocatiuus ad aliquā finitā fit præsentē personā ad quam oratio dirigitur: id est ad secundā. In cōmoditate uero uel in consonantia: quam graeci ἀδύαφωניה uocant: deficiunt quædā. ut si uelimus ab eo quod ē cursor & risor scēminina facere secundū analogiā mutatione or in rix absōnū fit & incōgruū naturæ litterarū. Vnde Cicero uolens ab eo quod ē expulfor pferre scēmininū mutauit s in t: & expultrix dixit tusculanarū quito. Quia philosophia dux: o uirtutis indagatrix: expultrixq; uitiorū. In eodē Regiæ uirgines ut tonstricula: tondebant barbā: & capillū patris: ab eo quod est tonfor tonstrix fecit scēmininū addita t: & ex eo dīminutiū tonstricula: quomodo nutritor nutritrix nutriticula: & ea p naturā. Per fortunā quoq; duobus modis quædā proferre prohibemur: uel quod inusitata sunt: uel quod turpia & incōcinna: & aspera prolatu uidentur esse. In usitata sunt quibus nō inueniuntur usi auctores quibus p portione postestare faciente dicendi: ut faux prex caus dictio. Positiuū faris debet esse for. Passiuū do debet esse dor: Ea enim quāuis ratiōe regulæ bene dicantur: tamen quia in usu auctorū non inueniuntur recusamus dicere: Inconcinna uero uel aspera prolatu esse uidentur: ut metuturus uel metuiturus nutritrix. Quod quāuis secundū analogiā debuisset dici. In tor enim terminātia masculina quæ ex uerbis nascuntur: mutant tor in trix: & faciunt scēminina: ut doctor doctrix uictor uictrix: Cū igitur masculinū sit nutritor: ex eo secundū analogiam nascebat nutritrix: Euphoniæ tamē causa cōcisio facta ē mediæ syllabæ: sicut bobus p bouibus. nec nō in cōtextu diuersarū dictionū hoc solet fieri: ut cū nobis turpe est: itaq; nobiscū præpostere pferitur. Vnus ergo ex his plerunq; quattuor modis inuenitur: qui facit tam uerba quā alias partes orationis esse defectiuas.

De defectiuo per differentiam.

Differentia quoq; causa multa solent uel taceri: uel cōtra regulā pferri: Vt fas genitiuū nō habet nam siue fatis siue faris: siue fallis dicamus aliud significare potest. Coniunx cōiungis secundū analogiā debuit pferri: sed ne uerbū esse putetur absq; n pferitur cōiugis. Similiter accentus ponere, ergo differen

ria causa in fine ponitur: uenus ueneris: cum omnia in us correpta p-
pria secundæ sunt declinationis solum tertiæ inuenitur: ne si ueni dica-
mus esse uerbum putetur far faris solum in r desinens geminauit r: ne
si faris dicamus aliud monstret. Similiter repugnantibus regulis solent
quædam taceri: ut ador genitiuus in usu frequenti non inuenitur: quia
duæ contrariæ in eo repugnant regulæ. cum enim sit neutrum penul-
tima o debet corripri: ut aquor aquoris marmor marmoris. Sed cum
habeat adoro uerbum penultimâ pducens debet produci: unde & de-
riuatium eius o producit cum marmorea aquorea o corripiant. ergo
repugnantibus regulis mansit ador in frequenti usu indeclinabile. In
uerbis quoque cum omnia in eo desinentia secundæ coniugationis in
ui faciunt præteritum perfectum: ut teneo tenui monco monui: differen-
tiæ causa manco mansi facit: ne manus datiuus manus esse putaretur
& neo neui ne si niui diceremus a nuo esse uideatur. Audeo ausus sū:
quia ausi ab haurio fit quāuis hinc aspiret. Fac die duc fer magis pla-
cuit per syncopam proferri differentia causa. ne si face duce dice fere
diceremus: aliud significare putarem: quāuis hoc non in omnibus
consimilibus uel uniuocis solcat fieri. Singula igitur accidentia uer-
bis differētes quæ in quibus deficiūt: put animo occurrerit ostēdemus

De quinque significationibus uerborum

Significatio uel genus: quod græci **Διουόεσιν** uocāt: uerbi in
actu est proprie: ut dictum est uel in passione: & omnia uer-
ba perfectam habentia declinationem: & æqualem uel in o
desinunt uel in or. Et in o quidē terminantia duas species habēt acti-
uam & neutralem. Et actiua quidem species semper actum significat
& facit ex se passiuum: absque duobus uerbis: metuo & metuor timeo
& timeor. Hæc enim uocibus contrarias uidentur habere significatio-
nes: quāuis & ad sensus pertinentia uerba si quis altius consideret in
actiuis uocibus passionem: & in passiuis actionem fieri inuenit: ut au-
dio te: uideo te tango te. Ostendo enim aliquid pati me in ipso actu.
Cum enim dico audio te: ostēdo quod uocis tuæ actum paciuntur aures
meæ & e contrario audior a te dico quod uox mea aliquid agat in aures
tuas. Sed tamen quia nobis agentibus: id est sentientibus & aliquid
facientibus: & oculi uident & aures audiunt & tactus corpori uenit
non irrationabiliter actiuorum & uocem & constructionem habue-
runt. Neutra uero appellantur quæ in o desinentia sicut actiua non
faciunt ex se passiuam quæ habeant uarias significationes: de quibus

post docebimus. in or terminantia tres species habent: passiuam quæ ex actiuis nascitur: & semper passionem significat exceptis supradictis. Communem quæ una terminatione tam actionem quam passionem significat. Deponentem quæ cum similem habeat communibus positionem in or desinendi. tamen deponens uocatur: quasi simplex & absoluta quæ per se ponitur uel quæ deponit alteram significationem: & unam per se tenet. Quomodo posituus gradus dicitur qui absolutus per se ponit non egēs alterius cōiūctione. hæc quoq; tamē species. idest deponēs quō neutralis diuersas habet significationes: de quibus latius tractabimus. Actiua igitur & passiuæ & cōmunia certā & præfinitā habēt significationē neutra uero & deponētia uariam.

De uerbis actiuis.

Nec autem uerba proprie actiua uel recta uocantur: quæ in o desinentia & assumpta r facientia ex se passiuæ: confestim cum dicuntur possunt transire in quem sit actus: & coniungitur uel genitiuo uel datiuo uel accusatiuo casui: ut abstinere irarum. **Hor. in primo carminum** Mox ubi iulit: satis abstinere irarum. **Imparo tibi maledico tibi oro te amo te accuso te.** Hæc enim faciunt passiuæ ex se: quæ casui ablatiuo cum præpositione ab uel a solent adiungi: ut abstinere a te imparor a te maledico a te inuideor a te oror a te amor a te accusor a te. Possunt tamen datiuo passiuæ etiā iungi: ut seruor tibi. Et est quærendum cur actiua ablatiuo per se non adiunguntur: & puto q; ille casus proprius ē passiuorum. Ideo autem dixi per se quia cum alio casu sociata iunguntur: ut uideo solem oculis. prohibeo turpitudine filium: Accusatiuo quoq; inueniuntur passiuæ coniungi: sed figurate: ut læditur manum: frangitur pedem: sanat oculum: rumpitur aurē. **Vir. in. v. ænei.** Intēraq; brachia remis: Intēti expectāt signū. Idē in .iii. geor. Pascūtur uero syluas & sūma licei.

De uerbis Neutralibus.

Quæ uero in o desinentia nihil ex his quæ propria esse actiuorum docuimus habent neutra proprie uocantur uel absoluta: ut ē uiuo ditesco serueo sedeo. Hæc enī supradictis casibus non egent ad complendam sententiā. unde iuste passiuis quoq; carent. Inueniuntur tamē etiam quædam uerba quæ quīs actiuā habent significationē: passiuæ tamē non habent: quia nec in homines eorū actus transit: nec semper supradictis egent necessario casibus: quod proprie est actiuorū: ut prædeo ceno curro. Eorū enī

platione transgressionē fieri non est necesse ad aliquod rationabile
 animal: quæ est sola causa: ob quā nascuntur uerba passiuā in prima
 & secunda psona. hæc enim de se uel ad se loquuntur: quod suum ē ani-
 mantium quibus dedit natura sermonē: In tertia uero persona saepe
 passiuum solet inueniri etiā ex huiuscemodi uerbis: sed ad muta & ca-
 rentia anima p̄tinens. **D**icimus enim conditur holus aratur terra inse-
 ritur arbor curritur spaciū. **V**nde **T**erentius in **adelp̄his**. **D**e curlo
 iam spacio bibitur uinum **I**uuenalis in **quarto**. **S**ed nulla aconita bi-
 buntur **F**ictilibus. potatur flumen. **I**n eodem **E**potaq; flumina medo
Prandente. mendicatur panis. **I**dem in eodem **E**t mendicatus uicta
 carthagine panis cum eorum primas p̄sonas natura prohibeat pro-
 prie dicere. **Q**uis enim dicit aror in seior curror nisi poetica conforma-
 tio id est $\pi\rho\sigma\omega\pi\omicron\tau\omicron\iota\sigma\epsilon\upsilon$ inducatur. **E**rgo proprie illa possunt habere
 primam & secundam passiuorum p̄sona: in quibus etiā fateri possunt
 eadem p̄sona q̄d fit in se. i. amo te. **C**onsequenter ad quem dixi cōfite-
 do id q̄d a me audiuit dicat amor a te. **L**atius igitur tractamus de his
 quæ uidentur extra uocis formam significare. q̄d non solum i uerbis
 sed etiam in aliis partibus orationis inuenitur. ut si di. amus athena
 theba: uoce pluralia sunt: intellectu singularia. **E**t contra plebs popu-
 lus concio uoce singularia: significatione pluralia. uel philorcium so-
 phronium glycerium dortium: uoce neutra significatione fœminina
Multa quoq; alia huiuscemodi inueniuntur. in uerbis etiam q̄dam
 uoce actiua: q̄ ex se passiuā nō faciunt: generali nomine neutralia uo-
 cantur: quibus diuersas habeant significationes. **E**x his. n. q̄dam uim ha-
 bent actiuā ut est facio te calefacio te: quāuis facitur quoq; a facio pro-
 fit ptulerunt auctores. **V**arro in **cynico**. **S**i me hercule purgāt: & de-
 orū cura non satisfacitur. r. p. **T**itinius. **C**onsilium bonū gratia parui
 faciat. **F**acelcitur protulerunt quoq; **C**i. pro **C**luentio. **S**ed hæc pol-
 liceor i omibus sicut forte i hac lege negotiū fœlcescit. bene igit i pleris-
 que cōpositis actiuū ē pficio & pficior oficio & cōficior afficio & affici-
 or efficio & efficior sic p̄ne oia q̄ cū p̄positioibus sponunt. nā calefa-
 cio tepescio: & similia calefio & tepescio loco passiuorū hēnt. sicut p̄
 fit dicebāt. **M.** **C**ato cēlorius i q̄ chermū. **P**ost fit diutius ueturio **G**ra-
 co ritu fiebāt saturnalia. **S**imiliter actiuā hēnt significationē. officio ti-
 bi noceo tibi.

U De neutralibus passiuis ab alia.
Quædam uero ex eisdē neutralibus passiuā significationē habēt
 ut uapulo a te fio a te exulo a te ueneo a te nubo tibi: quibus an-
 tiquissimi etiā actiuā significationē nubo te dicebant. **V**nde

Plautus i **casti**. Libet etiā q; agat scire carinū nouū nuptū. Quaedam neutra sūt quæ nec nos i aliū extrinsecus: nec aliū in nos aliquid agere significāt: ut ē spiro uiuo ābulo pergo quæ nec egēt aliqua coiūctione calus: cum absolutam & plenā p se placā sententiā monstrēt: quæ & pprie neutra uocātur sicut supradictū est. **De neutro.**

Vnt alia i hac forma. i. in uerbis quæ i o desinētia nō faciunt ex se passiuā quæ quīs habeāt actiua significatiōne tamē uel ad muta aīalia: uel ad carētia aīa coiūgūtur sicut supradictū est: ut pcurro forū: prādeo piscē: coeno ouū est quādo iueniūtur tertiā am passiuos: habētia plonā: nec irrationabiliter ut ante ostendimus. **C**urritur enim spaciū bene dicimus. **V**nde **Terētius** i **adel**. **D**ecurio iā spacio dixit. **De neutralibus passiuis nō ab alio.**

Vnt quādā in o desinētia ex eadē forma quæ passiuā uidentur habere significatiōne: sed quæ nō extrinsecus sūt: quā græci **ἐντροπῶδες**. uel **ἐντροπῶδεις**: quæ ex se i se ipsa sūt intrinsecus passio: ut rubeo serueo caleo macero & grotio titubo uacillo. itaq; huiuscemōi uerba quæ nō egēt casu: quīs hac quoq; auctores iueniātur more actiuo uel passiuo diuersis calibus adiūgētes figurate. **Vir. i bu**. **A**rdebat alexi p amabat. **De cōmunibus.**

Vnt alia uerba quæ quīs ab actiuis nō pificētia: tamē passiuā sēp habent formā. & ex his qdā eadē uoce utrūq; significāt. i. actionē & passionē: ut osculor te & osculor a te crimior te et criminor a te hac coia noiāmus. **A**lia uero quæ similiter eadē i or terminationē habētia nec ab actiuis nata: unā dūtaxat habēt significatiōne. sed nō oīa eadē hac deponētia noiāmus: cū qdā actiuā uim possidēt: ut aspīcor te sequor te prastolor te & tibi. **Tc. i eu**. quē prastolare pmeno. **Ci. i. i. iuecti**. qui tibi ad for; aureliū prastolarent isidior tibi. ex his multa ātīqui tā passiuā q̄ actiua significatiōe ptulisse iueniunt et maxie ea q̄ apud græcos actiuā uim habēt & passiuā: ut ē auxiliior te auxiliior a te. similiter adulor amniculor auguror adhortor auspicior abominor assequor āplector adorior abutor miror attestor exequor machinor assector cōtestor dignor detestor aggredior aspnor architector affector argumētor reor uereor solor arbitror blādiior osolor conspīcor comminiscor complector calumnior carnificor despīcor demolior dominor depeculor dilargior ementior exordior experior frustor hortor for faris fatur obliuiscor metor morigeror adipiscor assequor quæror. hac pleriq; deponētia esse confirmant: ideo quia frequens usus eorū significatiōnis est actiue. cōmunia uero esse defendit tum natura ipsi

us sensus. tum ueterum non improbanda auctoritas: a qua quæ po-
tuumus a diuersis colligere libris exempla profēramus. **Lu.** **A**me auxi-
liatus est passiuē βοηητεῖς. **Cassius** similiter: **A**dulatiq; erant ab ini-
micis: & adhortati adulasi. κολακευθέντες adhortati βοηηθέντες.
Varro: **T**ribunio auxilio adminiculati. βοηητηντες. **Luc.** **C**æsar:
Quæ certe res augurantur οἱ ωνόσκοποι: cuius actiuum. **Virg.**
in sexto: **S**i quid ueri mens augurat opto. **Cicero** tamē uertinax. iiii.
Ex nomine istius quid iste in prouincia facturum esse: pridicule homi-
nes augurabantur. **Ca. Fa.** **H**æc adipiscuntur επιτυχανονται. **Fa.**
maximus: **A**dmitti magis q̄ adipisci: passiuē omnia sunt plata. **Ver.**
Sæuitiaque eorum abhominaretur ab omnibus passiuē dixit **Orbili-**
us: quæ uix ab hominibus cōsequi possunt ἀνέσθαι. **Petronius**: **A**ni-
mam nostro amplexam in pectore περιωλεχθείσαν. **Luc.** **Q**uin am-
plexetur qui uelit ego non sinam me ἀπλεκτῆρ amplexetur περιωλε-
κείσθω. **Cicero**: **Q**uo uno maleficio scelera omnia complexa esse uide-
antur **Aure.** **A**b his gallos qui adortos ex ifidiis plurimos necatos ad-
ortos. ἐφοδευθέντας. **Qui.** **Hor.** **A**b usis iam oibus locis. abusis. κατα-
χρησθέντων. **Var.** **U**tile utamur potius q̄ ab rege abutamur. **Canuti-**
us. **T**urpe ē ppter uenustatē uestimētōr admirari: & ppter turpissi-
me uitā actā contēnere admirari θαν ἀσέσθαι. **Cice.** p̄ murena. **Pu-**
blicis litteris testata sūt oīa: testata passiuē μαρτυρηθέντα. **Liu.** **I**mpu-
bes libripēs esse nō potest neq; attestari προδιαμαρτυρηθέντα. **Ca.** in
tertio originū: **E**xules duo lege publica execrari passiuē κἀταραθέντες
Salu. in. ii. histo. ad luculū: **R**egis cura machinata fames breui fatiga-
bat machinata passiuē dixit. **Metellus** numidicus i oratiōe qua apud
populū **G**aiο **M**ālio tribuno ple. respōdit: **N**ā t̄ aliis plerūq; obueni-
enti magistratu ob metū statuæ polliceant: passiuē ἐπαγγέλλωσιν.
reor quoq; quæror & solor. **Cice.** **A**d nepotē hoc restiterat etiā ut a te
fictis aggrederer donis. aggrederer passiuē dixit ἐνεδρευτῶ. **I**n eodē:
Qui habet ultro appetit: qui ē paup̄ asp̄nat passiuē ἐξούτηνται ne-
pos ædis martis ē: iccirco **f**laminio architectata ab hermodoro salani-
nio. architectata passiuē posuit ἀρχιτέκτον ευτείσαν. **En.** **A**ffectari se
oēs cupiunt. affectari passiuē ἀκολουθεῖται alseus phisilogus themi-
stocles cū a formoso affectaret passiuē ἀκολουθοῖτό. **A**ufustius oīa ar-
gumentata nomina passiuum argumentata πεισοθέντα **C**eci. ex scri-
ptis eorum qui uere arbitrantur passiuē ὑπολαβανονται. **Verri.** **B**lan-
ditusque labor mollī curabitur arte. blanditus passiuē κολακευθεῖς.

Asinius pollio: Sed tum ob ea quæ speraueram dolebam consolabar
 ob ea quæ timui: consolabar passiuè protulit. **Varro:** Paupertas enim
 hæc cum non ita nutrita: ut nõ conspicatur θεωρείται passiuè dixit.
Appius cæcus: Amicum cum uides obliuiscere miseria inimicus si es
 commentus: nec libens æque commentus cæco. πῶπλᾶσ μῆνοσ. **Var-**
ro: Vestales incausti compertas ansa petuntur incognita consecuta ne
 gliguntur: consecuta pro impetrata passiuè ait. **Lauerius:** Vxorē tuā
 & meam nouercam a populo lapidibus cõsectari uideo cõsectari pas/
 siuè θυηάκολουθεΐσαι. **P. Aufidius:** Si quis alio uocitatur nomine tū
 cum his contestatur atque olim uocitabat. r. contestatur passiuè po/
 suit σὺ μ. α. σ. τ. υ. ρ. ε. ι. τ. α. **Cicero:** Cupio eum tam inuidiosa fortuna cõ/
 plecti passiuè. **Stauerius:** De portione non esse positiones regula a
 quibus interdum analogia calumniatur σύκοφαντεΐσαι: si **Senna.**
Vitam cum dolore & igni cruciatu carnificatus amisit: carnificatus
 σαρκαδῆλοσ. **Cicero in æconomico:** Ex eo numero hominū: qui apud
 nos hoc nomine dignantur ἀξιοῦνται. **Hora. i. primo carminū:** Bel/
 laq; matribus detestata: **Quintus Pompeius:** Et miserum quem mil/
 le foemina despiciari ausa iunt: despicior co n mune accipiebant. **Cu-**
rio pater: Nusq; demolitur: nusq; exoneratur pecunia: demolitur pas/
 siuè dixit. **Terentius in phormione:** Meditata sunt omnia mihi mea
 incommoda μεμελήτη μῆνα meditata passiuè dixit. **Nigidius:** Om
 ne pecus indomitum habet: quiddam in se ferum: sed tamen ea na/
 tura est ut curari & dominari possit φροντιξεσαι δεσποξεσαι do/
 minari passiuè. **Lucilius. Cicilius.** ubi senatus intellxit populū de pe/
 culari ἀποταιοῦσαι **Gaius gracchus** ararium delargitur **R. o. po. de/**
largitur passiuè protulit. **Gaius Mémius** q̄stulte conficta: q̄apte emē
 tita sunt ἐψεν μῆνα. **Cicero in antoniū in. ii. libro** quem ipse emētis
 auspiciis uitiosum fecerat: emētis passiuum. ἐψεῦσεσιν. **Vifellius**
Bona res per illos a raro initio exorsa in te ad summum peruenērūt
 exorsa idest inira. **Publius Nigidius:** Experienda ratio. **Asinius:** Cu/
 ius experta uirtus bello germaniæ traducta ad custodiam illyrici est.
Experta passiuè. **Actius:** Multa inuenta expertaq; ex hoc sunt bona
Fenestella: Frustratus igitur a spe deuictus in castrum se recipit: fru/
 stratus passiuum protulit ααταιωσεισ. **Lauerius:** Frustramur irride
 mur. **Varro:** Ab amicis hortaretur. **Suetonius in sexto prætorū:** Fa/
 sti dies sūt i quibus ius fatur. i. dicit: ut ne fasti i quibus nõ dicit. **Vir.**
i buco. Nūc ob mi. tot. c. oblita passiuè posuit. **Hora. i. secūdo carmi.**

Nulla decēpedis mutata priuatis opacā Porticus excipiebat arcton .
similiter protulerunt tam in actiua quam in passiuā significatione tu
tor uador uenor uelificor. Iuuenalis in.iiii. Velificatus athos uocife
ror ueneror. Virg. in.iii. Cursusq; dabis uenerata sacerdos : confiteor
tueor stipulor. in quo illud quoq; obseruādū est quod actiua signifi
catiōe quomodo passiuā ablatiuo cōiūgitur. stipulor a te p̄ iterrogo
te & iterrogor a te: quomodo dicimus quaro a te p̄ iterrogo te: quis
sit actiuū. Iuue. i. quarto: Quātū uis stipulare: & p̄tinus accipe quod
do: & subauditur a me stipulare. Ecce hic ē actiue. Suetonius i. quar
to: Prator; passiuē. Lectoria quæ uetat minorem annis. xxv. stipulari
Terētiō Sal. Liuius in. xxxiii. ab urbe cōdita: Ne alieni momētis animi
circūagi stipulariq; irato cōsuli tribuno inde plebi. Plautus i. cistella.
Me respōdere postulas iniuriū est stipulari semp me a uiris ultro oportet
cū quæstū facio nihil iures p̄mitte actiue. Idē in pseudulo: Minæ
.xx. sanæ & saluæ sūt tibi hodie quas abs te est istipulatus pseudulus
Idē in rudēte passiuē: Nisi dolo malo istipulatus sis: sine etiā dū siem
xxv. ānosnatus Sūt autē alia ex supradicta forma. i. deponētū: quæ
passiuā solū habēt significationē: nascor a te orior a te patior a te me
reor a te. Idq; ostēdit coniuñctio casuū. nam quæ uim actiuā habēt ge
nitiuū & datiuū. pleraq; autē accusatiuū assumūt: ut misereor tui me
deor & medicor tibi. dicitur tamē & medico & medicor & medeor te
Virg. in primo georgi. Semīa uidi æquidē multos medicare serētes
Idē in. ii. geor. Et senibus medicātur anhelis. datiuo casui coniunxit.
Idē in. viii. Sed nō dardaniæ medicari cuspidis ictū Eualuit. Terēti.
in phormiōe: Quas cū res aduersæ sint minus mederi possis. Loquor
uerbū precor deū. Quæ uero passiuā ablatiuū cū a uel ab præpositiōe
uel datiuū: ut nascor a te uel tibi. Sūt etiā ex his quædā quæ absolute
dicta nō egēt supradictis casibus: ut est morior labor lator glorior tu
multuor uagor uaticinor. Alia uero quæ cū uideātur actiuam habere
cōstructionē idest συνταξιν. Nā genitiuo uel datiuo uel accusatiuo
casui iūgūtur tamē passiuā uim intrinsecus. i. nō alio agēte uidētur ha
bere: ut obliuiscor tui & te: & misereor tui & tibi. Sūt alia quæ si abla
tiuo iūgant passiuā sunt uel cōiā: si p̄ se proferantur absoluta: ut si di
cam uideor a te passiuum est. Sin uideor esse bonus ut significet τὸ
δοκῶ est absolutum. Similiter moror commune est & absolutum est
Modo enī actiuā modo passiuā habet significationē modo absolutā.
Actiuam quādo accusatiuo iūgitur: ut moror te. Iuuenalis in quarto

Morantur pauci ridiculum & fugientem ex urbe pudorem. **Terentius** in andria. Ne quod uestrum remorer commodum. Passiuam uero significationem quando ablatiuo: ut moror a te. Absolutam quando per se profertur. **Virgilius** in quarto aeneidos. quid moror an mea pigmalion dum moenia frater Destruat. Et sciendum quod in actiuis etiam & passiuis uerbis multa absolute sine coniunctione casus alicuius solent proferrī: ut si dicam deo uolente sanus sum & animo & corpore. nam & sapio bene: & uideo & audio acute. quāuis enim nullū casum his adiunxi: plenā tamen sententiā demonstraui. hoc etiam est in passiuis: ut si dicam perturbor & angor & fundor & rumpor: & non addam a quo. Sunt quaedam in o terminantia: quae cum sint actiua pro passiuis quoque solent poni: ut lauo tondeo duro calceo pro lauor & tondor & duror & calceor. Sed hoc magis per eclipsim consuetudo proferre tradidit. quod poetae quoque solent facere. **Virgilius** in tertio georgicorum. Incanaque menta Ciniphei tondent hirci: pro tondentur. **Idem** in secundo aeneidos: Accingunt omnes operi pedibusque rotarum pro accinguntur uel accingunt se. **Idem** in eodem: Et nox humida caelo praecipitat: pro praecipitatur: uel praecipitat se. Sunt quaedam quae cum sint passiuia sine dubio tamen inueniuntur pro actiuis prolata: ut **Virgilius** in duodecimo. Bellantur amazones armis: pro bellant. **Idem** in secundo georgicorum: Hoc pinguem & placitam paci nutritor oliuam: pro nutrito. **Vetustissimi** autem multa protulerunt contra usam terminatione teste **Capro**. adiutor pro adiuto: anclor pro anclo: despoliantur pro despoliant: desperantur pro desperant: dispensor pro dispenso: delapidor pro dilapido. Sunt etiam quaedam actiua uoce passiuam significationem habentia: & e contrario passiuia uoce actiuam sicut supra diximus: timeo te & timeor a te: metuo te & metuor a te. **Luca**. in. v. Dū metuar semp terraque expecter ab omni. **Idem** in. iiii. Sed regna timetur Obferū. **Cicero** in. iiii. tusculana. Venientia metuuntur. **Neomix** hoc inueniri apud nos in his uerbis: cū apud graecos quoque tam actiuū quam passiuū eius significationis uerbum accusatiuo casui coniungit contra consuetudinē aliorum. Dicunt enim φοβῶσθε καὶ φοβῶσθε αἰσέ. Sunt tamen haec eadem uerba absoluta cū non coniunguntur casui accusatiuo sed datiuo. **Vt Terentius** in andria: Eius uitae timeo. **Idem** in eodem: Et metui acriside. Inueniuntur etiam quaedam passiuia: ut supra dictum est: quae figurate accusatiuo coniunguntur cum uideantur agere ipsi ad quos passiuū refertur uerbum. **Virgilius** in secundo aeneidos: Implicat

& miseris morſu depaſcitur artus hic enim dracones agunt in filios
laco ontis: & doceor rhetoricam in ſtituor grāmaticam moncor iuſti-
tiam. **Idem in octauo.** Conſurgit ſenior tunicaque inducitur artus:
uel cum totum pro parte pati ſignificatur: ut ab ſconditur caput trun-
catur narces cæcatur oculos intenditur brachia. **Virgi. in. xi.** Indutus
terga leonis **Idem in duodecimo.** Formam aſſimulata camera: Præ-
terea plurima inueniuntur apud uetuſtiſſimos: quæ contra conſue-
tudinem: uel actiuā pro paſſiua: uel paſſiuam pro actiua habēt termi-
nationem ut teſto pro teſtor & opino pro opinor & cuncto p cūctor
& conuiuo p conuiuor & cōtemplo p cōtemplor & cōſolo p cōſolor
& cōmoro pro cōmoro & auxilio pro auxilior & arguo pro arguor
auſpico pro auſpicor commento pro commentor & crimino pro cri-
minor morio pro morior digno pro dignor execro pro execror epulo
pro epulor eiulo pro ciulor lucto pro luctor luctito pro luctitor luxu-
rio pro luxurior læto pro lætor ludifico pro ludificor miſereo pro mi-
ſereor unde miſeret & miſeretur imperſonalia. **Cicero pro ligario.** Ca-
uete fratrum pro fratris ſalute precantium miſereatur. **Vt Terentius**
in phormione. Miſertum eſt horto pro hortor largio pro largior dice-
bant: quæ communia ſunt. **Vnde ſaluſtius in primo hitoriarū.** Igi-
tur uenditis pro ſcriptorum bonis aut dilargitis. **Similiter pſerebāt**
aucupo pro aucupor alterco pro altercor. **Vnde Terentius i andria.**
Scio cum patre altercaſti dudum Medico quoque ut ſupra dictū eſt
pro medicor. **Virgilius i primo georgicorum.** Sem na uidi æquidem
multos medicare ſerentes amplexo pro amplexor. **Quintus claudius**
in ſecundo annalium. Compræhenſare ſuos quiſq; ſeruire amplexare
Cicero pro Cluentio. Auctoritatem cenſorum amplexato. **Amplec-**
to quoque pro amplector & complecto pro complector. **Sed & eorū**
& ſuperiorum uſus tam apud Caprum quam Plinium & probū
inuenies: paſſiuas quoque pro actiuis: uel neutralibus uocibus: ex
contrario idem antiquiſſimi proſerebant carcor pro carco dicentes: &
obſonor pro obſono: & copulor p copulo caleor p caleo quorum au-
ctores apud. **Caprū legant:** qui eas ſcire deſiderant **Similiter comper-**
rior pro comperio dicebant: **Saluſtius in iugurtino.** **Sed ego cōperior**
bochum magis punica fide nutritor quoq; pro nutritio: & bellor pro bel-
lo proſerebant: ut dictum eſt. **Vnde Virgilius in. ii. georgico.** **Hæc**
pinguem & placitam paci nutritor oliuam: nutritor dixit p nutritio.
Idem in. xi. **Pictis bellantur amazones armis bellantur pro bellant.**

Sunt alia quæ cum sint actiua: in passiuâ quoq; & absoluta significatione inueniuntur: ut ruo. Vt **Virgilius in primo æneidos**: Totūq; a sedibus imis Vna eurusq; notulq; ruunt. Idē eius passiuum cōpositum in undecimo dixit: Nec mihi cum teucris ullum post eruta bellū Pergama. **Terentius in eunucho** Proruunt se. Tamē absolute quoq; prolata reciprocā passionē: id est $\text{ἰδιωτῶν ὁμοθυμαδὸν}$ cū ipsam personam non extrinsecus sed per se pati demonstrat: ut ruo pro cado **Virgilius in secundo æneidos**. Vrbis antiqua ruit multos dominata per annos: ruit posuit pro cadit. Similiter in undecimo modo absolutam: modo actiuam habere significationem inuenitur: ut **Virgilius in undecimo**: Dum detinet hostes Ager murorum nec inundant sanguine fossas. Inueniuntur tamē in quibusdam codicibus. Dum detinet hostes ager murorū nec inundant sanguine fossæ. Similiter uergo absolutum & actiuum. Absolutum ut **Virgilius in. xii.** Quem damnet labor: aut quo uergat pondere latum. Actiuum in sexto: Frontiq; iurgit uina sacerdos. Passiuum ut **Lucanus in primo**: Et polus auersi calidus qua uergitur austru. Assuelco absolutum est: inuenitur tamē pro assuefacio. **Lucanus in quinto**: Adde quod assuefcis fatis: pro assuefacis. Coeo quoque quis magis neutrum quam actiuum: pro cōuenio enim accipitur. ut **Virgilius in undecimo**. Coeant in fœdera dextræ. Qua datur **Cicero** tamen actiuo eo usus est in secundo philippicarū. utinam nunquā Cnei pompeii cum **Caio Cæsare** societatem aut nunquam coisses: aut nunquam diremisses. Passiuo eius usus est **Lucanus in secundo**. Multumque coitur Humani generis maiore in proelia damno. Sed sciendum quod & coitur pro colligitur: & conuenitur pro exigitur passiuam uocem assumptia accipiuntur **Propinquo** præterea tam pro actiuo quam pro absoluto inuenitur. **Virgilius in decimo**. Tu mihi tu pugnae princeps: tu rite propinques Augurium actiue posuit. Idem in quinto æneidos. Iamque propinquabant scopulo: metamque tenebant. Idem in secundo æneidos. Fuge nate propinquant. Absolute. Similiter simulo absolutum & actiuum: & ab eo composita: absolutum. **Virgilius in quarto æneidos**. Nam quid dissimulo: aut quæ me ad maiora referuo? Idem in decimo actiue iubaque diuini assimulat capitis. Idem in undecimo Formam assimulata camertæ. Sunt alia quæ tam actiua quam passiuâ uoce unum atque idem significant ut mereo & mereor **Lucanus in sexto**. Scella uiro nomen castrorum in plebe merebat.

Virgilius in quinto aeneidos: Merui quoque saepe furores **Compressi.**
Idem in quarto aeneidos: Si bene quid de te merui fuit aut tibi quicquam
Dulce meum. **Lucanus in .ix.** Saevae meritum phicunta rapinas. **Multa**
similiter accipi terminatione in una eademque significatione praevalent aetia
qui: ut partio & partior: numero & numeror: mino & minor: minito
& minitor: meridio & meridor: modulo & modolor: meto & metor:
modero & moderor: mutuo & mutuor: mentio & mentior: obuciso
& obucisor: peruerto & peruertor: pignero & pignoror: pacifico & pa/
cificor: scruto & scrutor: progredior & progredior: percuncto & percun/
ctor: praecilio & praecilio iurgo & iurgor: potio & potior: praedo & praed/
dor: praedarico & praedaricor: precor & precor: quarto & quateritor qua/
druplo & quadruplor: quieto & quietor: nequico & nequitor: rimo &
rimor: recordo & recordor: reminisco & reminiscor: reuerto & reuertor
stabulo & stabulor: secto & sector: sequo & sequor: socio & socior: tuto
& tutor: tumultuo & tumultuor: ulcisco & ulciscor: uelito & uellitor
uago & uagor: uocifero & uociferor: ulcisco & ulciscor: uto & utor: muro
& murmuror: manduco & manducor: mando & mandor: osci/
to & oscitor: palpo & palpor: protesto & protestor: rumino & ruminor:
tolero & toleror: tolero & toleror: praefapio & praefapior: opino & opi/
nor. **Sunt alia quae cum sint activa primae coniugationis transeunt**
in neutra absoluta siue reciproca id est $\text{I}\alpha\text{io}\text{r}\text{a}\text{e}\text{d}\text{m}$ idiopathe secundae
coniugationis: ut sordido sordidas actiuum primae coniugationis: fa/
cit enim sordidor ex quo sordidatus hinc nascitur sordeo. **Similiter**
albo & albor & albeo. **Virgilius in undecimo:** Campique ingentes ossi/
bus albescent. **Dicitur tamen etiam albeo pro albesco.** **Horatius in pri/
mo carminum:** Nec prata canis albicant pruinis. **Duro quoque pro**
duror dureo & eius inchoatiuum durefco. **Ut Lucanus in quarto:** To/
tosque induruit artus. **Idem in nono:** Nam caetera dardana tulerunt Du/
rata iam mente malis firmaque. **Virgilius in tertio georgicorum.** Atque
hinc atque illinc humeros ad uulnera durat. **Idem in primo aeneidos:**
Durate & uosmet rebus seruate secundis. **Lento quoque & lentor & len/
teo.** **Virgilius in secundo georgicorum.** Ad digitos lentescit habedo. **naa**
lenteo lenteo deriuatur: quomodo a dureo durefco a uirco uirefco. **Lu/
cilius tamen in octauo.** Lenet opus protulit. humectoque humector et
humeo: unde humesco. **Noro quoque & notor & noteo & notesco.** **Lu/
canus in quinto:** Notescent littora clari nominis exilio liquo liquas:
unde eliquo eliquas. **Persius.** phyllidas hypsipylas uatū & plorabile

si quid **Eliquat** ac tenero supplantat uerba palato. **Lucanus** i **Septimo** **Ereptaq;** tela liquauit. ex eo liqueo & liqueico. **Virgilius** in **bucolicis** **Limus** ut hic durefcit: & hæc ut cara liquefcit. **Dicit** tamē & liquor liqueris prima syllaba producta: quæ in superioribus corripitur. Idē in primo **georgicorum**. **Verre** nouo gelidus canis cum montibus humor **Liquitur**. **A nigro** quoq; & nigror & nigreo & nigrefco. **A lacto** quoq; & lactor & lacteo & lactefco. Inueniuntur tamen aliarū quoq; coniugationum uerborum quædam fimiles deriuationes sed in paucis. **Actiuū** ut pendo pendis. passiuum ut pendor penderis: & neutrū ut pendeo pendes. iacio iacis iaceor iaceris & iaceo iaces. acuo acuis & acuo acueris: & aceo aces: ex quo acefco. **Sunt** alia quæ i compositione mutant significationem: ut eo neutrum: similiter facio: quanuis uetustissimi etiam passiuē hoc protulisse inueniantur. **Tintinnius** in quinto: **Bona** gratia parui ut faciat. **Item** uenio sedeo faciunt actiua in compositione: & adeo & adeor. subeo & subeor. in eo & ineor. **Qui** dius in **Secundo** fastorum. **Sol** aditus quam quaris ait ne uana labores **Nuptia** iouis fratri tertia regna tenet. **Iuuenalis** in quinto: **Quod** si subeuntur prospera castra: **Virgilius** in decimo: **Morte** obita qualis fama est uolitare figuras. **Facio** uero quando cū præpositionibus cōponitur: actiuum fit plerunq;: ut efficio & efficior afficio & afficior. reficio & reficior. **Deficio** quando pro relinquo accipitur habet passiuū: quando uero pro deficior neutrum est. **Iuuenalis** in tertio. **Sic** matho deficit. **A uenio** uero conuenio & conuenior. inuenio & inuenior i passiuam transeunt significationem. **A sedeo** quoq; & obsideo: & obsideor. **Sentio** neutrum: ex eo assentio & assentior dissentio & dissentior in una eademq; significatione inueniuntur **Cicero** de re pub. **In** quibus assentior sollicitam & periculofam iusticiam non esse sapientis. **Lucilius** in duodecimo: **Assensus** sum homini. **Cecilius** i primo. **Qui** intelligunt qui hant dissentiantur. **Ex** aliis quoq; significationibus plurima simplicia in alias cum componantur transire inuenies: **Ut** plecto actiuum. unde. **Te**. Ego pendens plectar. **Sed** ab eo composita tam deponentia q̄ communia inueniuntur. orior deponens: similiter partior: sed ex eis composita tam deponentia q̄ neutra inueniunt ad orior adorio. impertior impertio: **Neuius** in heclore: **Proficiscente** tunc ipsos adoriant: ne quis hanc spartam referat nūcium. **Virgilius** in primo æneidos. **Hinc** portum petit & socios partitur i omnes. **Terentius** in eunucho. **Plurima** salute parmenonem summum suum

impartit gnato. **Spicio** ex quo aspicio actiuum: & ex eo conspicio cōspicaris deponens in quo etiam coniugatio mutata est, conspicio conspicaris: **Terentius** in *heautontimeru*. Nunq̄ tam mane egredior: neq; tam uelperi reuertor quin conspicer te fodere aut arare. **Aperio** quoq; actiuo uidetur quibuldam esse compositum, experior commune: & opperior deponens. **Virgilius** in *undecimo*. Experto credite quantū in clipeum allurgat q̄q̄ eius simplex peritus sit: cuius uerbum in usu non est: quod debuit secundum analogiam perior esse. **Terentius** in supradicta fabula. Hic ego iam interea uirum oꝝ peribor. Nam reperio comperio cooperio sicut aperio actiua sunt, faciunt enim ex se passiuā. & possunt magis a pario uideri composita: quod apud uetustissimos quarta coniugationis declinationem habeat. **Ennius**. Oua parere solet genus pennis condecoratum. **Facio** cum sit neutrum ut supra diximus si cum præpositione componatur plerunq; transit in actiuū: ut conficio & conficior: perficio & perficior, officio & officior, reficio & reficior. **Iuuenalis** in *primo*. Et quotiens te Roma tuo refici properantem reddet aquino. **Lucretius** in *secundo*. Quapropter simul inter se retrahuntur & extra officiuntur: uti cogantur tardius ire. **Aproficio** **Stadius** impersonale protulit in *tertio*. Proficit bello. **Deficio** autem loco passiuū deficio facit. **Terentius** in *eunucho* Nihil cum est: nihil deficit: cum passiuam uim habeat deficio facit. Sunt tamen & alia ex eo ipso & aliis composita: quæ non solum significationem: sed etiam coniugationem ut dictum est permutant: ut facio facis: gratificor gratificaris. **Terentius** in *heautontimeru* Cur ego gratificor ipsa re experire. Similiter ludificor. **Idem** in *eunucho* Quin insuper scelus postq̄ ludificatus est uirginem. **Excarnifico** uero actiuum est & amplifico & uelifico. **Terentius** Vbi me excarnifices. **Iuuenalis** in *quarto*. Velificatus athos & quicquid gracia mendax **Audet** in historia: passiuè protulit: **Sciendum** tamen q; & facio & facior ut ostendimus uetustissimi proferebant. **Si** uero facio uerbo uel fio uerbo integris manentibus aliud uerbum infinitum ante ea componatur non solum significationes & coniugationes in eis integras seruamus: sed etiam accentus: ut calefacio calefacis: tepefacio tepefacis tepefacit. **In** secunda enim & tertia persona penultimas acuiamus: quæ sunt breues. Similiter calefio calefis calefit: tepefio tepefis tepefit: finales seruant accentus in secunda & tertia persona: quos habet in simplicibus. **Auerto** quoq; actiuo reuerto & reuertor: præuerto & præuertor in una eademq; ponitur

significatione. **Virgilius** in primo *æneidos*. **Harpalicæ** uolucrumq; fuga præuertitur hebrum **Idem** in eodem. **Præuerrere** uentos. **Verlo** h/ milititer actiuum ex quo conuersor deponens. **Cicero** in *ptagora*. **Nūc** a uobis a protagora & socrate postulo concedatis alter alteri: & inter uos de huiuscemodi rebus controuersæ non concertetis. **Sunt** alia quæ & coniugationem mutant cum genere in eadem manentia significatione: ut labo labas neutrum ὀλησθαι ὀλησθαι & labor labe ris deponens. **Virgilius** in secūdo *æneidos*. **Labat** ariete crebro **Ianua** **Idem** in quarto *æneidos*. **Labitur** infelix dido. **Similiter** & lauo lauas: & lauo lauis sed lauis magis pro humectas dicitur: **Virgilius** i. x. **Visceribus** super incumbens lauit improba teter **Ora** cruor: **Sunt** tamen alia quæ cum coniugatione mutant significationem. ut mando ἐντέλλομαι mādas. & mando μάσσω ἀειέθειω mādis. fundo σεπέλλω σωω fundas: fundo ὠδωχέω fūdis obsero περικλείω περισάλλω τὸν ἀοχλόν obseras: obsero περιδρείω obseris: appello πρόσγορεύω: appellas: appello ἀκέλλω appellis: uolo πᾶσαι uolas: uolo βουλομαι uis. cōsternor κατασπῆττομαι cōsternaris: cōsternor. σπῆνύμαι cōsterneris. **Nā** lego legas & lego legis. dico dicas & dico dicis. etiam in prima persona habent differentias temporum **Nam** lego legas: & dico dicis producunt penultimas: lego legis & dico dicas corripunt. **Sunt** alia quæ una uoce & una coniugatione diuersas habent significationes: ut torreo tam uro q̄ uerto uel uoluo significat. **Virgilius** in quarto *georgicorum*: **Iam** rapidus torrens sicientes syrius indos. **Lucretius** in septimo. **Ingentes** fato torrente ruinas. **Colo** queq; pro diligo & habito & aro accipitur committo etiam pro credo & pecco: nec non admitto pro assumo & pecco. **Iuuenalis** in secundo: **Iam** fas est admitte uiros: dormitat adulter. **Ille** iubet sumpto iuuenem properare cucullo. **Idem** in eodem. **Quid** pheras admisit: quæ nā est hæc culpa puella. **Sapio** pro prudentia & sapore. **Idem** in quarto: **Qui** meminuit calidæ sapiat quod uulua popinæ deficio pro desisto & uincor. **Salustius** in *iugurtino*. **Ab** rege defecerāt idest destiterant. **Iuuenalis** in quarto. **Et** fragor aurē **Percurrit** euentum uiridis quo colligo panni. nam si deficeret idest si uinceretur condo ædifico & cælo gratulor gaudeo pariter cum alio & gratias ago. **Afranius** in *cinerario*. **Sexte** frater mi salute cum saluus uenis. meliusq; ē gratulor diis .i. gratias ago. **Multi** præterea similiter tam in uerbis q̄ in aliis partibus orationis duplices habentia significationes inuenies.

De temporibus uerborum.

Quoniam quæ occurrerent memoria de uerborum uaria si-
gnificatione tractata sunt: nunc de tempore dicamus: **T**em-
pus accidit uerbo ad diuersi actus significationem accômo-
datum quod plerunq; ostendimus: uel in principalibus:
uel in penultimis declinatiôis litteris: ex qua etiam personæ & nume-
ri dignoscuntur. Sed personæ quidem in finalibus litteris. & numeri
Tempora uero ut dictum est in principalibus uel penultimis. Itaq; cū
nominis declinatio in fine solo moueatur uerbi & in principio & in si-
ne & in medio plerunq; inuenitur moueri. In nomine enim differen-
tiæ casuum & numeri. hic uero & temporis & personarum ex declina-
tione ostenditur differentia & numeri. Sunt igitur tempora tria præ-
sens præteritum & futurum. Sed præteritum rursus diuiditur in tria
in præteritum imperfectum: præteritum perfectum: & præteritum
plusq̄ perfectum. Nec mirum tam late patere præteritum tempus cū
in notitiam nostram nihil sic naturaliter a longo sæculorū spacio po-
test uenire: quomodo actus præteriti temporis. in præsentem enim & fu-
turo pleraq; incerta uobis sunt: angustissimaq; est eorum nobis cog-
nitio: & dubia plerunq;. Itaq; singulis uocibus per hæc duo tēpora iure
sumus contenti. quāuis græci futurum quoq; diuiserunt i quibusdā
uerbis. In futurum infinitū ἀλλοττοι ἢ ὠνησομαι Et paulo post
futurū: quod atticū dicūt: ut μετὸλλον ἀέλονεαι ὠνησομαι Melius
tamen Romani cōsiderata ratione futuri: quæ omnino incerta est sim-
plici in eo uoce utuntur: nec finiunt spacium futuri. est autem supradi-
ctorum temporum quædam cognitio inter se: sed antequā de ea dica-
mus latius supradicta repetamus. Tempus accidit uerbo præsens
præteritum & futurum. Quauis enim naturaliter instabili motu uol-
uitur: & eius pars iam præterit. pars eius sequitur: tamen ad ordina-
tionem nostrorum diuersa gestorum tempora quoq; diuidimus. Vn-
de iure præteritum in tres differentias partimur. Nihil enim certius
ut dictum est ad notitiam nostram potest uenire q̄ gesta per diuersū
temporis spacium præteriti. Facile enim dignoscitur utrum multo an-
te an nuper sint facta: an cœperint quidem: necdum tamen sunt per-
fecta. Itaq; quod accidit: ipsis rebus: quas agimus nomen tempori ip-
si imponimus præteritum imperfectum nominantes i quo res aliqua
cœpit geri. necdum tamen perfecta est: præteritum uero perfectum in
quo res perfecta monstratur. Præteritum plusq̄ perfectum in quo iā

Tempus.

in uerbo
autem tps pms & supradicta dicitur
et nō alia tpa. pms et futm.

Pms imperfectum

Pms perfectum

Pms plusq̄ perfectum

19

pridem res perfecta ostenditur. Instans autem indiuiduum est: quod
 uix stare potest. Vnde merito a quibusdam instans imperfectum no/
 minatur. nisi enim sit imperfectum i eo adhuc esse actus intelligi non
 potest. Futurum quoque cum incertum sit ut ostendimus & infinitum
 utrum paulo post an multo erit non potuit discretis quibusdam fini/
 bus declinationis uti. Itaque una uoce contentum fuit. Et indicatiuus
 quidem modus habet tempora omnia quippe eo modo omnia quae
 egimus uel agimus uel acturi sumus absque uolo impedimento iudica/
 mus. Imperatiuus uero praesens & futurum naturali quadam necessi/
 tate uidetur accipere. ea etenim imperamus quae uel in praesenti statim
 uolumus fieri sine aliqua dilatione uel in futuro. Non solum enim illi
 qui nondum coepit imperans utimur praesenti tempore imperatiui
 sed etiam illi qui coepit & in ipso actu est ut permaneat in eodem: ut si
 quis ei qui coepit uersum legere dicat. lege usque ad finem. Apud grae/
 cos etiam praeteriti temporis sunt imperatiua: quae ipsa quoque ad fu/
 turi temporis sensum pertineant ἀνερωχόντω νόρα aperta sit porta
 Videtur imperare ut in futuro tempore sit praeteritum: ut si dicam ar/
 peri nunc ianuam: ut crastino sit aperta. Ergo nos quoque possumus
 in passiuis uel in aliis passiuam declinationem habentibus uti praeteri/
 to tempore imperatiui coniungentes participium praeteriti cum uer/
 bo imperatiuo praesentis uel futuri temporis: ut amatus sit uel esto πᾶ
 φιλης doctus sit uel esto δεδιδάχως clausus sit uel esto κερλεθώς
 Quod autem uim praeteriti habet huiusmodi constructio ostendit
 subiunctiua praeteritiperfecti: quae similiter proferuntur in passiuam
 declinationem: ut amatus sim sis sit: Ergo si amatus sit in subiuncti/
 uo praeteriti temporis est. Bene etiam in imperatiuo praeteriti potest
 accipi. Quippe cum & in praesenti tempore imperatiui tertia persona
 similis est in omni coniugatione tertiae personae subiunctiui ut amet
 doceat legat ametur doceatur legatur: & in passiuis quidem uel simi/
 libus hoc possumus dicere. In actiuis uero uel neutris nullo modo ni/
 si participia praeteriti habeant. optatiuus autem quae ipse quoque uide/
 atur ad futurum pertinere. ea enim optamus quae uolumus nobis uel
 in praesens uel in futurum dari. tamen habet & praeteritum tempus:
 quia euenit saepe de absentibus & de ignotis rebus precari: ut factae
 ante nobis possent in notitiam uenire ut si filio meo romae in praesenti
 degente optans dicam: **Vtinam** Romae filius meus legisset: aucto/
 res propter quos nunc ibi moratur. **Vtinam** profectus esset Romam

ante uiginti dies. Possumus tamen hoc uti modo etiam ostenden-
tes quæ optamus non euenisse: ut **Virgilius** in primo **æneidos**. **Atq;**
utinam rex ipse noto compulsus eodem **Affloret æneas**. **Et utinam**
Genci. **Pompei** cum **Caio Cæsare** societatem aut nunq̄ coniunxisset
aut nunq̄ diremisses. In hoc autem modo duntaxat & in infinitiuo
tempora coniuncta habent latini. præsens cum præterito imperfecto
& præteritum perfectum cum plusquam perfecto ad imitationem
græcorum quauis hoc quoq; conati sunt quidam disiungere: sed
melius est esse coniuncta. Nam præteritum imperfectum rationabi-
liter idem est & præsens. **Dico** enim utinam legerem nunc: & utinam
legerem heri. **Nimia** est enim cognatio eorum temporum præsen-
tis & præteriti imperfecti. & maxime in hoc modo. **Quippe** cum
utrunq; imperfectum intelligitur. **Potest** autem iste optatiuus & in
captus & non incaptus ante intelligi: Nam si dicam utinam legerem
heri quoq; quomodo nudiustertius: ostendo cœpisse quidem & nun-
dum finisse. **Sin** autem dicam. utinam legerem heri: saltem osten-
do nec cœpisse: **Similiter** si dicam utinam ad huc legerem: osten-
do cœpisse quidem in præterito: in præsentem autem cessare. **Sin** au-
tem dicam utinam legerem: uel saltem nunc ostendo nec cœpisse ad
huc. sic & per cætera tempora eiusdem modi. **Præteritum** quoq; per-
fectum & plusquam perfectum optatiui coniuncta sunt. **Licet** enim uel
multo ante: uel pauloatē esse perfectum: hæc eadē intelligere nos optare
ut si dicam utinam legisse ante quinquaginta annos: & utinam legissem
ante horam: nec mirum sic infinite in hoc modo intelligi præteri-
tum: quod quantum ad ueram intelligentiam nullum certum: nec
inceptum nec finem habuit. **Subiunctiuus** cum apud græcos con-
iuncta habeat tempora: apud nos diuisa habet omnia: quomodo
indicatiuus de cuius contextu cum de constructione orationis tra-
ctabimus latius differemus. **Infinitiuus** modus quoq; coniuncta
habet tempora: quomodo optatiuus: præsens & præteritum im-
perfectum præteritum perfectum & plusquam perfectum: quomodo
apud græcos. **Cum** enim dicimus legere: imperfectam rem signi-
ficamus: quæ uel ad præsens uel ad præteritum imperfectum at-
tinet. **Cum** uero dicimus legisse: rem demonstramus perfectam
quæ sua est tam præteriti perfecti quam plusquam perfecti. **No-**
tandum etiam quod uim nominis ipsius rei habet uerbum infini-
tum. **Vnde** quidam etiam nomen uerbi hoc esse dicebant. **Di-**

co enim bonum est legere: ut si dicam bona est lectio. Itaque omnis
 modus finitus potest per hunc interpretari: ut si dicam lego quid in/
 dicaui? legere me. **Lege:** quid imperavi? legere te? utinam legerem
 quid optavi? legere me. **Cum legam uenio.** quid iunxi? prius le/
 gere post uenire. **Gerundia** quoque uel participalia cum participio/
 rum: uel nominum uideantur habere aliquos casus: nec tempora si/
 gnificent quod alienum est a uerbo legendi legendo legendum lectū
 lectu: infinitiui tamen uice funguntur, quod solet apud graecos arti/
 culis coniungi. Itaque pro infinitiui qui coniungit genitiuo casui: articuli
 apud graecos nos utimur in di terminatione: quae similis est genitiuo
 legendi Τοῦ ἀναγίνωσκειν καὶ Τοῦ ἀναγινώσκεισθαι Τοῦ ἀναγινώσθε
 μένῃ pro eo autem qui datiuo articuli adiungitur infinitus apud
 graecos etiam antecedente praepositione nos in do utimur termi/
 natione: quae similis est datiuo uel ablatiuo nominis: nisi quod uer/
 bum hoc existimantes. Quidam etiam o corripunt finalem eius
 Iuuenalis in primo: **Plurimus** hic aeger moritur uigilando: sed il
 lum languorem peperit cibus imperfectus. **Alphius** auitus in se/
 cundo excellentium: **Spaciando** paulatim trahit. **Est enim** dime/
 trum iambicum: ut legendo ἐν τῷ ἀναγινώσκεισθαι ἐν τῷ ἀναγινώσκει
 κειν ἐν τῷ ἀναγινώσκεισθαι. pro eo quoque qui accusatiuo adiungitur:
 in dum terminatione utimur: qui similis est accusatiuo nominis:
 ut legendum ἀναγινώσκειν. Huic tamen frequentius solet etiam
 praeponi praepositio ad: ut ad legendum. Ex quo ostenditur magis
 nomen esse quam uerbum. **Verbo** enim separata praepositio per apposi/
 tionem praeponi non potest. In duo quoque terminantia inueniuntur
 ante se habentia separatam praepositionem. **Cicero** pro **Milone:** Hu/
 ius ergo interfector si esset in confitendo. Quomodo ergo frequentis
 sime in dus desinentia uerbalia nomina: & eorum obliquos casus, p/
 ferre solent **Romani** pro infinitis in graeca elocutione prolatis: ut le/
 gendi **Virgilii** causa uigilo. Τοῦ ἀναγινώσθε μένον Βίργιλιον χάριν
 ἀγρυπνῶ Τοῦ ἀναγινώσκεισθαι Βίργιλιον χάριν ἀγρυπνῶ. **Cicero**
 in primo inuestiuarum. **Nihil** hic ininitissimus habendi senatus
 locus. δύλα μὲν ἴστω φρουρότατος τῆς ἐξομένης γερουσιότητος.
Sic gerundia uel supina proferuntur. **Hoc** tamen uidetur inter ge/
 rundia supradicta: & nomina quorum & nominatiuus in dus profer
 tur interesse quod quando sunt absque dubitatione nomina simili ca/
 sui adiunguntur: & discernunt genera: ut intelligendi hois gratia &

amandæ uirtutis causa: & emendi mancipii studio ueni. Quando uero gerundia sunt idest loco infinitiui cum articulo iuncta apud græcos accipiuntur: nec genera discernunt: nec numeros: quod suum est infinitiuorum uerborum & illum sequentem casum: quem & uerba ex quibus nascuntur: ut si dicam: intelligēdi Homerum causa uenio quāuis rarus sit huiuscemodi constructionis usus. Similiter dicimus intelligendo Homerum profeci: amando uirtutem legi: & inuidēdū nobis non est & minime nocendum uirtuti. Quia superiorum accusatiuo inferiorum uerba datiuo adiunguntur. Præterea gerundia tam ab actiuis quā a communibus nascentia tam actiuam quā passiuam habent significationem. Nomina uero mobilia supradictæ formæ in dus & in da & in dum desinentia unam & magis passiuam. Solemus enim per uerbum passiuum ea interpretari. Quid est enim amanda est uirtus? nisi digna ut ametur: & munitissimus habēdi senatus locus nisi idest in quo habeatur senatus. Unde raro inueniuntur a neutris absolutam significationem habentibus. ut sto sedco surgo. Nemo enim dicit: stā dus sedendus surgendus. Quorum supina significationem cum suis seruant uerbis simplicem. A cæteris uero neutris & a deponētibz gerundia quidem eandem significationem habēt: quam & uerba: ut faciendi τοῦ ποι εἶν sequendi τοῦ ἐπείθεσθαι loquendi τοῦ λαλεῖν. Nomina uero supradictæ formæ similiter quomodo supra diximus magis passiuam faciendus ποιητέος idest qui debet fieri sequendus ἀκολουθετέος: idest quem debet sequi loquendus λαλητέος. idest quem debemus loqui. Præterea ex forma participiorz præteriti temporis duæ terminationes inueniuntur: quarum prior in um altera in u finitur: ut uenatum uenatu. Et in um quidem eandem significationem habet: quam in dum desinens cum præpositione ad. Quid est enim uenatum? nisi ad uenandum: quæsitum nisi ad quærendum. Virgilius in quarto aeneidos: Venatum aeneas unaque miserima dido: In nemus ire parant. Idem etiam in nono: Si fortuna permittitis uti Quæsitum aeneam: & moenia palantea. idest ad quærendum. Videtur tamen hoc quoque quasi ipsius nominis rei esse accusatiuus: et sine præpositione profertur: quod quasi ad locum habet etiam significationem: quemadmodum nomina ciuitatum: quæ etiam cum ad locum significant carent præpositione. Sequens quoque forma quæ in u terminatur ablatiuus mihi uidetur ipsius nominis: quores ipsa significatur: carens similiter præpositione. Quis est enim

miserabile uisu: nisi uisione? **V**isio enim tam ex actione q̄ ex passione
 potest fieri. **D**iximus autem superius quod infinitiuum in nomē reso-
 luitur. **Q**uomodo autem & participia prateriti temporis & nomina
 rerum in us correptam desinentia solent ante u uel s uel t uel x habe-
 re sic habent & ista: ut læsum læsu morsum morlu: amatum amatu:
 doctum doctu captum captu fluxum fluxu. **S**icut autem supra do-
 cuimus communem habent significationem ab actiuis uel comuni-
 bus nata ut oratum πρόσ τὸ παρακαλεῖν πρὸς τὸ παρακαλεῖσθαι τῶ/
 παρακαλεῖν τῶ παρακαλεῖσθαι ἀντι τοῦ παρακλησει. **I**dem enim signi-
 ficamus. **S**upina uero nominatur quia a passiuis participiis: quæ qui-
 dam supina nominauerunt nascuntur. pro omni autem tempore infi-
 nitium uerbi solent accipi. **D**icimus enim legendi causa in honore sui
 & sum & ero. τοῦ ἀναγίνωσαι καὶ τοῦ ἀναγίνωσκεν καὶ τοῦ ἀναγν-
 ῶσκειν χάριν καὶ τοῦ ἀναγνώσθηναι καὶ τοῦ ἀναγίνωσκειν καὶ τοῦ
 ἀναγνώσθεσθαι χάριν. **Q**uod autem ab actiuis & cōmunibus ue-
 nientia communem habent significationem: usus quoq; approbat.
Virgilius in bucolicis: Cantando tu illum: aut unq̄ tibi fistula cara.
Iuncta fuit, actiue protulit. **I**dem in eodem. Frigidus in pratis cantā-
 do rumpitur anguis: passiuē protulit. **I**dem i secundo aeneidos. Quis
 talia fando Myrmidonum, actiue protulit. **I**dem in eodem passiuē:
Fando aliquid si forte tuas peruenit ad aures. **S**olebant enim atiqui
 fatus communiter proferre. **I**dem in tertio georgicorum: **V**ritq; uidē-
 do **F**emina: nec nemorum patitur meminisse nec herba: passiuē pro-
 tulit. **E**t uidendo perit actiue: id est dum uidet. **Q**uod autē hæc quo-
 que nomina sunt ostendit præpositio quæ frequenter inuenitur: ut
 supra diximus. tam ante accusatiuum q̄ ante ablatiuum eorū casum
Ad uenandum & in uenando. **I**n neutris uero & in deponētibus quo-
 modo supra dictum est simplices habet significationes. **I**mpersonale
 autem hanc habet differentiam ad infinitum: q̄ infinitus altero uer-
 bo finito omnimodo eget. **I**mpersonale uero actum quidem perfectū
 significat per omnes modos: persona uero sola deficit: quæ si addatur
 perfecti uice fungit uerbi per omnes quomodo diximus modos. **P**er
 indicatiuum: ut curritur a me pro curro. **I**mperatiuum curratur a te
 pro curre. **O**pratiuum utinam curretur a te pro utinam curreres. **S**ub-
 iunctiuum ut curratur a te pro curras: **I**nfinitiuum curri a te oportet
 pro currere te oportet. **H**oc autem interest inter infinitiuū passiuū &
 infinitiuum qui sit ab impersonalibus: quæ nascuntur a uerbis actiuis

q̄ infinitiuus passiuus uerbo eget solo ad p̄fectam significationem :
ut amari uolo. φιλειδαι βούλωμαι . Infinitiuus uero impersonalis nō
solum uerbo: sed etiam ablatiuo casu p̄ se indiget absq; accusatiuo. q̄
si ad eum reddatur accusatiuus infinitiuum: necesse est eum passiuū
intelligi: ut amari a me unlo filium. Sape etiam non positus supaddi
tur accusatiuus: ut si dicam doceri a te uolo & subaudias me.

De coniugatione temporū.

Quoniam igitur de singulorum temporibus modorū: quæ
memoriæ occurrerent differuimus: de cognatione tempo/
rum deinde tractemus. Est enim quædam cognatio præ/
sentis quidem temporis cum præterito imperfecto & futuro: præteriti
uero p̄fecti præterito plusquāp̄fecto. Præsens tempus proprie dicitur
cuius pars præterit: pars futura est. Cum enim tempus fluuii more
instabili uoluatur cursu: uix punctum habere potest in præsentis: hoc
est in instanti. Maxima igitur pars eius sicut dictum est. uel præterit
uel futura ē. excepto sum uerbo quod ὑπαρκτικόν græci uocāt: quod
nos possumus substantiuum nominare. Id enim semper est omnium
p̄fectissimum cui nihil deest. Itaq; præteriti quoque p̄fecti uim habet
quod ostenditur quādo participiis præteriti coniunctum officio fun/
gitur præteriti per passiuorum declinationem: uel similibus passiuis.
Similem huic uim habent etiam uocatiua: ut Priscianus uocor nomi
nor dicor nuncupor appellor. Alia autem uerba præsentis sicut dixi/
mus inter præteritum & futurum sunt. Exempli causa. Si incipiam
uersum aliquem scribere: & dico scribo uersum dum adhuc ad finem
non puenero: & cum pars eius iam scripta sit: pars autē scribēda. Er/
go præsens tempus hoc solemus dicere: quod cōtineat & coniungat
quasi puncto aliquo iuncturam præteriti temporis & futuri: nulla in
tercessione interueniēte. Vnde stoici iure hoc tempus præsens etiam
imperfectum uocabant ut dictum est: eo q̄ prior pars eius quæ præte/
rit tranfacta est. Deest autem sequens id est futura: ut si in medio uer/
su dicam: scribo uersum priore eius parte scripta: cui adhuc deest ex/
trema pars præsentis uerbo: dicēdo scribo uersum: sed imperfectū
est quod deest adhuc uersui quod scribet. Ex hoc igit id est præsentis
nascit præteritū imperfectū cum non ad finem p̄ferimus in præsentis id
quod icēpimus: ut i eodē exēplo maneamus si icēpiā scribere: & imp/
fectū eū relinq̄am tūc uerbo præterito imperfecto dicēs: scribebā uersum.

Ex eodem: idest presente nascitur etiam perfectum. Si enim pueniat ad finem praesens inceptum statim utimur praeterito perfecto. Continuo enim scripto ad finem uersu dico scripsi uersum. Et sciendum quod plerunq; uel litteras quasdam: uel syllabarum tempora mutat praeteritum perfectum: & uel pares habet cum eo uel minores uel ampliores syllabas: ut lego legi: doceo docui: facio feci: sedeo sedi: domo domui. Ex eo iterum idest praeterito perfecto nascitur plusquamperfectum si inue:erauerit res a nobis perfecta. Mox enim scripto uersu recenti adhuc perfectione dico scripsi uersum propria significatione. Sin dudum perfectum sit incipit transire in plusquamperfectum. Ita scripseram proprie de hoc dicimus. Sciendum tamen quod Romani praeterito perfecto non solum in re completa modo utuntur: in quo uim habet eius quod apud graecos παρὰ και μὲνοσ uocatur: quem stoici τέλειον ἔνεσ ὦτα nominauerunt sed etiam pro ἀορίστον accipitur: quod tempus apud graecos tam modo perfectam rem quam multo ante significare potest. Sed sicut apud illos infinitum tempus adiectione τοῦ ἀρτίτη ἄσρητην aduerbii τὸν παρὰ και μὲνον. idest adiacens tempus & adiectione ὑπερσυν τέλειον. idest plusquamperfectum. Sic apud nos hoc idem est. idest praeteritum perfectum. Potest & modo & multo ante intelligi perfectum: & apud auctores hoc exemplis approbatur. Euander enim apud Virgilium in octauo de matre sua dicit. Cecinit quae prima futuros Aeneadas magnos & nobile palanteum. cecinit dixit pro cecinerat. Multo enim ante illam cecinisse intelligit: & ipse poeta ex sua persona: Troia qui primus ab oris Italiam fato profugus: lauiuaque uenit Littora. uenit posuit praueuerat. hic enim quoque multo ante intelligit uenisse Aeneam ad Italiam: ergo proprie si quis contempletur uim praeteriti non aliam significationem iudicet hoc habere quam illud quod apud graecos ἀορίστον uocant. Hoc autem differt a plusquamperfecto: quod illud per se platum non eget aduerbio pridem: quod habet in se naturaliter. nisi si uelimus explanandae quantitatis causa temporis addere ante quot dies uel annos nec licet illi modo uel nuper aduerbia adiungere. Praeteritum uero perfectum ad manifestandam significationem eget modo uel pridem aduerbiis. Futurus ex praesenti nascitur. Quippe cum praesens medium sit praeteriti & futuri. Itaque consonantes praesentis seruat tam praeteritum imperfectum quam futurum: ut dico dicebam dicam. Praeteriti uero perfecti consonantes seruat plusquam perfectum: ut dixi dixeram: sed tamen in subiunctiuo modo futurus quoque praeteriti perfecti seruat consonantes

ut dixi dixerō: quod non sine ratione euenire uidetur. **N**am futuro quoque tempore cognatio est cum præterito perfecto: quā ad infinitatē temporis hoc est ad ἀόριστον. **S**icut enim præteritū perfectum uel modo uel paulo ante possumus intelligere: sic etiam futurum uel mox uel multo post possumus intelligere futurum: ut si dicam scribā uel scripsero: incertum futuri temporis spacium monstro. **N**ec mirum cum in omnibus quoque comparatiuis si dicam fortior: incertum ē utrum multo an paruo superet illum ad quem comparatur. habet igitur affinitatē sicut ostendimus cum præterito futurum: quod præsens medium ē inter præteritum imperfectū & futurum. **C**um præterito uero perfecto quia incertum significat temporis spacium. **C**um igitur in aliis modis præsentis sicut dictum est consonantes seruat futurum in subiunctiuo præteriti perfecti regulam sequitur: ostendens cum eo quoque se habere iura affinitatis. **I**demque ex participiis maxime possumus cōiicere quæ in præterito non finiūt spacium temporis præteriti: breue sit an longum. **S**i enim dicas amatus uel locutus: incertum est utrum modo uel multo ante. **S**imiliter in futuro amaturus locuturus: mox an multo post incertum est. **I**deo in plerisque uerbis ex præterito fit futurum ut amatus amaturus: habitus habiturus: locutus locuturus: auditus auditorus. **D**iximus autem in plerisque quia neutra præteriti temporis pleraque carēt participio: sed quia ad præsens quoque est ei cognatio fit etiam a præterito futurum: ut amans amandus: docens docendus loquens loquendus: audiens audiendus. **S**ed tamē sciendum quod omnia huiusmodi formæ participia. i. in dus desinentia etiam nomina esse possunt. **C**onfirmat autem supradictam rationem cognationis temporum etiam anomalorum. i. inæqualium declinatio. **I**n qua ex præterito fit præteritum imperfectum: & futurum in omni modo absque subiunctiuo: ut fero ferebam feram ferem. **E**x præterito uero perfecto tuli tuleram tulerim tulissim: & futurum subiunctiuo tulero. **I**n participiis quoque ex præterito passiuo nascitur futurum actiuo: ut latus laturus. **E**x præterito actiuo futurum passiuo: ut ferens ferendus. **S**ed quauis penitus mutant in quibusdam anomalis uerbis supradicta tempora omnes syllabas: significatio tamē integra manet eorum & cognatio temporum: ut sum eram ero. **N**ec mirum est cum in aliis quoque partibus orationis hoc inueniatur: ut cognata significatio in diuersis inueniatur uocibus: ut puta in nominibus. pater masculinum est: cuius fœmininum est mater. **S**imiliter frater soror patruus amita auūculus:

matertera. Bonus eius comparatiuus melior: superlatiuus optimus. Iu-
 piter eius genitiuus iouis. Quantum ad usum iuniorum. Ego eius ge-
 nitiuus mei. Et ex contrario saepe significatio diuersa in similibus inue-
 nitur uocibus: ut liber libra fiber fibra helenus helena tullius tullia.
Propria enim nomina non sunt naturaliter mobilia sed ex se se nascu-
 tur. Sicut etiam supradicta appellatiuorum feminina non sunt a ma-
 sculinis orta sed a se nata. Quauis similem mobilibus habeant for-
 mam. Illud quoque comprobatur cognationem temporum quod infinita
 uerba a praeterito tempore habent etiam futuri rationem dixisse dictu-
 ire: lassisse lassum ire: misisse misum ire: fluxisse fluxum ire. Sicut
 enim participia praeteriti temporis rationem regulae sumunt a uerbo
 praeteriti perfecti: sic eorum formam sequitur infinitum futuri. Infinita
 autem nomina sunt: ut dictum est ab eo quod carent significatione
 diffinita tam numerorum quam personarum. Sic neutra quoque nomina
 appellamus ab eo quod carent utroque genere. Defectiua praeteriti tem-
 poris perfecti & pluraque perfecti: necnon etiam futuri subiunctiui: quia
 ex supradictis nascitur temporibus sunt in se desinentia inchoatiua
Nec meditatiuorum tamen supradicta tempora memini me inuenisse:
 ut feruesco calesco horresco tepesco esurio lecturio micturio parturio
Sunt alia uerba quibus desunt diuersa tempora usu deficiente non ra-
 tione significationis. & quibus desunt praeteritum perfectum & omnia
 quae ex eo nascuntur: ut sisto tollo serio aio furo: quod Varro ponit.
Ergo aliorum uerborum perfectis quae uidentur eandem significationem
 habere pro his utimur in quibus inuenimus ut percutio percussi sta-
 tuo statui serio percussi sisto statui uel ut quidem steti: quod est a sto
Sed Iuuenalis in tertio. Gaudentes sacro peregrina ad pulpita can-
 tu Prostitui: pro prostiti: Sustulo antique sustuli. tollo sustuli suffero
 sustuli. Tollo antique tuli sero tuli insanio insaniui furio insaniui meto
 etiam quidam messui quidam messum feci: sed usus uetustissimorum messui
 comprobatur. Quod cum de praeterito tractabimus ostendetur. Cerno cre-
 ui & cresco creui apud uetustissimos inuenitur. A maeceo unde mae-
 roeor merui debet facere: sed in usu non est maeceui: sed maeceus sum.
Mando mandis eius praeteritum perfectum quidam mandis: alii man-
 diui alii mandidi esse uoluerunt. Liuius in odyssaea. Cum socios nostros
 mandisset impius cyclops. A strido quoque alii stridui: alii stridi protu-
 lerunt. Ennius in duodecimo annalium. Missa quoque per pectus dum
 transit striderat hasta. In passiuo & commumbus & deponentibus

idest in omnibus uerbis in or terminantibus desunt tempora præteri-
 ta perfecta : & omnia quæ ex his nascuntur . Participia tamen con-
 iuncta uerbo substantiuo : & omni eius tempori : eorum uice fungū-
 tur : Quod græci quoq; solent facere in multis uerbis : præteriti per-
 fecti & plusq; perfecti : & maxime in modo optatiuo & subiunctiuo
 ΤΕΤΥΜΜΕΝΟΙ ΕΙΣΙ ΤΕΤΥΜΜΕΝΟΙ Η ΣΑΝΙΔΡΙΣΙΚΑ ΕΠΟΤΑΚΤΙΚΑ ΤΕΤΥΜΜΕ-
 ΝΟΣ Ε ΑΥΘΗΣ Η ΤΕΤΥΜΜΕΝΩ ΕΑΥ Η ΤΟΝ Η ΤΟΝΤΕΤΥΜΜΕΝΟΙΕ ΑΥΘΜΕΝ Η
 ΤΕΩΟΙ ΗΕΥΚΤΙΚΑ ΤΕΤΥΜΜΕΝΟΣ ΕΙ ΗΥ ΕΙ ΗΣ. ΕΙΗ ΤΕΤΥΜΜΕΝΟ ΕΙΗΤΟΝ ΕΙ-
 ΗΤΟΝ ΤΕΤΥΜΜΕΝΟΙ ΕΙΗΔΕΝ ΕΙΗ ΤΕ ΕΙΗΘΑΝ : ut fuissent . Sed cum apud
 græcos etiam pene innumerabilia sint uerba : quæ uel litterarum in-
 consonantia uel regularum quibusdam rationibus impediuntur uel
 usu : ut habeant declinationem plenam per omnia tempora apud
 nos hoc pauca patiuntur . Inueniuntur tamen in o desinentia : sed
 non multa in quibus præteritum perfectum per participium solet de-
 monstrari : quæ neutro passiuæ artium scriptores nominant . Sunt autē
 hæc sola gaudeo gauisus sum audeo ausus sum soleo solitus sum fido
 fisis sum fio factus sum . Quorum tamen antiquissimi solebant &
 præteritum perfectum profere hoc modo . gaudeo gauisi audeo au-
 si soleo solui fido fisi fio fii sed nunc his non utimur . Sunt uerba qui-
 bus desunt & tempora & personæ : ut fores foret forent fore cedo in-
 fit Cuius Varro in mensuralibus primam ponit personam in fio . Aio
 quoq; præterito perfecto deficit inquo etiam in multis uerbum defi-
 cit . Item impersonalia uerba quæ ex se nascuntur deficiunt per tem-
 pus futurum in modo infinito . ut poenitere poenituisse pudere pudu-
 isse : quæ antiqui puditum ire dicebant : & puditus participium . Plau-
 tus in bacchidibus : Neq; me neq; te tui intus puditum est factis quæ
 facis : Necnon metuere metuuisse deficit futuro : & timere timuisse la-
 tere latuisse apparere apparuisse obedire obedisse & pleraq; neutra se-
 cundæ coniugationis . horrere horruisse tepere tepuisse rubere rubuis-
 se pauere pauuisse . Inchoatiuorum quoque & meditatiuorum in infi-
 nitis non solum præteritum : sed etiam futurum tempus deficit . horre-
 scere tepescere seruescere parturire esurire lecturire . Necnon perfecta
 si sint eiusdem formæ inchoatiuorum plerunq; deficiunt futuro : ut di-
 scere didicisse poscere poposcisse compesco compescuisse . Quoniam
 de deficientibus per tempora sufficienter dictum est : Nunc de mo-
 dis tractemus .

De Modis .

Modi sunt diuersæ inclinationes animi uarios eius affectus
 demonstrantes. Sunt autem quinque. **I**ndicatiuus siue dif-
 finitus. **I**mperatiuus **O**peratiuus **C**oniunctiuus uel **S**ub-
 iunctiuus **I**nfinitiuus. **I**ndicatiuus quo dicimus: uel diffi-
 nimus quid agitur a nobis uel ab aliis: qui ideo primus ponitur: quia
 perfectus est in omnibus tam personis quæ temporibus. **E**t quia ex ipso
 omnes modi accipiunt regulam & deriuatiua nomina: siue uerba uel
 participia ex hoc nascuntur. ut duco ducens duxi ductus dux rego re-
 gens rexi rectus rex serueo seruens seruesco seruator horreo horrens hor-
 resco horror intelligo intelligens intellexi intellectus. lædo lædens læ-
 si læsus læsio. & quia ipsa prima positio uerbi quæ uidetur ab ipsa natu-
 ra esse prolata in hoc est modo quemadmodum in omnibus est casus
 nominatiuus. **E**t quia substantiam siue essentiam rei significat: quod
 in aliis modis non est: neque enim qui imperat neque qui operatur: neque qui
 dubitat in subiunctiuo substantiam actus uel passionis significat: sed
 tantummodo uarias animi uoluntates de re carente substantia. **D**e
 inde hunc primum auctoritas doctissimorum tradidit modum in de-
 clinatione uerborum. **S**ciendum tamen quod quidam ausi sunt infi-
 nita ponere prima: sed male. **N**on enim oportet statim a re imperfecta
 aut dubia incipere. **Q**uidam enim dubitauerunt an uerba sint hæc &
 inter aduerbia magis ponenda censuerunt: quæ nec numeros nec perso-
 nas nec affectus animi certos habent: & egent semper aliis uerbis si-
 cut aduerbia. **D**icimus enim legere studeo studes studet. **S**ed hæc po-
 stea refutentur: nunc hæc sufficiat ostendisse: non bene ab infinitis quos-
 dam coepisse. **S**ed neque ab imperatiuis: neque ab operatiuis erat incipi-
 dum: **C**um hoc imperamus illo operamus: ut sit indicatiuus qui nisi pri-
 us sit notus non possumus scire quid imperemus: uel optemus. **S**ub-
 iunctiuus uero quem quidam dubitatum appellauerunt manifestam
 habet indicatiui cognitionem. **I**psa enim dubitatio ante se est indica-
 tiuum confitetur. **N**am si tollas dubitationem non esse opus subiun-
 ctiuo in re certa sed indicatiuo. **E**rgo non alius modus iure præpone-
 tur omnibus quam indicatiuus. **S**icut enim in nomine si quis proferat
 genitiuum uel alium post hunc casum multo ante nominatiuum co-
 gnouit ex quo nascuntur obliqui: sic qui aliquem modum profert:
 scit primum indicatiuum qui est pene uerbi rectus. **S**icut & præsens
 tempus ideo aliis præponitur temporibus: & primum obtinet locum
 quæ in ipso sumus dum loquimur de præterito & futuro: **E**t quia ad
 q ii

praesens praeterita & futura intelliguntur: quod si non sit alia intelligi
minime possunt: & quia positio uerbi indicatiui ab ipso incipit: & q
ex ipso caetera tempora trahunt regulas: & q praeteritum non potest
esse nisi prius praesens fuerit. Futuri autem uox sine significatione est
set: nisi nobis cogitantibus & notionem sumuntibus ex praesenti uel
praeterito. **De futuro quoque** sumimus notionem: uel ex his quae nobis
in ore ueniunt: uel ex ipsa natura rerum uel ex cogitatione. In ore qui
dem ut si uideam scribentem in praesenti: ex hoc concipio & futuri tem
poris scripturam. natura ut cum uideam solem occidentem in praesenti
possum scire naturali motu reuersurum: quod est futuri. **Cogitatione**
uero ut si cogitem diluuium quale sit in praesenti: ex hoc notionem
concipio futuri. **Similiter** prima persona praepositur aliis: quia ipsa
loquitur: & per ea ostenditur secunda ad quam loquitur: & tertia de
qua loquitur. **Nisi enim** prima persona sit quae proferat sermonem
aliae esse non possunt. Et q ista sine illis inueniri potest cum secum ali
quis loquitur: illae autem sine ista non inueniuntur. **Et quia** causa na
turaliter ante causatiuam: quam *αιτιον* graeci uocant: esse solent. **Cau**
sa autem sit secunda & tertiae personae prima persona. **Iure igitur** illis
praepositur quae sunt causatiuae: **A** singulari quoque numero incipi
mus: q hic naturaliter primus est numerorum: qui duplicatus: uel
multiplicatus facit numerum pluralem. **Et actiua** ideo prima profe
runtur: quod naturaliter praecedat actus ante passionem: quae esse non
potest: nisi sit actus: & qui agit incipit: sequitur autem qui patitur. **Et**
q uerbum actiuum additione egent litterae: uel litterarum ut faciat
passiuam ex se. **Breuitate** igitur de omnibus modis repetamus. **Modi**
sunt ut praedictum est diuersae inclinationes animi: quas uaria decli
natio consequitur uerbi. **Indicatiuus** igitur primus ponitur propter
quas enumerauimus causas. **Indicatiuus** autem dicitur q per eum
indicamus quid agatur. **Imperatiuus** est quo imperamus aliis: ut fa
ciant aliquid uel patiantur: qui inde secundum tenuit locum: q per
se absolutus quemadmodum indicatiuus non indiget auxilio alteri
us partis ad plenam significationem: licet per tempora & personas de
ficiat naturaliter. **Solemus** autem non solum imperantes sed etiam
orantes sapissime eo uti. **Virgilius** in primo aeneidos. **Musa** mihi cau
sas memora quo numine laeso. **Virgilius** iterum in undecimo aenei
dos: **Vos** o calliope precor aspirate canenti. **Tertius** est optatiuus: q
qui quanuis & temporibus & personis perfectior esse uideatur impe

ratio: tamen eget aduerbio optandi: ut plenum significet sensum: &
 q̄ qui optat inferior uideatur esse imperante. Itaq; iure post imperati
 uum ponitur. Quartus est subiunctiuus quippe iure: qui egetur non
 modo aduerbio uel coniunctione uerumetiam altero uerbo: ut per
 fectum significet sensum ut **Virgilius in bucolicis**. Cum faciam uita
 lam pro frugibus ipse uenito. Et sciendum q̄ omnibus modis alijs
 sociari potest subiunctiuus: qui cum diuersas habeat significationes
 non ab una earum: sed a constructione nomen accipit: ueluti deno
 minatiua: quæ diuersas habentia significationes: generale tamen
 nomen multarum specierum sibi defendunt. Est enim quando dubi
 tationem significat: ut si uideam intelligo: Est quando confirmatio
 nem. **Virgilius in primo aeneidos**. Certe hinc romanos olim uoluē
 ribus annis Hinc forte ductores reuocato a sanguine teucris Qui ma
 re qui terras omni ditioe tenerent Pollicitus. Tenerent enim confir
 matiue dixit. Est quando suadentes hoc utimur: ut si dicam. pro
 dest ut legas. Est quando imperantes ut ne dicas ne facias. in quo
 nec eget alio uerbo. Est quando ostendentes potuisse fieri nisi quid
 impedimento fuisset: ut facerem si placuisset dicerem si licuisset Pol
 sunt fortassis præter eas perspicacius inquirentibus & alia prædicti
 modi significationes inueniri. Infinitiuus est qui & personis & nu
 meris deficit. Vnde & nomen accipit infinitiui: q̄ nec personas nec
 numeros diffinit: & eget uno ex quattuor supradictis modis ut si
 gnificet aliquid perfectum ut legere propero: legere propera utinam
 legere properarem cum legere properem. Impersonale uerbum suæ
 cuiusdam est significationis: & solet uel a neutris actiuam uel abso
 lutam uim habentibus: non tamen passiuam plerunq; nasci: ut sta
 tur curritur uiuitur ambulatur uel ab actiuis ut amatur legit. A passi
 uis uero uel communibus uel deponentibus nunq̄ nisi ab uno mise
 reor miseretur. Sed magis id quoq; a misereo est. **Vetustissimi** enim
 pro misereor misereo dicebant. Sicut diuersis supra ostendimus usi
 bus. Supina uel participialia cum nec personas discernat & temporibus
 careant sine quibus uerbum esse non potest: & cæsus assumant:
 & præpositionibus separatis adiungantur sine dubio mihi nomina
 esse uidentur: quæ tamen loco infinitiuorum ponuntur tam actiuo
 rum quam passiuorum. Nec per se ea solum posita pro infinitis accipi
 untur: sed etiam eiusdem formæ indubitabilia nomina alijs nomini
 bus adiuncta secundum eundem casum. **Vt Cicero in primo inue**
 q̄ iii

eti. Nihil enī munitissimus habendi senatus locus idest tutus habere
 senatū ἀσφαλὴς ἔχειν τὴν γερουσίαν. Inter mobilia tamē nomia eius
 dem forma: & hæc: idest lupina: hoc interest: q̄ hæc siue ab actiuis.
 siue a cōmunibus sint nata: communem habent significationem: ut
 amādi τοῦφιλεῖν καὶ τοῦφιλεισθαι illa uero passiua[m] solā: ut amādu
 amanda amandū ὀφιλιῶν ὁ δὲ μενος ἢ φιληθῶσὶ δὲ μενὴ τὸ φιληθῶσὶ δὲ με/
 non idest qui uel quæ uel quod debet amari. Et q̄ lupina cū sint neu/
 tri generis: & semper singularia coniunguntur diuersis generibus &
 numeris ut amando uirum: & amando mulierem: & amando pueros
 Et q̄ illis casibus adiunguntur: quibus & uerbum: ut supra quoq; di/
 ximus: ut noceo tibi: nocendi tibi causa: tibi nocendo. tibi nocendum
 Quod autem præpositionibus separatis coniunguntur: quod uerbi
 non est ostendit usus. Cicero pro Milone. Huius ergo interfector si
 esset in confitendo. Idem in primo uerrinarum. A quo pecuniam ob
 absoluendum hoc acceperas. Virgilius in bucolicis Et potum pastas
 age tyrire: & interagendum Occursare capro: cornu ferit ille caucto.
 Idem in tertio georgicorum. Nāq; ante domandum Ingens tollunt
 animos. Et ostendunt ipsæ præpositiones siue aduerbia præpositiua
 in o quidem terminationem ablatiui esse casus. In um uero accusatiui
 quibus & adiunguntur. In i genitiui: cui nunq̄ præponuntur præpo/
 sitiones separata. illud tamen est sciendum q̄ in o supina tam corrip
 unt quā producent auctores more uerborum siue aduerbiorum in o
 terminantium. Alphius auitus in secundo excellentium. Tum littera
 tor creditus ludo faliscum Liberos causatus in campi patens Extracq;
 muri ducere spaciando Paulatim trahit hostilis ad ualliatu. Sunt
 enim dimetra iambica Iuuenalis in primo. Plurimus hic æger morit̄
 uigilando sed illum languorem peperit cibus imperfectus.

Incipit de speciebus uerborum.

Species sunt uerborum duæ: primitiua & deriuatiua: quæ in
 ueniuntur fere in omnibus partibus orationis. est igitur pri
 mitiua quæ primam positionem ab ipsa natura accipit: ut
 lego ferueo domo facio garrulo albo. Deriuatiua quæ a positi
 uis deriuatur: ut lecturio feruesco domito faceffo garrulo albico. Sūt
 igitur deriuatiuorum diuersæ species ut inchoatiua q̄ initium actus
 uel passionis significant ut caleo calesco horreo horresco tabeo tabel/

Ex v. 8. Mat. p. 10. ed. 1. 1. 1. 1.

*Græc. ἀπορρίπται ἢ ἕτερος ποσὶ
 ἢ ἕτερος ποσὶ*

Si u supini deo o forte su
Sur uo cap forte nudo q
uops.

Si u a lega sit ddb an supini
har di mit foins a ca bunt
Sic zogo dar cogito sic aprio
fiet ab aprio.

Si p pti sit pti dmo q
Cui ap pti pti dmo q
Sic to uigal leguo sic
ex lego pti o.

Castro + pti ducet + qu
factos.

Nota

Act pti sit a data de vi.

Seco + no pti o.

Supina

actus significant faciuntq; pleraq; ex se passiva. Nam ichoatiua & me/
ditariua magis neutra sunt. Ea quoq; idest frequentatiua plerunq; a
supinis deriuantur mutatione extrema u in o ut scriptu scripto cursu
curso dormitu dormito nexu nexo flexu flexo. Sin autem prima con
iugationis sint & habeant penultimam a mutant eam quoq; in i cor
reptam imperatu imperio rogitatu rog to uolatu uolito. Ideo autem
diximus pleraq; ea a supinis deriuari: quia in gi terminatia prateritu
a praesentis secunda persona abiecta s & addita to faciunt frequentati
uum. Ut lego legis legito fugio fugis fugito ago agis agito cogo co
gis cogito Vnde mergo quia merli facit: prateritu super oru seruat re
gulam: idest a supino facit frequentatiuu merli merlo merlas quaro
quarito differentiae causa facit: quia a quaso quasio fit Scitor scita
ris notandum quomodo & sciscitor: quod a primitiuo actiuo depo
nentia sunt nata. Virgilius in secundo aeneidos. Tum uero ardemus
scitari: & quaerere causas. Terentius in eunucho. Nisi quicquid est p
cul hinc liber sciscitari. Nosco quoq; noscito facit. Liuius in quarto
ab urbe condita Circumspectare omnibus fori partibus senatorē: ra
roq; uq; noscitare. Dicitur autē & noto notas. in quo similiter notan
dum q; cum a noto sit deriuatum corripuit tamen penultimam. Nec
mirum cum composita a notus est quan o mutant o in i correpta: ut
agnitus cognitus: cum ignotus seruaui o. Iuuenalis in secundo No
ta mathematicis genesis tua. Virgilius in bucolicis. Namq; notau ip
se locū aerie quo congesse palumbes. Sunt tamen quaedam deficiē
tia in supinis quae raro faciūt frequentatiua: ut agreo agresco & agro
to. Vir. in. xii. Aegreseiteq; uidendo Et sunt frequentatiua prima con
iugationis: & seruant significationē primitiuorū quā uideantur quae
dam ex his in alium sensum transire: ut traho tracto. cogo cogito di
co dictito. Sed si quis attentius inspiciat nō penitus absistūt neq; hae
a primitiuorū significatione. Notandum tamen etiam sector sectaris
quod differentiae causa puto per syncopam u penultimae prolatū ne
nomē putetur si secutor diceremus cum primitiuū eius secutū est. Ra
ro tamen deriuationes huiuscemodi specierum sunt a uerbis in or de
sinentibus. Sunt praeterea aliae species deriuatiuorū uariae tam termi
nationis q; significationis: ut uideo uiso uisis: idest cupio uidere. Virgi
in octauo. Nam memini haesionem uisente regna sororis Laomedon
tiadem priamū. uisente dixit p cupientem uidere: quod graeci dicunt
δψαιοντα. Simile est facio facesso capio capeffo lacero lacesso arceo

arcel
pe
in
dip
leg
fina
nes
fice
greg
poc
pata
natio
que
cer
do
fon
xim
ret
nite
teo
min
oru
eant
bal
a ro
a quo
q; tro
uict
ut
tem
qua
stor
cen
peper
bat
teq
mat

arcesso accio acerfo: quæ non esse frequentatiua coniugatio ostendit
 possumus ea tamen non incògrue delyderatiua nominare. Sùt alia
 in lo definètia: quæ diminutiua esse plane significationis sensus ostē
 dit: quæ apud græcos in uerbis inueniri non potest: ut a sorbeo sorbil
 lo: garrilo garrulo caluo cauillo pro caluillo. Cuius primitiuum Salu
 stius in tertio historia rû ponit caluitatus. Sunt etiam aliæ deriuatio
 nes diuerfas terminationes habentes tam a nominibus q̄ a uerbis na
 scentium uerborum: ut a patre patrisso: a græco græcillo: & græcor a
 grege gregora: a philosopho philosophor philosopharis: a pœta pœtor
 pœtaris. In co ut albo albas albico. Horatius in primo carminû. Nec
 prata canis albicæ pruinis. Similiter uello uellico fodio fodico. Idē
nutrio nutrico & nutricor. Cicero in secūdo de natura deorû: Omnia
 quæ sicut mēbra & partes suas nutricatur & continet. Nec mirû Ci
ceronem nutricatur: pro nutricat dixisse. cum Virgilius quoq; in secū
do georgicorum: Hoc pingue & placitam paci nutritor oliuā. Imper
 sonalia quoq; omnia uel ab actiuis uel neutris deriuantur ut supra di
 ximus: ut amo amatur: lego legitur: sto statur: misereo antiquo misere
 ret: similiter placeo placet. Sic antiquissimorum consuetudine a pœ
 niteo pœnitet: a tedeo tedit: pigeo piget pudeo pudet liceo licet oport
 teo oportet. Cecilius in quinto: Morbosum factum ut ea quæ oportu
 erint facta non sunt. Et sciendum q̄ omnia impersonalia tertiæ passi
uorum personæ uoces habent: exceptis supradictis & aliis paucis ut
euenit uacat contingit accidit liquet. Sunt etiā alia uerba quæ ex uer
 balibus nascuntur nominibus: uel ex participiis: ut a rego rex &
 a rege regno: a ducor ductus a quo ducto ductas: a lector lectus
 a quo lecturio & lectito: de quibus supra docuimus. Et sciendum
q̄ frequenter apud græcos ex nominibus dignitatum solēt deriuari
uerba: quæ actum uel administrationem ipsius dignitatis significāt
ut δῖκόνος αὐτὸ δῖκονος αὐτὸ πρυτάνου πρυτάνου. apud latinos au
 tem dignitatum nomina pleraq; ex uerbis uel nominibus nascuntur:
 quæ faciunt uerba: ut consul a consulendo: dictor a dictando: quæ
 stor a quæstu: & ædilis ab ædibus: prætor a præuendo: ductor a du
 cendo: imperator ab imperando. Ergo rex solæ quod a regendo nascit̄
 peperit ex se aliud uerbū regno. A uillico etiam uillico & uillicor dice
bāt antiqui. Cato i oratione quā inscripsit uti basilica ædificetur. An
 teq̄ is uillicare cœpit atra in tyrone p̄fiofcente. Pater uillicat̄ tuus: iā
mater uillicā ē. A metallor: quoq; nominibus solēt nasci uerba: ut ab

Similia.

Nota 2. 23

auro auro auras: ab are aro aras unde auratus & aratus. **Persius:** Et
 ueri specie dignoscere calles: Ne qua sub arato mēdosum tinniat au/
 ro. **A** multis autem nominibus inueniuntur uerba deriuari: ut a cor/
 nice cornicor: a furtice furticor. **Vnde Persius:** Nescio quid tecū gra
 ue cornicaris inepte. **Iuuenalis in tertio:** Sed furticam te pilo negle
 cta & squalida crura. **A** philosopho quoq; philosophor & architecto
 architector architectans: a patre patro patras patrisso: a græco græ/
 cisso: a spuma spumo: ab unda undo: ab undo iundo: ab aqua aquor
 aquaris. **Virgilius in quarto georgicorum:** Sed tuta circum p me
 nibus urbis Aquantur. **A** frumento frumentor frumentaris: a pabu/
 lo pabulor pabularis: ab antiquo antiquo antiquas idest infirmo hæ/
 res exharedo: græcus græcor græcaris: a uespera uesperasco: a luce lu
 ceo: a nocte pernocto: a mare marito maritas: ab hyeme hyemo hye/
 mas: a fortuna fortuna fortunatus. **Persius:** Mercuriumq; accersis da
 fortunare penates. **A** baccho bacchor baccharis: a lympha lymphor
 lympharis. **Artium uero nomina** tā apud græcos pleraq; q̄ apud nos
 omnia post uerba naturaliter sunt accipiēda. **Doceo** post doctor: pro
 fiteor post professor: suo post sutor: scribo post scriptor: oro post ora/
 tor. **Et sunt omnia fere professionum nomina apud latinos uerbalia**
 & in or desinunt. **Nam** grammaticus & philosophus & architectus
 & sophista & poeta græca sunt. **Itaq;** ex nominibus ipsis habentur.
 uerba apud græcos. **Vnde** nos quoq; philosophor & architector pœ
 tor in usu habemus. **Ennius:** Nunq̄ poëtor nisi podager. **Omnia**
 quoq; quæ ex ipso actu a gentibus imponuntur ex uerbis nomina: nō
 ex nominibus uerba perficiunt: ut amo amator: moneo monitor: cur
 ro cursor: lego lector: impero similiter imperator: consulo consultor:
 duco ductor. **Ex** his quædam dignitatum quoq; inueniuntur: ab ad
 uerbiis etiā & præpositionibus inueniuntur deriuatiua uerba: ut pen
 die pendino cras ex quo crastinus: & præcrastino præcrastinas. **Intro** uel
 intra: hic intro itras: sup uel supra supero superas.

De Figuris uerborum.

Figura quoq; accedit uerbo. quomodo nomini. **Alia** enim
 uerborum sunt simplicia: ut cupio taceo. **Alia** uero com
 posita: ut concupio conticeo. **Alia** decomposita: ut con
 cupisco conticesco. **Cicero in ora.** Diuino aliquo animi motu maiora
 concupiscit. **Inueniuntur** tamen quædam uerba etiam ex tribus par
 tibus composita: ut perterefacio. **Sunt** alia quæ in cōpositione mutant

coniugationes: ut do das : reddo reddis : prodo prodis : facio facis :
amplifico amplificas pello pellis compello compellis & compellas ap-
pello appellis & appellas. Sed in his idest a pello compositis significa-
tio cum coniugatione uariatur. & fortassis quomodo & mando man-
dis & mando madas dico dicis & dicas: sic etiam & pello pellis & pel-
las dictum est: sed nunc in usu non est simplex. quomodo nec fendo
nec specio nec pario nec fragor ex quibus composita sunt multa : ut
offendo defendo aspicio respicio suspicio despicio aperio reperio con-
perio cooperio suffragor refragor. Inueniuntur quaedam quae saepe non
solum coniugationem: sed etiam genus uel significationem uerbi mu-
tant in compositione: ut sperno spernis actiuum. aspernor aspernaris
deponens sentio & assentior coniugatio mansit. Dicitur tamen & as-
sentio sedeo sedes neutrum insidior insidiaris deponens. Obsideo ue-
ro & assidio actiua sunt: faciunt enim obsideor & assideor. Vnde Sa-
lustius in tertio historiarum. Amissumque assideri sine praелиis audi-
ebant. Eo & facio neutra: adeo transeo in eo praterco subeo circueo
perficio reficio afficio conficio actiua sunt. faciunt enim adcor tralear
pratercor ineor subeor. Iuuenalis in quinto: Quod si subeuntur p-
spera castra. Cicero pro Cornelio: Circuitis rostris euincerentur la-
pidibus homines Conficio perficior afficior. Necnon ex neutris quae-
dam in compositione sunt deponentia. Facio neutrum uerificor ue-
rificaris: gratificor gratificaris deponentia. Cicero pro Cornelio in
primo. Num alicui gratificabatur: aut homini aut ordini. In qui-
bus etiam coniugatio est murata. sicut in amplifico amplificas: aedi-
fico aedificas: latifico latificas. Lucanus in quarto. Non illum gloria
pulsu latificat magni. Sentio & assentio & assentior: & assentor assen-
taris: aspicio aspicias conspicio conspicias suspicor suspicaris. Sterno
sternis actiuum: consternor consternaris deponens. Salustius in pri-
mo historiarum: Equi sine rectoribus & saucii consternantur. Mede-
or mederis: remedior remediaris teste Capro: Afero quoque actiuo &
anomalo: ut uociferor uociferaris quod est primae coniugationis de-
ponens. Plecto actiuum amplector deponens. Fio passiuam habet
significationem quauis sit neutrum: suffio ex eo compositum actiuum
Vnde Virgilius: At suffire thymo caerasque recidere manes. Quis
dubitat? In uerbis compositis est quantum graeci extrinsecus faciunt
declinationem ad similitudinem simplicium: ut est ἐνήγκω. ἠνεύκα
καῖνο. ἔκαμνον καὶ ἡμσι. ἐκαὶ ἡμην ἐνώχλω ἠνώκλιον.

Est tamen quando iutrinsecus declinat: ut κατὰ γράφω κατ' ἐγγράφῃ
περὶ γράφω περὶ ἐγγράφῃ ἀναγινώσκω ἀνεγινώσκω . Apud Ro/
manos uero semper intrinsecus fit declinatio: id est ipsa iūctura sequē
tis uerbi: uel post eam conficio confeci: abigo abegi: incipio incepiz
subeo subii confringo confregi maledico maledixi exigo exegi. Et il/
lud quoque sciendum quod principalem litteram quancunq; habue
rit positio uerbi in suo loco seruamus per omnem declinationem: ut
ama amaui erro erraui in eo iniui oro orauui uro uulsi hāro hāsi haurio
hausi bibo bibi cedo cessi domo domui flo flauui gigno genui lādo lā
si mico micui narro narraui paro paraui rapio rapui seco secui terco
terui ueto uetui. Excipiuntur ago egi & eo ii uel iui: quae principalē
litteram suae positionis mutauerunt.

Quaritur in cōpositis uerbis cum saepe in praesenti corru
pta est aliqua pars compositionis in praeterito integra inue
nitur: ut perficio perfeci efficio effeci inicio inieci pergo per
rexi exigo exegi confringo confregi cum in omnibus tota declinatio
per omnes casus nominatiui figuras solet apud nos seruare: ex qui/
buscunq; modis sint compositae: ut indoctus per omnes casus ex du/
obus integris est: efficax per omnes casus ex duobus corruptis. Simili
ter in omnibus compositis nominibus hoc inuenitur. Excipitur alte/
ruter alterutrius: quod cum in nominatiuo sit ex duobus integris: in
genitiuo non est: nam alterius nominatiuus esset qui tamē genitiuus
uetustissimis fuit in usu: sicut de nominatiuo tractantes ostendimus.
Tantundem tantidem praeterea quod cum in nominatiuo sit ex du/
obus corruptis: in genitiuo ex integro est & corrupto: sicut & quicq;
cuiusq; & idem eiusdem euphoniae tamen causa hoc fieri manifestū
est: quomodo & quendam & quandam: in quibus m: quae termina/
lis est accusatiui casus utriusq; generis in n est conuersa. Apparet cr/
go ex hoc quod compositio huiuscemodi uerborum: quae nō eosdem
modos compositionum per omnia tempora seruāt per singula sepa/
ratim fit. Nam cum soleat plerunque compositio a correptam: uel in
e uel in i conuerrere per quacunque tempora. ut habeo inhabeo: ago
exigo agebam exigebam agam exigam: facio inficio inficiebam faci
am inficiam iacio iaciebam: inicio iniciebam: iaciam iniiciam frango
infringo frangebam: infrungebam frangam infringam: tango com/
tingo tangebam contingebam tangam contingam augeo coerceo:

coerceo spargo respergo: parco deperco: **I**deo autem dixi plerumque quia est ubi seruetur a integra: ut paro reparo comp. ro maneo rema-
 neo caneo incaneo incunui. **V**nde **Virgilius in secundo georgicorū.**
Malos gessere ualentes **C**astaneæ fagos ornusq; incanuit albo **F**lore
 piri. **M**ano permanso narro enarro & aro exaro. **F**requentius tamē ea
 seruant a quæ primæ uel secundæ coniugationis sunt: ut cano re/
 cino eius frequentatiuum cum sit primæ seruat a: ut canto decan/
 to. **L**ucanius in quinto: **D**ecantatq; tribus: & uana uersat in urna.
Labor perlabor: uado inuado: candeo excandeo: palleo expalleo:
 ardeo exardeo: areo exareo. **I**nueniuntur pauca in supradictis con/
 iugationibus a mutatiā: ut damno damnas: condemno condemnas
 arceo arces: coerceo cocrees: amico amicas: inimico inimicas: habeo
 habes: inhibeo inhibes: sacro confecto. **I**n tertiæ uero & quartæ con/
 iugationis uerbis multa inuenimus mutantiā: ut tango contingo:
 frango confringo: ago exigo: iacio iniicio: facio inficio: gradior ingre/
 dior: icando conscendo: fateor confiteor: paciscor depeciscor: fatiscor
 defetiscor: salio in ilio patior perpetior: pario reperio. **V**eteres enim &
 pario quarta coniugatione declinabant patior & impertior & imper/
 tio: cado incido: fallo refello. **I**nueniuntur tamen in his quoque
 coniugationibus quædam quæ seruant a in compositione: ut na/
 scor renascor: pascor depascor: labor elabor: arguo coarguo: laceffo
 delaceffo: largior dilargior. **I**n præterito quoque perfecto & plusq̄
 perfecto cuius simplex uerbum e longam habeat: non potest compo/
 sitio eam mutare: ut egi exegi: egeram exegeram: feci infeci infe/
 ceram: ieci inieci ieceram inieceram: quæ sine dubio a simplicibus
 suis componuntur. **N**am non possumus dicere quod i breuis: quæ
 est in præteriti tempore conuertitur in e longam in præterito. **H**oc
 enim in nullo inuenimus fieri uerbo. **I**d autem idest quod per singu/
 la tempora fit composio participiorum quoque diuersarū figuratio/
 nes sæpe tam præteriti quam præteriti temporis ostendunt: ut effrin/
 gens effractus cogens coactus subigens subactus exigens exactus.
Hæc enim omnia cum in præteriti extremam partem: idest dictionē
 corruptam habeant in præterito integram habent. **C**ur nisi q; separa/
 tas habent compositiones per singula tempora. **N**on est enim dubiū
 quod interrogati unde componitur effactus ab ex præpositione & fra/
 ctus participio respōdebimus: & subactus a sub & actus: & de omni/
 bus similibus. **A**nomala quoq; uerborū id possunt ostēdere: quæ sine

dubio per singula tempora: siue etiam per personas componuntur: ut prosum prodes prodest profumus prodestis profunt proderā pro / fui. Per totam enim declinationem ubicūque a uocali incipit hoc uerbum interponitur iuncturæ compositionis d. Similiter aufero astuli in presenti pro ab au: in præterito abs habuit: Idq; ita esse confirmat Apollonius summus auctor artis grammaticæ docens in primo libro de uerbo imobilem figurationis iuncturā manere: & separatim cōfir / mās cōponi κατὰ γράφο κατὰ γράφον γράφο ἀνὲ γράφον. & his similia quæcunq; in tus habent declinationē hoc est post præpositionē: quæ apud nos semper fit in omnibus compositis uerbis. Sciendum tamen quod in omnibus quoque apud nos iunctura cōpositiones solet mo / ueri tunc quando ex duobus nominatiuis componuntur: uel ex no / minatiuo & obliquo: uel indeclinabili aliqua dictione. Possimus ta / men quod illi de uerbis intrinsecus habentibus declinationem dicunt nos quoque & de nominibus huiuscemodi dicere quod per singulos casus fit compositio eorum: ut respublica reipublica: respublica qui / dem ex duobus nominatiuis: reipublica ex duobus genitiuis uel dati / uis. Similiter iusiurandum iusiurandi: uiri illustris uiri illustris: magi / sterequitum magistriequitum: tribunus plebis tribunus plebis: quisque cuiusque: quæ composita esse ostendit accentus. Quod autem non proprium nominatiuorum: sed etiam obliquorum casuum per se cō / poni ostendunt nomina: uel pronomina: quæ per obliquos inueniun / tur solos componi: ut istiusmodi huiusmodi cuiusmodi. Illud autem sciendum quod in nominibus & pronomibus compositis apud la / tinos extrema pars potest immobilis manere: quod apud grecos nō reperitur: ut tribunus plebis præfectus urbis cuiusmodi: Idem uerbum autem uel participium nec apud grecos extremam partem seruat im / mobilem: ideoque semper in compositione extremam partem sibi de / fendit ipsum uerbum: & participium quippe quod ex eo nascitur. Componuntur autem uerba uel cum nominibus: ut amplum ampli / fico: ex quo participium amplificās: signum significo significans: uel cum altero uerbo: ut calefacio calefaciens: uel cum aduerbio: ut maledico maledicens: satiffacio satiffaciens: uel cum præpositio / ne ut induco inducens perduco perducens abstraheo abstrahens: subrideo subridens. Ideo autem præpositiones compositæ cū uerbo quidē inueniuntur nunq̄ separatæ p̄ appositionē: quia uerba p̄ omnes p̄sonas ī omni tēpore nominatiui casus uim habēt cui soli possunt con

iungi: ut facio ego facis tu facit ille. **S**imiliter per omnia tēpora. Ergo cū nominatiuus casus nunq̄ per appositionē assumat prapositiones: sed in sola compositione: ut impius perfidus: uerba quoq; in compositione duntaxat possunt has assumere: nec imperatiua tamen uerba secundæ personæ: quæ uocatiuū asciscunt: ut scribe **Virgili:** lege **Terentii:** Possunt in appositione habere prapositionem quia nec uocatiuus casus hoc habet. Participia uero: quas quidē prapositiones habent per nominatiuum: uel a uerbis habent ex quibus deriuantur per compositionem: ut exigo exigens: uel ad imitationem uerbi per se cōposita sunt: ut exegi exactus. Possunt tamen per appositionem assumere & prapositiones ad imitationem nominum: quia casus quoq; obliquos habent sicut nomina: sed non possunt participia componi nisi per nominatiuum casum. quippe cum sint cognata uerbis: quæ uim nominatiui possident ut supra dictum est. Ergo doctificus id est faciens doctū in uim nominū trāstulit participia: sicut iusiurandū iusiurandi cōsultus iuris iuris peritus senatus decretū senatus cōsultū plebiscitū præfectus urbis præfectus fabrorū. **E**t sciendū q̄ participia sine uerbis esse nō possūt. Si qua igit̄ uideant̄ sine uerbis formā habere participiorū noīa sunt dicēda: & carēt tēporali significatiōe: ut penulatus togatus scutatus galeatus hastatus palliatus calligatus: & his similia. Sūt tamē quædā huiuscemodi: quæ noīa & participia esse possunt. Nomina quidem cum ipsum habitum significant nō passionem nec tempus: ut armatus ab armis habendis ὀπλιτῆς nomen est. Cum uero a uerbo amor passiuum nascitur & præteritum tempus significat armatus ὀπλιτῆς: sine dubio participium est. Ex omni autem fere habitu huiuscemodi nomina inueniuntur apud latinos: ut capillo capillatus: a coma comatus: a cirro cirratus: ab auribus auritus: a naso nasutus: a tunica tunicatus: a lacerna lacernatus: a purpura purpuratus: a brachis brachatus: a pallio palliatus: a prætexta prætextatus: a trabea trabatus: a taberna tabernatus: a manica manicatus: a paludamento paludatus: a stola stolatus: a lorica loricator: a pictura picturatus: a scuto scutatus: a tabula tabulatus: a pilo pilatus: a gladio gladius ex quo gladiator: a stella stellatus: a pelle pellitus: a dentibus dentatus: a barba barbatus: a pluma plumatus: a balano balanatus: a gēma gēmatus: a rostro rostratus: a ferro ferratus. Ex aliis quoq; nominibus inueniuntur sed non adeo multa: ut a cerere ceritus: a lympa lympatus & lympaticus

ad uolatum uolas: ad uoluntatem uis lego quoq; penultima produ-
 cta legas correpta legis compello & appello ad pullionem compellis,
 & appellis ad compellationem uero & appellationē compellas & ap-
 pellas. **Sero** seras serauis: sero seris seui uel serui. **Sunt** alia quæ quāuis
 significationem eandem seruent: diuersæ tamen sunt coniugationis
 in usu: ut denso densas & denseo denses: strideo strides & strido strid-
 is serueo serues & seruo seruis cio cics & cio cis dureo dures durefco
 duro duras. **Lucanus in sexto.** Auribus incertum feralis strideat um-
 bra. **Virgilius in octauo** striduntq; cauernis **Stricturæ** chalybum: &
 fornacibus ignis anhelat. **In eodem.** Feruere leucatem: auroq; effulge-
 re fluctus **Idem in primo æneidos** Feruet opus redolentq; thymo fra-
 grantia mella. **Idem in decimo** Postremi addensent acies **Idem in pri-**
mo georgicorum Et iuppiter humidus austris **Denset.** crant quæ ra-
 ra modo: & quæ densa relaxat. **Lucanus in octauo.** **Densaturq;** glo-
 bus quantum pede prima relato. **Astrixit** gyros acies tueor tueris tu-
 or tueris **Statius in primo achilleidos.** Namq; modo infensos utero
 mihi contuor enses. **Lucretius in sexto:** Dilutaq; contra cum tuimur
 misceri absynthia tangit amaro. **Oleo** oles & olo olis. **Affranus in**
fratribus: Nō potest qui in illa est acta longe & cunctis olat. **Plautus**
in mustelaria. Non possunt omnes olere unguenta exotica **Nam** nisi
 corripas penultimam: iam bus stare non potest. **Terentius i adelphis**
Olet unguenta de meo. **Excello** xcellis: & excelleo excelles. **Lucreti-**
us in primo. Omnibus ornatum uoluisti excellere rebus. **Cicero i pri-**
mo epistolarum ad filiū. Quare effice & elabora ut excelleas **Fulgeo**
 fulges fulgo fulgis. **Lucanus in decimo** Fulget gemma thoris: & iaspi-
 de fulua supellex. **Virgilius in nono.** Auroq; effulgere fluctus. **Sono**
 sonas sono sonis: **Ennius in undecimo annalium.** Tum clipei reso-
 nant & ferri stridit acumen. **Lucretius.** Galigare oculos sonare auris
Vno unas unio unis. **De singularum igitur coniugationum regulis**
 latius mox tractabimus. **Sciendum** tamen q; uidetur in præterito
 perfecto plerunq; baritona quoq; græcorum imitari commutatione
 consonantium teste **Didymo:** qui ostendens omnia quæ habent in
 arte græci habere etiam latinos: & exemplis hoc approbat: nam cum
 primam coniugationem dicūt βαρῶτονδῶν: quæ tres cognatas habet
 consonantes: id est β π φ p qua nos ph scribimus in plerisq; & in om-
 nibus huius cōiugationis uerbis per ψ ᾠπίδῶν declināt hoc est præ-
 teritum infinitum spacio temporis: utrum pauloante an multo sit p/

fectum: ut κρύπτω ἐκρύψα λείπω ἔλειψα ἔλειψα ἠλείψα. Nos quoque
quæ in præterito quæ pro παρκεῖ μὲνη: id est paulo ante perfectum & pro
ἄοριζον teste Probo habemus: **N**ā amaui παφίλικα et ἐφίλησα signifi-
cat: similiter feci παποίηκα & ἐποίησα uidi Τεεεακακαί εὐεσσα & sic oīa
cætera: Nos quoque cum in præsentī ī bo uel po desinat uerbū plerūque
in plī facimus præteritum perfectum in tertia coniugatione: ut scribo
scripsi nubo nupsi scalpo scalpsi repo; repsi. Nam pro ψ græca duplici
in principio syllabarum posita: Romani ps solent scribere. In secūda
autem cōiugatione βαρυτόνην græci: quæ τ κ χ habet per ξ efferunt
præteritū infinitū ut λήγω λήξω ἔλιξα ἀρχω ἀρξω ἠρξα. Nos quoque
in go uel in co desinentibus idem frequenter facimus in præteritis p/
fectis: id est per x declinamus hoc tempus: ut rego rexi pingo pinxi
duco duxi dico dixi. Nam in pho cho tho nullum terminatur lati/
num uerbum. Itaque triumpho græcum est τριαμβέω: quod est iōni-
cum: sed translatio fuit aspirationis a prima ad postremam syllabam
quomodo οἶκαρα pro κίτᾶρα βόφος pro φόβος. ad cuius imitationem
latini pro τρίαμβος triumphus per transmutationem aspiratio/
nis protulerunt. ideo tamen b in p conuersa est: quia b aspirari non
potest. Tertiam quoque illorum imitamur cōiugationem: quam per Δ
o τ efferunt: ut ἄΔω ἠσαπέισω ἔπεισα ἀνύτω ἠνύσα. Nos ardeo arsi
lædo læsi ludo lusi concutio concussi. Ad quartæ quoque imitationem
quæ per 3 uel duplicatam ω profertur & præteritum per σ facit: ut
ὄριζω ὄρισα λεύδω ἔλευσα. Nos quoque pitiō pitifauī patriō patri/
fauī muso musauī. quinta per liquidas apud illos profertur: easque ser/
uat ī omni præterito: ut ψαλλο ἔψα λείνη ἔω ἔνειμα κρήνω κέκρησα
σπείρω ἔσπαρον. nos quoque in plerisque seruamus liquidas: non tamen
ī omnibus. ut cælo cælauī doleo dolui domo domui timeo timui emo
emi tono tonui teneo tenui cano cecini aro arauī tero terui. Ideo autē
diximus in plerisque quia inueniuntur & m & n & r in præsentī: quæ
in præterito perfectō: uel abiiciuntur: uel mutantur ut rūpo rupi pre/
mo pressi sterno strauī tero triui uro ussi. Sextam coniugationem di/
cunt quæ per o puram effertur: ut πλέω βασιλεύω. Qualia sunt apud
nos omnia secundæ & quartæ coniugationis uerba: quippe in eo uel
io desinentia. Inueniuntur tamen etiam primæ coniugationia: & nō
solū e uel i antecedentibus sed & aliis uocalibus: ut inchoo ichoas mu/
tuo mutuas meo meas hio hias. Tertia tamē coniugatio a uel e ante
aspirationem inuenitur habere penultimas: ut traho traxi ueho uexi.

Uero uel u puras sine aspiratione: ut facio facis ruo ruis. Sed de omnibus formis perfectis quartæ coniugationis: & generalibus regulis ad omnem uerbi declinationem pertinentibus latius in sequenti libro differemus. nunc de personis tractemus: quas ideo in extrema parte accidentium cum numero posuimus: quod non in omni uerbo quomodo supradicta accidentia adherent sibi autem semper sociantur in uerbo: & in omnibus quæ declinari possunt partibus. nam in aduerbio possunt & numeri sine personis: & personæ sine numeris inueniri numeri ut quinquies decies. Personæ ut meatim tuatim. Quauis enim a singulari pronomine deriuentur: indifferenter tamen tam singulari quàm plurali numero uerborum coniunguntur ut meatim dicis meatim dicitis. Sed in aduerbio quædam species inuenitur hæc habens diuisa. In uerbo uero & in nomine & pronomine & participio omnes uoces uel singulares habent numeros uel plurales: & personas simul cum numero uel finitas uel infinitas. nomen tamen & participium in omni casu tertiæ sunt personæ absque uocatiuo qui solus ad secundam profertur personam.

De Personis.

Sunt igitur personæ uerborum tres: Prima est quæ de se loquitur: uel sola uel aliis ut dico dicimus: Secunda uero ad quam loquitur prima de seipsa: uel sola uel cum aliis: ut dicis dicitis. Tertia de qua extra se & illam ad quam dirigit sermonem posita loquitur prima: ut dicit dicunt. Et prima quidem & secunda uerborum persona finitæ sunt: præsentis enim demonstrantur. Tertia uero infinita est. Itaque eget plerumque pronomine ut diffiniatur. Et prima quidem & secunda uerborum persona solis pronomibus iungi possunt. Tertia uero etiam nominibus: quæ per se sunt tertiæ personæ absque uocatiuo casu: quod ante diximus: ut lego ego legis tu legit ille uel legit Cicero nam si dicam lego Cicero soloecismus est: nisi addidero pronomen dicens lego ego Cicero. Exceptis illis uerbis quæ sunt substantiæ uel uocandi ut priscianus sum Priscianus uocor Priscianus nominor: Priscianus nuncupor. Et prima quidem secundam potest sibi & tertiam coniungere: ut ego & tu facimus. ego & ille facimus. Secunda uero non potest coniungere nisi tertiam ut tu & ille facitis. Tertia uero nec primam nec secundam: sed alteram tertiam ut iste & ille faciunt. & prima quidem potest etiam secunda & tertia absen

tibus per se loqui: ut sapissime apud comicos uidemus induci perso-
nas: quæ ad te loquuntur. ut **Simo** in andria: **N**on dubium est quin
uxorem nolit filius **S**ecunda uero uel tertia sine prima nõ potest esse
Potest tamen prima & secunda sine tertia: & prima & tertia sine secū-
da inueniri. **E**st enim ubi ipsa prima persona ad se quasi ad secundam
loquitur personam. sed figurate. **V**t **Virgilius** in quarto æneidos. **I**n/
foelix dido nunc te fata impia tangunt **T**unc decuit cum scepra da/
bas. **E**t quoniam sunt quædam in quibus naturaliter uel omnes uel
quædam deficiunt personæ de his breuiter dicamus. **I**n imperatiuis
prima persona singularis non potest esse: quæ naturaliter imperans ab
eo cui imperat diuiditur. **C**um ergo prima persona est quæ loquitur
ipsa sibi imperare non potest **V**nde hic modus & uocatiuum casum
asciscit: qui in secunda persona tantum inuenitur: ut doce grāmāticæ
Nam tertiæ quoque personæ imperātes internūcia utimur secūda psona
ut grāmāticæ legat discipulus tuus. **E**rgo si absit secunda persona
non possumus imperare tertiæ: nisi figurate ad nos loquentes quasi
ad secūdam personam **I**taque quæ latini in plurali numero imperatiua
primæ personæ accipiunt: hæc græci ὑποθετικὰ παρακλήσεως uo-
cāt: id est suppositiua siue hortatiua. **D**icūt enim quæ superior debet osten-
di qui imperat eo cui imperat. **H**ic autem suam quoque coniungēs per-
sonam similem se sociumque in hac ipsa re de qua imperat ostendit fu-
turum illis quibus imperat: ut pugnemus legamus: quasi ad socios
uidetur hoc uti modo **I**taque melius illis uisum est hanc ab imperati-
uis personam pluralis numeri separare. **S**ciendum tamen quæ iste mo-
dus frequentissime pro optatiuo uel deprecatiuo ponitur. **V**t **Musa**
mihi causas memora quo numine læso. **E**t apud **Terentium** **F**ac am-
bo. **E**rgo si ad deos qui omnibus superiores sunt imperatiuo utimur
modo. **C**ur non ad socios esset uel ad eiusdem naturæ quoscunque ho-
mines: quibus maiores nobis uel similes per connumerationem nostri
quoque quæ fit in prima persona plurali hoc modo id est imperatiuo
utimur. **I**n finita quoque & impersonalia & gerundia uel supina carent
personis naturaliter. **P**raeterea in nominibus: id est ὀνομαστικοῖς ἰσίοις siue
nominum: siue uerborum nouis cōformationibus non omnis declina-
tionis motus sunt querendi: ut tīniat. **P**erfius: **N**e qua sub arato mē-
dosum tīniat auro: taratātara. **E**nnius. **A**t tuba terribili sonitu taratā-
ra dixit: ut etiā apud græcos αὐγεὶ ὀφλεμῶς. pluit & tonat & fulminat
& multa similia: quæ ad homines nõ pertinet: proprie quidem ad ter-

tiam dicuntur personā. Possunt tamē etiam in prima inueniri psona & secunda per poetarum προσωποποι: προσώπων: idest conforma-
 tiones: uel responsa dei: & per apostrophas quasi ad ipsum Iouē prae-
 sentem: & sunt quasi propria uerborum: quae ad solam Iouem perti-
 nent. Reperiuntur tamen & alia uerba quae in usu deficiunt per Iouis
 ut cedo sodes salue furis aue inquit & fore. Quauis in Iouē & furo apud
 Varronem: & forem apud Terentium in ecyra. Nam si utrumuis ha-
 rum mulierum nunq̄ tibi uis forem. Fore quoq; dicitur: ex quo cō-
 fore compositum. Terentius in andria compositum protulit. Et id
 spero confore.

De Numero.

Numerus accedit uerbis uterq; quomodo & omnibus casua-
 libus Singularis ut lego. Pluralis ut legimus. Necessē est
 autem in omnibus declinabilibus utrunq; simul inueniri:
 sicut supra dictum est numerum & personam: Sciendum
 tamen q̄ quis & in nominibus & pronomibus & participiis inueni-
 antur uoces cōmunes singularis & pluralis numeri: ut poeta uiri flu-
 ctus genitiui singulares: & nominatiui plurales sunt. similiter cedes
 uerres dies: nominatiui tā singulares q̄ plurales. In uerbo quoq; nūq̄
 hoc inuenitur apud Latinos: quā apud Graecos in multis: ut εἶπον tā
 singulare primae personae quā plurale tertiae praeteriti imperfecti: sicut
 in hoc ἔχαρον Τε εἰώλιαν οἱ Τε φίλοι ὄνηχαρὸν μοι.

De uerbo.

Lectionum aliae sunt uniformes idest indeclinabiles: ut ad-
 uerbia coniunctiones praepositiones interiectiones. Aliae
 declinabiles ut nomina pronomina participia uerba. Ergo
 earum aliae in principio mouentur ut pronomina transeun-
 do in personas mei tui sui. mihi tibi sibi me te se meus tuus suus mei
 tui sui meo tuo suo: In genera uero in numeros: & in casus transeun-
 tia finem mouent sicut nomina. Pronomina quoq; quae discernunt
 genera: ut ille illa illud ipse ipsa ipsum. Necnon etiam participia: qui-
 bus omnia fere accidunt tam nominibus quā uerbis accidentia. Un-
 de non solum in fine per genera & casus & numeros sed etiam in prin-
 cipio est quando mouentur per tempora: ut lauans lauturus fouens fo-

turus mouens moturus. Verba autem & in principio & in fine & in medio mouentur: non tamen per singula tempora motus omnes necesse est pati: sicut ostēdetur. Oportet igitur de his rationem congruam exponere cur tamen a presenti sicut a nominatio declinationis exordium sumimus superius tractatum est quod scientes de ceteris dicemus. Præteritum imperfectum apud Latinos præcipuum nunquam mouet sed finem ut amo amas amabam doceo doces docebam lego legis legebam facio faciebam munio muniebam. Et in prima quidem coniugatione a habet ante bam: Secunda enim persona in as desinēs abiecta s assumit bam: ut amo amas amabam meo meas mecabam. in aliis uero omnibus e productā: ut docebam legebam audiebam. In quarta tamen coniugatione est quādo antiqui transmutantes locum uocalium pro i & e ei diphthongum proferre solebant quā postea in i longam uerterunt: uti polibam pro poliebam munibam pro muniebam: In eo uero desinentibus uerbis quartæ coniugationis: nec possumus aliter proferre præteritum imperfectum: nisi i ante bam seruantes: ut co ibam: adeo adibam: uenio uenibam: uoco quibam. Nec mirum cum hæc ex secunda persona faciunt tam præteritum imperfectum quā futurum ad similitudinem primæ & secundæ coniugationis. Nam tertia & quarta coniugatio solet ex prima persona gignere tam præteritum imperfectum quam futurum: Præteritum imperfectum mutatione o in e & additione bam: ut lego legebam facio faciebam audio audiebam Futurum mutatione o in am: ut lego legam facio faciam: audio audiam. Exceptis in eo desinentibus: quæ sicut supra diximus a secunda persona faciunt supradicta tempora. Præteritum perfectum tres habet motus in principio & in medio plerūque non tamen semper: in fine uero semper. In principio & in medio & in fine. cado cecidi cado cecidi. In medio & in fine: decerno decreui porrigo porrexi. In fine tantum pando pandi defendo defendi. Est etiam inuenire quædam uerba: in quibus mouetur principium: & finis medio integro manente: ut mordeo momordi: rondeo totondi. Plusquā perfectum eisdem motus habet quos & præteritum perfectum a quo nascitur. Futurum principium quidem seruat in omnibus etiam uerbis. Finem autem mouet: ut amo amas amabo: doceo doces docebo: eo is ibo: lego legis legam: audio audis audiam. Positio etiam actiuorum uel eliam neutrorum uerborum in o desinit & in prima quidem coniugatione pares etiam habet syllabas prima

& secunda persona. Prima enim persona mutat o in as & facit secundam : ut amo amas : meo meas : hio hias . In secunda uero coniugatione prima persona in eo definit : quas in es productam mutans facit secundam . Itaque necessario una syllaba minor est secunda : ut doceo doces : moneo mones . In tertia uero si ante o i habuerit abiecta o assumit s : & facit secundam . Itaque minuitur una syllaba : ut cupio cupis : facio facis sapio sapis . Alia uero quacunque littera anteposita o in is conuertens facit secundam : ut ucho uehis : ruo ruis : lego legis : gero geris . Excipiuntur fero uolo edo : quæ inæqualem habent declinationem : ut Iuppiter iouis : iter itineris : femur femoris : semen feminis . Sic etiam in uerbis : ut fero tuli : uolo uis uult : edo es est . de quibus congruum uidetur esse in presenti quæ possumus rationabiliter tractare fero per concisionem . id est per synchopam i litteræ secundam & tertiam facit personam : ut fero fers fert pro fero feris ferit : quod putodifferentiæ causa fieri : ne si feris diceremus putaretur ab eo esse quod est ferio feris cum nulla scripturæ sit differentia : quauis temporum syllabicorum esset . Hoc autem in multis dictionibus solet fieri : ut præter regulam habeant declinationes : uel accentus differentia causa : ut cõiugis pro coniungis ne uerbum putaretur esse . Et nostras ultima circumflexa quando est nominatiuus singularis ad differentiam pluralis accusatiui Pluralia supradicti uerbi in prima & tertia persona secundum rationem tertiæ coniugationis proferuntur : ut ferimus ferunt . In secunda autem per circuncisionem fertis pro feritis . In præterito quoque imperfecto & futuro regulam seruat tertiæ coniugationis ferebam feram feres feret . In omnibus quoque aliis modis seruat rationem eiusdem coniugationis : exceptis illis quæ solent a secunda persona nasci . In his enim seruat eiusdem personæ concisionem : ut fers fererte fertote ferrem ferre . Nam quæ a prima persona capiunt regulam rectam declinationem sequuntur : ut fero ferebam feram . A uolo quoque secundam personam per concisionem consonantis : & mutatione o in e : & adiectione is pro ei diphthongon proferebant antiquissimi uolo uelis pro uolo uolis : sed ei diphthongon in i longam postea conuertunt more boetico . Et possumus in hoc quoque dicere quod in fero feris uerbo quidem diximus causa differentia hoc esse factum . Nam si uolis diceretur & datiuus & ablatiuus pluralis existimari posset nominis : quod est uola : uel quod in græcis dictionibus plerunque latini gaudentes breuitate faciunt concisiones

ut in uocatiuis in ei desinentibus tam graecorum q̄ latinorum nomi-
num : palladi pro palladie: & terenti pro terentie. Similiter πολυθεν
κησ πολυξ Διδωαι do ē me. & i omnibus litterarū pro ἄλφα βῆτα
ab dicentes & in his anomalis uerbis : quæ sine dubio a graecis sum-
ptimus fero uolo edo. Sum quoque per abscisionem i finalis: & addi-
tionem η in principio loco aspirationis : sicut ἐξ sex επτῆ septē η μισυ
semis & mutatiōe e in u εἰαι sum ut Διδω do βούλομαι quoque for-
te breuitatis causa uolo fecerunt diphthongo mutata : ut βησ bos &
πησ pes. Tertia quoque persona per concisionem i profertur : ut uolt:
pro uoluit. In hac quoque o in u conuertentes uult dicimus : quanuis
rationabilius sit uolt dicere quo magis antiquissimi utuntur. in plu-
ralibus quidem prima persona pro i u habet penultimā : ut uolumus
pro uolimus. Secunda uero persona per concisionem i profertur ter-
tia personæ singulari addita is : sicut in aliis quoque solet uerbis : ut a-
mat amatis docet docetis legit leget is fert fertis est estis uolt uel uult
uoltis uel uultis. Tertia secundum formam supradictæ tertiæ coniu-
gationis a prima persona o in unt conuersa profertur : uolo uolunt.
Per cætera quoque tempora indicatiui hoc uerbum seruat regulā ter-
tiæ coniugationis : uolui uolebam uoleram uoles uolet. Imperatiuo
deficit. Nec mirum quippe corrupta secūda persona indicatiui ex qua
solet nasci secunda persona imperatiui. Tertia quoq; deficit quāuis i
hac coniugatione ex prima persona indicatiui solet fieri mutata o in
at : ut lego legat : dico dicat : fero ferat. Et poteramus ab eo quod ē uo-
lo dicere uolat. tamen ne dubitatio fieret significationum non est ab
auctoribus usitatum. Utimur ergo subiunctiuo pro hoc uelis uelit.
Aliam quoq; quidam rationem de hoc conati sunt reddere dicentes :
q; imperatiuus modus necessitatem significat. Voluntas autem libe-
ra debet esse. Itaq; hoc uerbum quod carere debet necessitate : caret i-
peratiuo. Ex hoc tamen compositum est imperatiuum in secunda p-
sona in i desinente noli. licet tamen & subiunctiuo : ut supra diximus
uti pro imperatiuo : idest uelis : fac uelis. In prima enim & tertia
persona plurali omnium uerborum imperatiuus præsens similis est
subiunctiuo : Optatiuus quoque eius uerbi tam etiam in præsen-
ti siue in præterito imperfecto quā in futuro similiter corrumpit re-
gulam : ut uelem & uelim. & præsentis quidem quod est & præ-
teritum imperfectum causa est corruptionis secunda persona indi-
catiui ex qua oritur. Futuri uero synonymia : idest anceps signi-

catio quæ fieri si uolam uolas uolat diceremus . Itaque pro uolam
 uelim auctoritas non irrationabiliter tradit dicere: & uolim tamen p
 uelim proferebant antiqui . **Cicero in secundo de natura deorum .**
Quo facilius id quod docere uolumus intelligi possit . **Alia uero om /**
nia quæ a prima persona supradictæ coniugationis solent nasci inte /
gram seruant declinationem: exceptis supradictis synonymiæ causa
Edo quoque per syncopam . id est per concisionem d litteræ facit secū
dam personam : & per syneresim e & i in ei diphthongon coacta & ei
diphthongo in e productam conuersa differentia causa . **Ne si eis dī**
ceretur aliud significare putaretur . **Edo es quod nō dubito cā differē**
tia esse factū . nā si edis diceretur dubitationē faceret in scriptura quo
modo deberemus pronunciare e productam an correptam . **Huic op**
ponitur : cur igitur in prima persona cum similis esset dubitatio hoc
non est factum . **Ad quod dicendum q̄ si d litteræ concisio facta esset**
multo maior fieret erratio . **Si enim eo diceretur p edo: nulla esset: nō**
dico scripturæ sed nec temporis differentia inter eo is & eo quod pro
edo poneretur . **Itaq; iure mansit integra prima persona .** **Tertia nero**
nascitur a secūda persona addita t: ut es est quod i hoc solo & i in uno
alio inuenitur: su m es est . **Et certum est id quoque fieri differētia cā**
ne si secundum proportionem aliorum uerborum secūda persona s
in t conuertente teria persona proferretur es et: ut doces docet . coniu /
ctio nō uerbum esse putaretur . **Non solum autem in omnibus æqua**
libus uerbis secūda persona s in t conuertit : & facit tertiam : sed fero
etiam fers fert facit: quod est inæquale . **Edo tamen in plurali numero**
seruat regulam tertiæ coniugationis : ut edimus editis edunt . **Simili**
ter in præterito imperfecto & futuro edebam edebas edam: & in omni
bus quæ solent in hac coniugatione a prima nasci persona: hoc est in
tertia persona imperatiui edat: & in futuro optatiui quod est subiun /
ctiui præsens : edam edas edat . **In omnibus uero quæ solent a secūda**
nasci p rsona corruptam inuenies regulam coniugationis: es tamen
producta quam a secūda acceperunt persona seruata ubique es este
esto estote essent esse . **Nec mireris si non ubiq; differentiam uel defe /**
ctionem faciat anceps significatio : Non solum enim in uerbis : sed
etiam in omnibus partibus aliis orationis est: quando faciunt differē
tiam uel accentum uel litterarū mutatione auctores : est quando nō
faciunt . **Ergo quia de præterito imperfecto loquentes anomalorum ra**
tio cogit pluribus uti per medium uerbis breuiter de illo repetamus :

ut ad cætera facili uia peruenire possumus. Præteritum imperfectum diximus a præsentis fieri. sic in prima quidem & in secunda coniugatione: & in quarta in eo desinente a secunda persona ablata s finali & addita bam: ut amo amas amabam: doceo doces docebam: is ibam. In tertiâ uero omnibus uerbis & quartâ in io desinentibus: prima persona mutat o in e productam: & assumpta bam facit præteritum imperfectum: ut lego legebam: facio faciebam: uenio ueniebam. Et in prima quidem coniugatione & tertiâ & quartâ in o desinentibus prima persona mutat o in e productam & assumpta bam: ut lego legebã: facio faciebam: uenio ueniebam. & in prima quidem coniugatione & tertiâ & quartâ in io desinente una syllaba uincitur prima præsentis persona: a præterito imperfecto: meo meabam: dico dicebam: munio muniebã. In secunda uero coniugatione & quartâ in eo desinente pares habet syllabas: ut doceo docebam: eo ibam. Nec misq; cum hæc minuunt secundam personam una syllaba: sicut supra dictum est doceo doces: eo is. Prima autem pares habet syllabas in utraq; persona: ut curro curras. Tertia uero in omnibus aliis absq; in io desinentibus: ut lego legis: ruo ruis: traho trahis. Sed quis in o desinentia solent minui in secunda persona tam tertiâ q̄ quartâ coniugationis: ut facio facis: aperio aperis. tamen nõ a secunda persona sed a prima faciunt præteritum imperfectum sicut docuimus.

De præterito pfecto generaliter omnium coniugationum.

Præteriti pfecti multiplices & uariæ sunt regulæ. Itaq; com-
modum putauimus primo quæ in eo generalia esse cõtem-
plati sumus disserere: Postea uero p singulas syllabas tracta-
re de eo. Omne igitur præteritum pfectum primam personam in i ter-
minat: ut amaui docui dixi comperi. Et assumpta sti facit secundam:
ut amauiſti docuiſti dixiſti comperiſti. T uero assumpta & correpta i
facit tertiam: ut amauiſt docuiſt dixiſt comperiſt. Mus quoq; primã plu-
ralem facit: ut amauiſmus docuiſmus dixiſmus comperiſmus i tantum
penultima correpta. Secunda pluralis a secunda singulari fit addita
s: ut amauiſtis docuiſtis dixiſtis comperiſtis. Tertia autem ex prima
singulari nascitur i finali conuerſa in e productam & addita runt
uel reamauerunt uel amauiſſe docuerunt uel doeuere dixerunt uel
dixere compererunt uel comperere. Et nascitur hoc quoque tem-
pus a præsentis sicut mox docebimus: & uel pares cum eo ha /

bet syllabas: ut iuuo iuui: munio muniui. uel minuitur una syllaba: ut facio feci: fugio fugi: uenio ueni. uel uincit una syllaba: ut oro ora / ui: curro cucurri. **S**i sint primæ coniugationis abundat præteritū una syllaba: ut accuso accusaui: domo domui: sto steti. exceptis paucis: ut iuuo iuui: lauo laui. Antiqui tamen hoc quoq; secundum analogiam sæpe proferebant. **V**nde **Terentius in eunucho**: Dum hæc mecum re puto arcescitur interea lauatum uirgo. lauatum dixit a laui pro lau / tum uel latū. **I**n secundæ uero coniugationis uerbis & tertiæ in o desi nentibus & in omnibus quartæ nunquam crescit præteritū perfectū sed uel pares habet præsentis syllabas: uel minuitur. pares ut pareo pa rui habeo habui cupio cupiui munio muniui aperio aperui. **M**inuitur una syllaba: ut augeo auxi ardeo arsi uideo uidi facio feci cōperio com peri. **I**n aliis uero omnibus uerbis tertiæ cōiugationis modo pares ha bet modo una syllaba uincit nunq̄ autem minuitur. Pares ut ago egi frāgo fregi uinco uinci. **V**incit: ut credo credidi arcesso arcessiui occu lo ocului curro curri. **E**t notandum est i omnibus disyllabis: quibus interposita est consonans: q; si pares sint i præterito & in præsentis syl labæ: penultima uel natura uel positione producitur: siue sit i præsen ti longa siue non: ut iuuo iuui: rego rexi: frango fregi: scando scandi: ludo lusi. exceptis scindo scidi: bibo bibi: & findo fidi. **S**i enim pura sit penultima in plerisq; corripitua & in præterito: ut luo lui: nuo nui: spuo spui: suo sui: ruo rui: eo ii uel iui. **I**n paucis uero producitur: ut struo struxi: fluo fluxi: neo ncuui. **I**dem fit etiā cum a præsentibus tri / syllabis disyllaba fiunt præterita: ut sedeo sedi: uideo uidi: facio feci: capio cœpi: iaceo ieci: augeo auxi: ardeo arsi: foueo foui: faueo faui. **I**n crescentibus uero in quibus repetitio fit principii per præteritum pe nultimæ uel antepenultimæ principalis syllabæ præsentis tēpora ser uantur in præteriti penultima: ut cado cæcidi: curro cucurri: pco pe perci: pendo pependi: mordeo momordi: tondeo totōdi: spondeo spo pondi: fallo fefelli: pcedo pepedi: cado cecidi: cano cecini: pario peperit: posco poposci: tendo tetendi. **E**xciipiuntur pello pepuli: tango tetigi pango pepigi: pungo pupugi: disco didici: percello perculi: & tundo tutudi. **V**nde etiam **Horatius in secundo epistolarum**: Speratum meritis durā qui cōtudit idrā. **E**t in prima quidē cōiugatione præcipi / um immobile manet i supradicto tēpore. exceptis quattuor uerbis: sto steti: do dedi: lauo laui: iuuo iuui. **I**lla enī duplicāt cōsonantē: hæc uo calē in præsentis corripit: penultimā in præterito pfecto producunt:

quod in nullo alio supradictæ coniugationis accidit uerbo. In secun-
da uero & in tertia & in omni loco est ubi inuenimus moueri litteras
uel syllabas præsentis. Per singulas igitur tam uocales quam conso-
nantes per ordinem ostēdemus solitas fieri mutationes. **A** breuis mo-
do manet eadem: ut careo carui rapio rapui ualco ualui modo pro-
ducitur: ut fauco faui modo mutatur in e correptam: ut cado cecidi
tango tetigi. modo in e productam: ut ago egi facio feci iacio ieci frā-
go fregi producta uero non mutabitur rado rasi pareo parui: **E**t scien-
dum quod cum a breuis in e productam conuertitur: uel dissyllabū
est tam præsens quam præteritum ut ago egi frango fregi. uel a præ-
senti trissyllabo facit præteritum dissyllabum: ut facio feci. **I**n e uero
correpta ex contrario quando a præsentis dissyllabo præteritum fit tri-
syllabum: ut cado cecidi: tango tetigi. **E** correpta modo manet: ut
egego egui modo producit: ut lego legi sero seui sedeo sedi cerno cre-
ui uenio ueni. **M**odo mutatur in a productam: ut sterno strauimodo
in i correptam ut eo ii. modo in i productam: ut tero triui: modo in u
correptā ut doceo docui moneo monui. **P**roducta si fuerit i præsentis:
& in præterito quoque producit uel natura uel positione: ut cedo ces-
si: credo credidi. **I** correpta modo manet: ut niteo nitui. modo p̄duci-
tur: ut uideo uidi: cupio cupiui. modo in e conuertitur uel natura uel
positione longam: ut incipio incepti: aspicio aspexi. modo in u corre-
ptam: ut rapio rapui producta manet eadem: ut figo fixi: rideo risi: ni-
tor nisus: fido fesus. **O** correpta modo manet eadem ut doceo docui:
condo condidi. modo producit: ut moueo moui: fodio fodi. **O** pro-
ducta in quibusdam manet: ut oro orauimodo in aliis corri-
pitur: ut pono posui: cogo coegi. **V** correpta manet eadē: ut ruo rui.
modo p̄ducitur natura uel positione: ut fugio fugi: struo struxi: fluo
fluxi. **P**roducta quoque manet modo mutatur: ut excudo excudi: con-
tundo contudi: luso lusi. **A**e diphthongus in quibusdam manet: ut
quæro quæsi: ledo læsi. **I**n aliis mutatur in i productam: ut cædo
cæcidi. **A**u manet eadē: ut augeo auxi: haurio hausi. **M**utatur in uno
anomalo abs: ut aufero abstuli. **B** manet bibo bibi habeo habui: muta-
tur in ps uel duas s scribo scripsi nubo nupsi iubeo iussi. **Q**uæritur ta-
men de scripsi & nupsi cur non per b sed per p scribantur: & est causa
quod in principio syllabæ b ante s uel ante t inueniri non potest: ut
ipse aptus: **N**am absonus & abstinentis & similia non in eadem sylla-
ba habent coniunctas b & s: & b & t cum præpositio separatim est

accipienda syllaba. Igitur participia quoque supradictorum uerborum
rationabiliter per p & t scribuntur: scriptus nuptus & nomina ex his
deriuata scriptor nuptia. **C** modo manet: ut doceo docui facio feci:
modo duplicatur: ut cano cecini cado cecidi: cado cecidi modo tran/
sit in s ut mulceo mulsi farcio farfi. **M**odo in x ut duco duxi fancio fā/
xi. **D** manet eadem ut candeo candui defendo defendi. duplicatur p/
do perdididi credo credidi. transit in s laedo laesi uel in duas s cedo celsi
F manet ferueo ferui frango fregi modo duplicatur fallo fefelli. **G** ser/
uatur eadem ut egeo egui lego legi. mutatur in s ut algeo alsi tegeo
terfi mergo merfi: uel in x ut frigeo frixi augeo auxi pingo pinxi min
go minxi tingo tinxi subtrahitur gigno genui. **H** est ubi manet inte/
gra ut habeo habui. est ubi mutatur in x ut traho traxi ueho uexi. **L**
manet per se ut oleo olui alo alui oculo ocului uel mutatur in s ut
uello uulsi: uel subtrahitur: ut percello perculi pello pepuli. **M** manet
ut timeo timui emo emi. **A**ssumit ps ut demo dempsi como compsi
promo prompsi. **G**eminatur ut mordeo momordi. **S**ubtrahitur rum
po rupi: **N** seruat eadem ut moneo monui assumit s ut maneo mā
fi. mutatur in s ut pono posui uel in ps ut tenno tempfi: uel in u loco
consonantis ut sterno strau decerno decreui. subtrahitur ut linquo
liqui uinco uici: **P** manet ut sapio sapui: rapio rapui pareo parui. peto
petiui repetitur ut pello pepuli parco peperci pendeo pependi. **A**ssum
psit s: ut repo repsi scalpo scalpsi duplicatur ut reperio repperi. **Q** ma/
net eadem ut quaro quarsui queo quui. transit in s ut torqueo torfi.
R manet ut curro cucurri tereo terui. transit i s: ut quaro quarsui uro
ussi haurio hausi uel in u consonantis loco: ut tero triui. **S** manet: ut
cenfeo censui arcesso arcessiui. **T** manet ut uerto uerti transit in s ut
mitto misi concutio concussi. **X** manet ut texo texui nexo nexui **S**ūt
igitur formae generales praeteriti perfecti octo. **I**n ui syllaba. in ii in ui
diuisas in si in xi & in i antecedente consonante: quae in praesenti tem
pore ante o uel eo: uel io inuenitur. **E**t quae in principio geminat con/
sonantem: & quae in fine. **E**t in ui quattuor quidem coniugationum
sunt uerba: quae terminant praeteritum: ut amo amas amaui fleo fles
fleui cupio cupis cupiui munio munis muniui. **I**n ii uero tertiae &
quarta: quae in ui desinentia intercepta u consonante corripunt i pe/
nultimam ut cupiui cupii arcessiui arcessi siui si muniui muniui audi/
ui audii. **I**n ui diuisas omnium coniugationum uerba inueniuntur
terminantia. **P**rimae tono tonas tonui seco secas secavi. **S**ecundae teneo

f

renes tenui habeo habes habui. **T**ertiae annuo annuis annui pono po
nis posui alo alis alui. **Q**uartae profilio profilis profilui aperio aperis
aperui. **I**n si & secunda & tertia & quarta **S**ecunda rideo risi suadeo
suasi. **T**ertiae ludo lusi cedo cessi scalpo scalpsi. **Q**uartae ut raucio rau
si haurio hausi farcio farfi. **I**n xi similiter secunda & tertia & quarta
Secundae augeo auxi frigeo frixi mulgeo mulxi. **T**ertiae ut duco duxi
pingo pinxi coquo coxi uiuo uixi. **Q**uartae ut uineo uinxi sancio san
xi. **I** habent post consonantem positam ante o uel eo uel io praesentis
temporis & in prima ut iuuo iuui lauo laui & in secunda ut prandeo
prandi sedeo sedi uideo uidi foueo foui: & in tertia quidem ut bibo bi
bi lego legi defendo defendi fugio fugi fodio fodi: & in quarta reperio
reperi comperio comperi. **G**eminant consonantem in prima quidem
coniugatione duo monosyllaba do dedi sto steti. **I**n secunda princi
pales modo geminant syllabas: mordeo momordi tondeo totondi.
In tertia alia principales alia finales. **P**incipales quidem ut disco di
dici cano cecini pello pepuli. **F**inales uero ut credo credidi uendo uen
di di. **F**ormis igitur generalibus cognitis praeteriti: nunc necessarium
esse existimo de penultimis uniuscuiusque formulae syllabis generali
ter tractare: non minus. n. haec quoque ad omnem rationem declinatio
nis tam praeteriti perfecti quam plusquam perfecti: necnon & participiorum
eiusdem temporis necessariae sunt. **I**n ui terminantium omnis penul
tima longa est uel natura uel positione: & uel in praesenti quoque habet
u loco consonantis ut iuuo iuui lauo laui moueo moui uoluo uolui
soluo solui. **V**el a secunda persona nascuntur abiecta s: & assumpta
ui ut amo amas amaui oro oras orauit fles fleui complexi compleui cu
pis cupiui audis audiui. **V**el pro n uel pro r uel pro sc quae in praesenti
tempore inueniuntur ante o: u habent loco consonantis principalem
extremae syllabae in praeterito perfecto ut sino siui decerno decreui te
ro triui quiesco quieui pasco pauit. **E**t primae quidem coniugationis &
tertiae uerba in ui syllaba facientia praeteritum perfectum: quae a pri
ma persona nascuntur pares habent tam in praesenti quam in praeterito p
fecto syllabas: iuuo iuui lauo laui sterno strauit sino siui tero triui ascis
co ascui: excepto quareo quarsiui pono posui antiq; quod nunc dici
mus posui. **Q**uae uero a secunda persona nascuntur superant eandem
secundam personam una syllaba: ut accusas accusaui deles deleui cu
pis cupiui munis muniui. **S**ecundae uero quae u loco consonantis
ante o habent productam antepenultimam: quae in praesenti corripit

& eo conuertentia in i una syllaba minuuntur in præterito perfecto: ut caueo caui. moueo moui. pauco paui. foueo foui. In ui diuisas præteritum perfectum exire in omni coniugatione inuenitur: & si uocalis sit penultima ante o in præsentis syllabas pares habet ei præteritum. Inueniuntur autem eiusmodi uerba in secunda uel tertia uel quarta coniugatione: ut doceo docui: moneo monui: rapio rapui: abnuo abnuui: aperio aperui: cooperio cooperui. Sin autem consonans sit ante o in præsentis: præteritum una syllaba abundat: quod in prima coniugatione in omnibus in ui diuisas terminantibus præteritum inuenies: ut domo domui: ucto uetui: sono sonui: seco secui. In tertia uero coniugatione hoc idem obseruatur in his omnibus quæ non habent uocalem ante o: ut oculo ocului: tremo tremui: pono posui succino succinui: quod in secunda & quarta coniugatione non potest inueniri: cum hæc i illa e semper habeant ante o finalem. Et attendendū q̄ penultimæ præsentis tempora seruantur in huiuscemodi præterito siue pares habeant syllabas siue abundant: ut domo domui: ucto uetui: tremo tremui: uolo uolui: pareo parui: candeo candui: habeo habui: aperio aperui: excepto uno: pono posui: quod cum in præsentis producit penultimam po: in præterito eandem antepenultimam factam corripuit. Nec mirum cum solum hoc n in o desinens: & n in s mutauit in præterito: & in ui diuisas terminauit. Et sicut supra diximus: ueteres in ui quoq; syllabam protulerunt. Omnis autem penultima formæ supradictæ: hoc est in ui diuisas desinentium corripitur. **R**aro enim in latinis dictionibus uocalem penultimam ante alteram uocalem productam inuenies: Ideo autem raro diximus: quia in his uerbo auctores producant: ut Virgilius in bucolicis. Omnia uel medium fiant mare uiuite sylua. In ius enim terminant's genitiui penultima anceps est. In græcis autem dictionibus sæpe hoc inuenitur: ut menalus spondeus dia. In si terminantium præteritum perfectum penultimæ uel natura uel positione producant. Natura ut rideo risi ludolusi: haurio hauri: raucio rauri. Positione uel geminata s: ut cedo cessi: gero gessi: premo pressi: uro ulsi: percutio percussi. uel n uel l uel r uel p ante si positus: ut algeo alsi: maneo mansi: ardeo arsi: tergeo terti: repo repsi: scalpo scalpsi: & secunda quidem uel quarta minuunt unam syllabam in præterito: ut rideo risi: suadeo suasi: urgeo ursi: ardeo arsi: farcio farsis: raucio rauri: sartio sarsi. **T**ertia uero pares habent

syllabas tam in presenti quam in praterito : nisi uocalem habeant ante o ut ludo lusi:mitto milti:rado rasi rodo rosi: **S**i enim habeat uo/ calē minuūt ea quoq; unā syllabam: ut concutio concusli excutio ex/ cusli. **S**ecunda enim quoq; & quarta ideo minuunt: quia uocales ha/ bent ante o. **I**n xi terminantia prateritum perfectum secunda & ter/ tia & quarta coniugationis inueniuntur: **E**t tunc tamē natura quoq; producunt penultimam quando sit e penultima : ut rego rexi : tego texti illicio illexi. **I**n aliis enim positione sunt longæ tantum: ut traho traxi : uinco uinxī:duco duxi quod ostenditur esse correptum ex no/ mine:quod ab eo deriuatur:& corripitur dux ducis sicut rexi produ/ ci approbatur ex nomine : quod ab eo nascitur rex regis **Q**uaritur an luceo luxi debeat natura producta accipi. cum lux producitur. **I**n quo etiam illud quaritur si nomen a uerbo an magis ex nomine uer/ bum natum sit:quod esse mihi uerius uidetur quomodo ab igne ig/ neo & ignesco & a flamma flammo flammafeo. **Q**uæ presentis tē/ poris consonantes seruantia ante o uel eo uel io positas easdem ante i finalem habent in praterito penultimas uel natura uel positione pro/ ductas habent siue sint in presentī correptæ siue productæ: ut iuuu iuui : lauo laui: uideo uidi: sedeo sedi : faueo faui: lego legi: defendo de/ fendi fodio fodi: fugio fugi: uenio ueni. **E**xcipiuntur quæ in presentī penultimam i habent correptam eamq; seruant in praterito quoq; pe/ nultimam. **E**a enim non producuntur in praterito perfecto per hanc formam: & si in presentī positione sit longa: ut bibo bibi : findo fidi : scindo scidi **E**t sciendum q; in his quoq; in eo uel in io desinentia uer/ ba una syllaba minuuntur in praterito: ut sedeo sedi : foueo foui: mo/ ueo moui: paueo pauī : prandeo prandi : uenio ueni : reperio reperi : quod notandum est q; antepenultimam: non penultimam produxit positione. **A**lia uero pares habent syllabas cum presentī: ut iuuu iu ui: lego legi: frango fregi : defendo defendi: ago egi. **R**eperunt conso/ nantes primæ quidem coniugationis duo monosyllaba do dedi : sto steti : & ex his composita reddo reddidi: resto restiti: habent etiam pe/ nultimas breues. **S**ecunda uero in principio repetunt quædam & ha/ bent penultimas positione longas: ut tondeo totōdi mordco momor di: spondeo spopondi: pendeo ppendi. **T**ertia autem quædam in principio repetunt : quædam in fine . **I**n principio repetentia si in presentī penultimam breuem habuerint. in praterito quoq; corripit

micās micui: seco secas secui: sono sonas sonui: tono tonas tonui:
ucto uetas uetui: plico plicas plicui: uel plicauit: quod maxime ex con-
positis dignoscitur. Nam cum præpositione magis per uerba diuisas Cū
nomine uero compositum per aui terminat præteritum perfectum:
ut implico implicui: applico applicui: explico explicui: displico displicui:
replico replicui: complico complicui: duplico uero duplicauit: tri-
plico triplicauit: multiplico multiplicauit. Inuenitur tamen etiam cum
præpositione in aui faciens præteritum: sed in raro usu. **Pacuius:**
Quæ te applicauisti tam crumnis obruta. **Cicero in rhetoricorum**
secundo. **Quod in itinere tam familiariter se applicauerit.** **Varro**
de poetis libro secundo. **Deinde ad siculos se applicauit cubo quoque**
cubui facit: a quo composita tam primæ quam tertiæ coniugationis
inueniuntur: idem tamen habent perfectum: incubo incubas incubui
Nexo quoque nexas uel nexis: ut probo placet nexui. **Virgilius in qui-**
to. **Nexantem nodis: sequi in sua membra plicantem: secundum pri-**
am protulit coniugationem. **Liuius tamen in odyssea.** **Nexebat**
multa interfluxu nodorum dubio. **Accius in deiphobo.** **Nos conti-**
nua ferum crispimus omnibus manicas neximus. **Necto tamen est**
eius primitiuum. **Nam quomodo a participio amplexus: quod ex**
uero nascitur amplector fit uerbum frequentatiuum amplexor am-
plexaris. **Sic a nexus participio: quod nascitur a uerbo nexa fit fre-**
quentatiuum nexa nexas. **Vnde manifestum est quod rationabili-**
us hoc secundum primam coniugationem protulit **Virgilius.** **A ne-**
cto tamen similiter nexui protulerunt plerique. **Quidam tamen etiam**
nexi necto nexi dicentes. & flecto flexi & flexus. **Virgilius in quin-**
to aeneidos & paribus palmas amborum innexuit armis. **Lucilius in**
quinto. **Hic solus uigilauit opinor & cum id mihi facere uisus est tū-**
retia nexit. **Supradictis addunt quidam neco necaui uel necui: sicut**
& Probus & Carisius & Diomedes. **Ideo quod participium præte-**
riti passiuum necatus a necaui: & nectus a necui facit. **Horatius in**
primo epi. **Spem mentita seges: bos est enectus arando.** **Liuius ab**
urbe condita. xxi. **Fame frigore illuuiæ squallore enecti.** **Cicero in**
tuscula. ii. **Enectus siti tantalus.** **Sed proprie necatus ferro: nectus**
uero alia uia peremptus dicitur. **Ennius.** **Hos pestis necuit: pars oc-**
cidit illa duellis. **Excipiuntur præterea hæc quattuor. do dedi. sto**
steti iuuo iuui: lauo laui: quod antique tertiæ quoque coniugationis
profertur: lauo lauis lauit **Plautus in pseudulo.** **Gestas tabellas eas**

lachrymis lauit. Virgilius in decimo. Lauit improba teter. Ora
cruor. Idem in secūdo aeneidos. Fluuidum lauit inde cruorem. A do
 quoq; composita & a monosyllabis prapositionibus tertiae sunt con
 iugationis: ut addo addis: reddo reddis: trado tradis: prodo prodis.
Nam circundo circundas facit: quia circum & dissyllabum & magis
 aduerbium est. Et hoc solum uerbum primae coniugationis a penulti
 mam in praesenti & in praeterito imperfecto & in futuro & in finito &
 participio praeteriti & futuri corripit. damus daris deris dabam datur
 dabo dare daturus datus. Et quae ex hoc solent fieri: ut dabam dabi/
 mini. Da enim ubiq; ante finem corripitur in hoc uerbo simplici: ut
 daturus datum datu dator. ut Virgilius in primo aeneidos Vix e con
 spectu siculae telluris in altum Vela dabant. Idem in eodem. Adsit
 laetitiae bacchus dator: & bona Iuno. In eodē. O passi grauiora: dabit
 deus his quoq; finem. Idem in eodem. Si datur Italiam sociis & rege
 recepto. Idem in sexto. Cui datus herebam custos: cursusq; regebam
Idem in tertio. E pater Anchises dare fatis uela uidebat. Persius. Qui
 damus id superis de magna quod dare lance Non possit magni mel/
 salae lippa ppago: Asto quoq; cōposita seruāt duplicationē praeteriti
 ut resto restiti cōsto cōstiti prosto pstiti. Quidi. tamē absti p absti
 ptulit in. xi. metha. Alcione lachrymis: & quae pars admonet absti.
Abstisto enī & absto abstiti facit. Supinū uel pticipiale in um desinēs
 oīa primae cōiugationis uerba quae in aui praeteritū termināt. ui in tū
 cōuertētia faciūt ut amaui amatū orauī oratū flauī flatū. quae uero in
 ui diuisas desinunt si e ante o habuerint mutant ui in tum: ut frico fri/
 cui frictum. Vnde Iuuenalis in secundo. Si prurit frictus ocelli angu/
 lus. similiter seco secui sectum. sic ergo necui facit nectum. Qui. in. iiii
 meth. Nec tu iam poteras enectū pondere terrae: tolle nympha caput
 mico quoq; micui micū debet facere Sed dubitationis causa quia mī
 go quoq; micū facit in usu nō inuenit quis ab eo uerbū cōpositū di/
 mico dimicauī facit & dimicatum Liui. i. xxxiii. Iuxta quoq; acie &
 collatis signis dimicatū. quidā auctores usi sunt rōnabiliter dimicauī
 q̄q̄ emico emicui faciat. Luca. i. p̄rio. Qualiter expressū uētis p̄ nubila
 fulmē emicuit. Plico quoq; ēt plicatū & plicitū facit quia & plicauī &
 plicui. Ex eo igit̄ cōposita penultimā a uel i hēnt i supinis: duplicauī du
 plicatū explicauī explicatū iplicui uel iplicauī qd̄ in raro usu ē iplicitū
 uel iplicatū. Vnde Lu. i. iiii. Implicitas magno caesar torpore cohortes
Ci. uero i pifone. Quid auariciae q̄ criminibus ifinitis iplicata summa
 f iiii.

nūc explicē. **Idē in eodē.** Familiaritate iplicatus. **Sal. in. iiii. histo.** Implicatae rates ministeria phibebāt. Alia uero i ui diuisas praeteritū desinetia: ui i tū cōuertūt i supino penultima correpta: domui domitū: cubi cubitū tonui tonitū sonui sonitū. **Hor. tamē i epo.** Intonata ptulit secūdū analogiā p itonita. Nō me lucrina iuuerit cōcilia magisue rūbus aut scauri si quos eois itōata fluctibus hyems ad hoc uertit mare uetui uetitū crepui crepitū accubui accubitū. **Sta. i. i. achi.** quē quisq; sacrarat accubitu gēioq; locū. **Hæc tamē ipsa & secūdū tertiā uetustifsimi ptulisse iueniunt cōiugationē ut. En. in. xi.** An tūc clipei resonāt & ferri stridet acumen. **Idem in. xiii.** Littora lata sonūt: Accius i clytē nestra: Sed ualde resonūt regiæ domus. **Luc.** Incaligare oculos sonere aures regiæ Steti uero statum lupinum penultima producta debet facere. **Vnde Lu. in. ii.** Cōstatura fides superū. cū datū & datus sicut supius ostēdimus corripiat penultimā. Est tamē in hoc quoq; notandū q; noīa ab eo deriuata a penultimā corripiūt: & antepenultimā: ut status stara statū stabilis. **Luca. in. x.** Quorū stata tēpora flatus. **Idē i y.** Quā nō e stabili tremulo: sed culmina cuncta Despiceret. Cōposita ab eo uarie uetustissimi ptulerūt alio altitum & altatū praesto praestitū & praestatū. **Aemilius porcina in oratiōe.** Vti lex æmilia abrogetur tēpore altiturū atq; periturū me esse. **Bru. in. epi.** Occiso Caio Casare postq; mare transierat praestaturū est. **V** quoq; longa aetate unū habet iutum & ab eo cōpositū ut adiutū. **Au** quoq; lautū quīs uetustissimi etiā lauātū solebāt dicere. **Vnde Terē. i cunu.** Abcūt lauātū p̄strepūt p̄ lautum. **Et Ouidius in quarto fastorum.** Siluia uestalis: quid enim uetat inde moueri. **Sacra lauaturas mane petebat aquas. Potum quoq; pro potatū.** **Virgi. in. buc.** Et potū potas age tityre: & interagē dum. **Terē. autem in phor. p̄fecte ptulit.** Nam apud me potaturus ē **Virgi. in bu.** Huc ipsi potū uenient p̄ prata iuuēci. **Idē i geor.** Quoq; modo potis gauderēt in tibia fibris. **Luca. i. v.** Strymona sic gelidum bruma pellēte relinquūt. **Poture te uille grues. Sciēdū tamē q; in um desinēs supinū accepto uerbo infinito: quod est ire: facit infinitū futuri ut oratū ire domitū ire lautum ire uel lauātū ire. Frequēter tamē antiquissimi neutro futuri addebāt esse. & infinitū futuri significabāt ut oratū esse p̄ oratū ire dicētes & facturū esse p̄ factū ire. Ca. in. v. origi.** Illi polliciti se se facturū oīa p̄ eclipsim eē: p̄ factū ire: qd̄ græci dicūt ποιησειν. quod ē infinitū futuri. **Luci. in. xvii.** ad penlopeam cōuersus ait: **Nupturū te nupta negas: q; uiuere Vlyxem speras: i hoc quoq; subau**

diendū ē esse. i. nuptus; eē p nuptū ire: γαμνῆσι δὲ Σαί Sylla. xxi. rex
 suas; ad sūmā pnicie rēpublicā puētūrā esse p puentū ire ἔλεος δὲ Σαί.

De praterito pfecto secunda coniugationis.

Secunda cōiugatio in eo desinit: & ea terminatio propria est
 secūda cōiugatiōis: exceptis paucis priā cōiugationis meo
 meas beo beas laqueo laqueas nauseo nauseas enucleo enu
 cleas creō creas screeo screeas calceo calceas qđ alii calcio calcias & quar
 tā duobus eo is. & qđ quis; & quā ex his cōponunt: ut adeo reddeo
 pereō ueneo nequeo i antecedēte unū inuenitur: cieo cies hoc ē uoco.
 Vnde **Vir. in. i.** Bella cient primaq; uetant cōsistere terra. **Idem in. vi.**
 Aere ciere uiros: martēq; accendere cātu. Inuenitur tamen idem etiā
 i o desinēs quartā cōiugationis Vnde **Statius i. iiii. theba.** Suus exciit
 in arma Antiqua tiryntia deus. **Luca. in. ii.** Nunc urbes excite feras:
 date gentibus arma. **Lucre. Auar. cimus ad ortus.** **Liuius in. xviii.** ad
 uersus interfectores. **C.** Cæsaris ultoris manum comparans concibat
 Prateritum eius tam in secūda q̄ in quarta desinit cii uel ciui. **Luca.**
in. vii. Quātas in prelia nunq̄ Cōciure manus. **Virg. in. v.** Famaq;
 finitimos: & clari nomē a cestā excierat. **Observandū autē i omnibus**
est qđ si minuat præsētis syllabas prateritū necessario penultimā pro
ducit siue correpta siue pducta sit i præsenti nisi syncopā patiatur ut
 cieo ciui & per syncopā cii rideo risi faueo faui augeo auxi moueo mo
 ui sedeo sedi facio feci fugio fugi fodio fodi uenio ueni. **Ergo liqueo li**
qui & lāgueo lāgui pares habent in praterito & in præsenti syllabas.
Corripiunt enim penultimas prateriti idq; usus cōprobat. Quidius
in sexto methamo. Imposito tratri moribunda relanguit ore. **Idem in**
tertio Nectare corpus deliquit Idem in. vi. Deliquit: stagnumq; suo
 de nomine fecit. **V** loco consonantis ante eo habentia eo in i conuersa
 faciunt prateritum: & pducunt penultimam necessario secundū prae
 monstratam regulam: ut moueo moui faueo faui caueo caui pauo
 pauu uoueo uoui: Inueniuntur tamen auctores: qui quomodo in prae
 terito primā coniugationis in ui syllabam terminante faciunt in se
 cunda tam in singulari quam in plurali. in tertia plurali in runt de
 sinente persona penultimā syncopam syllabae: sic etiam in secunda
 cōiugatione quando prateritum i ui desinit. **Virgilius i quarto aene.**
Hircanæque admorunt ubera tigres. pro admouerunt. **Horatius**
in primo sermonum. Hunc hominem uelles si tradere dispercam: ni
 summoesses omnes: pro summouisses **Conniueo** quod etiam conni /

uo secundum tertiam protulerunt ueteres prateritum tam in ui quā
 in xi habuit. **Nummius Crassus** in .xxiii. iliado. **Nā** conuiui oculos
 egodeide sopore. **Turpilius** i paraterusa. **Dū** ego cōnixi sonno hic si/
 bi pspexit uigilās uirginē. **Ferueo** quoq; etiā & feruo iuenit: ab utroq;
 tamē prateritū ferui dicit. **Terent.** in adelp. **Sperabā** iā deseruisse ado/
 lescētiā. **Nec** solū ea diuersarū cōiugationū iueniūtur uerba: sed multa
 praterita ut strideo strides & strido stridis & fulgeo fulges & fulgo ful
 gis dēleo dēses & dēlo dēsas & oleo oles & olo olis. caluus conuiere
 infinitum secundum tertiam cōiugationem correpta penultima pro/
 tulit. **Cum** grauis ingenti conuiere pupula sono **Perseus** uero secun
 dā protulit. **Veh** nisi conuires oleum artocre absque popello largior
A feruo. **Virgilius** in primo. **Feruet** opus redolentq; thymo fragran/
 tia mella: a feruo. **Idem** in octauo. **Ferue**re leucatem auroque efful/
 gere fluctus. **Lucius** nunc feruit ad hamum. **Terentius** in adelphis:
Cum maxime feruet tam placidum quasi ouem reddo: unde feruesco
 dicitur tamen etiam per b ferbeo: ex quo ferbui. **Horatius** in primo
 sermonum. **Vellatumque** stola mea cum conferbuit ira: unde & fer/
 besco. **A** strideo. **Lucanus** in quarto. **Auribus** incertum feralis strideat
 umbra **A** strido. **Virgilius** in octauo. **Striduntque** cauernis: stricturā
 chalybum & fornacibus ignis anhelat. **A** fulgeo. **Virgilius** in quinto
Ipsique in pupibus auro ductores longe effulgent. **A** fulgo. **Idem** in
 octauo auroque effulgere fluctus. **A** denso. **Ennius** in octauo ānaliū.
Densantur campis horrentia tela uirorum. **A** denseo. **Virgilius** in de
 cimo. **Addensent** acies .ab oleo. **Terentius** in adelphis. **Olet** unguen
 ta de meo. ab olo. **Plautus** infinitiui uerbi syllabam corripuit in muste
 laria. **Non** omnes possunt olere unguenta exotica. **Supinum** a prate
 ritofit mutata ui in tum: ut ciui citum moui motum foui fotum. **Nec**
 solum in secundā coniugationis uerbis in ui prateritum facientibus
 sed etiam in aliis est obseruandū: ut amaui amatū accusaui accusatū
 adiuui adiutum cupiui cupitum arcessiui arcessitum. **Excipiuntur** la
 ui lautum caui cautum faui fautum quā differentia causa p a longa
 au diphthongum habuerunt propter latum eatum fatum quā alias
 habent significationes. **Et** sciendum quod in omnibus huiuscemodi
 supinis penultima producitur exceptis fatum a sero seui: quod etiam
 ferui habuit in usu antiquo unde fertum & sino siui situm. **Et** a po/
 no posui uel posui secundum antiquos positū: litū itū quitū notāda
 sunt. **Virgilius** in .iiii. georgicorum: **Et** paribus lita corpora guttis. In

deo exeatia longa uocali naturaliter antecedente uel ar syllaba deo
 in si conuersa faciunt prateritum ut suadeo suasi rideo risi ardeco arsi
E uero uel i breuibus ate deo positus producant easdem uocales: & eo
 in i mutantia faciunt prateritum ut sedeo sedi & ex eo composita in /
 sideo infedi subsideo subsedi resideo resedi uideo uidi inuideo inuidi
 prouideo prouidi. **E**t notandum quod a sedeo composita quanuis e
 in i conuertant in praesenti: in praterito tamen tandem e productam
 seruant: ut possideo possedi. **S**trideo quoque stridi facit quod etiam
 strido stridis tertiae coniugationis inuenitur. **I** autem tam in praesen
 ti quam in preterito productam habet. **Virgilius in. viii:** Striduntq;
 cauernis: stricturae chalybum & fornacibus ignis anhelat. **Lucilius in**
vi. Auribus incertum, feralis strideat umbra. **Stattius in quarto.** Hu
 ius in aspectu luco stridere saegyptae. **Accius in iaccestide** Cum stridet
 retracta rursus in celix. **S**in autem prima syllaba in determinatorum
 post mutam aliquam uel in semiuocalem e uel o correptas habuerit
 in aliquam liquidam desinentes duplicatur sic tamen ut priori gemi
 natarum extrema consonans subtrahatur. & sic eo in i conuersis fit
 prateritum perfectum ut pedeo pependi tondeo totondi mordeo mo
 mordi spondeo sponendi a quo etiam s in secunda demitur syllaba
 euphoniae causa in compositione tamen haec eadem non geminat su
 pradictam syllabam: ut respondeo respondi dependeo dependi de
 mordeo demordi praemordeo praemordi detondeo detondi uetustis
 simi etiam detotondi protulerunt. **Ennius in annalibus.** Et detoton
 dit agros latos atque oppida cepit. **A**t **Varro** in magno talento. De
 totonderat forcipibus uitari fer. s. **A**u autem ante deo habetia per par
 ticipium in praterito declinat: ut audio ausus sum gaudeo gauisus
 sum **V**etustissimi tamen & ausi pro ausus sum & gauisi pro gauisus
 sum protulerunt. **Cato Censorius** in oratione pro **Lucio Antonio** Be
 neficii postridie iussisti adesse i die ex die no ausi recusare. **Liui.** in o
 dyssaea. Quonia audiui pauci gauisi. **Lucius Cassius** emina i secudo
 annalium. Idque admiratum esse gauisi. **I**n hoc uero etiam illud at
 tendendum quod ausim ausis ausit. pro subiunctiuo audeam audeas
 audeat inuenitur: **Virgilius in. ii. georgicorum** Ausim uel tenui uite
 committere sulco. **Ouidius in. vi. methamor.** Et nihil est quod non
 in opino captus amore Ausit: nec capiunt iclusas pectora flamas. **O**ia
 aut supradicta uerba deo in su couertentia faciunt supinum ut rideo risu
 mordeo morsu pedeo pesu toneo tonsu respodeo resposu audeo ausu

Gaudeo uero etiam i post u assumpsit euphoniae causa gauisum .
 A ledeo praeterea geminatum s ut lessum . Et fortasse differentiae cau-
 sa: ne si lesum diceretur duae partes putarentur esse . Alia uero omnia
 in deo desinentia in ui diuisas proferunt praeteritum : ut candeo can-
 diui: studeo studui: frondeo frondui: splendeo splendui: quorum supi-
 na mutatione eo in i & assumptione tum debent fieri: ut caditum stu-
 ditum fronditum splenditum . **R**arissime tamen ab omnibus neutris
 secundae coniugationis quae in ui diuisas faciunt praeteritum inuenio
 uel huiusmodi supinum uel participium futuri: ut caleo calui: tepco
 tepui: horteo hortui: flacco flaccui: rubeo rubui: palleo pallui . si qua
 tamen inueniuntur i breuem habent ante tum . **V**nde **Iuuenia** . a careo
 carui in secundo . **T**ollere dulcem **C**ogitat heredem cariturus turtu-
 re magno . **E**t **C**icero ualiturus a ualeo . **E**xcipit praedeo prandi . **P**lau-
 tus in **menachinis** Prandi & potaui: & scortum accubauit . **A**dq; tamē
 in sum facit supinum quomodo superiora: ut pransum . quod tamen
 quis sit neutrum habet participium praeteritum prāsus: ut cenno cen-
 natus: iuro iuratus: careo cassus: pateo passus: tit ubo titubatus . &
 multa praeterea a uetustissimis similiter prolata sunt participia prae-
 teriti a neutralibus: ut a seneco senectus ὁ γηρασσός discedo discessus: ὁ
 ἀνσχωρισσός inretero interitus ἀπολωλεκώσ obeo obitus ὁ ἀπολέσσο
 occido occalus ὁ Δυκῶσ potus ὁ πεπωκῶσ καὶ ὁ πῶσεισ: ut iuratus:
 ω μὲν ὄκῶσ ὁ ὠ μὲν ὄσεισ . **C**atullus **S**ed hoc fuere nō recondita senecta
 quiete . **S**enesco enim inchoatiuum est . **S**alustius in quarto historia-
 rum: **O**mnes quibus senecto corpore animus militaris erat . **C**ecilius
 in quarto: **C**ustodibus discessis multi interficerentur . **C**laudius: **P**u-
 gna acriter commissa multis interitis . **L**iuus in prothesilao: **C**upidi-
 us miserulo obito . **L**ucilius in secundo: **Q**uæ horis sublata duabus
 omnia sunt sole occaso ductoq; . **A** decrefco quoq; decretum **L**iuus p-
 tulit in tertio **E**rotopagmon: **N**octe dieq; decretum: & auctum **T**er-
 tius in ecyra: **Q**uid agis cum uirgine una adolescēs cubuerit plus po-
 tus . **H**oc tamen idem Iuuenalis passiuē protulit in quarto: **E**potaque
 flumina medo prandente . **S**icut & iuratus tam actiue q̄ passiuē pro-
 fertur . **C**icero in secundo uerrinag: **M**alo ei iurato suam tanq̄ iniura-
 to alioq; tabellas committere . **L**ucanus in octauo: **M**ihi p latium iu-
 rata tonātem . **A** titubo quoq; titubatus . **V**irgilius in quinto: **V**estigia
 presso **H**aud tenuit titubata solo . **I**dē in tertio: **N**unc cassum lumine
 lugent . **Q**uanuis a careo futuri pticipium non cassurus sed cariturus

faciat sicut supra ostendimus **Iuuenalem** protulisse in secundo. **A** pa
 teo quoq; passus nascitur teste **Virgilio** qui ponit in tertio **Aeneidos** :
Et pater anchises passis de littore palmis. Idē in secundo. **Passis** pria
 meia uirgo. **In** geo desinentia l uel r antecedētibus geo in si conuersa
 faciunt präteritum perfectum ut indulgeo indulsi fulgeo fulsi algoe
 alsi urgeo ursi tergeo uel tergo terfi. quod probus & **Carisius** & **Cel-**
sus & **Diomedes** comprobant & ipse omnibus ualidior usus. **Iuue-**
nalis i primo: **Sed** mox & pocula torques **Saucius**: & rubra deterges
 uulnera mappa. **Idem** in quinto. **Vasa** aspera tergeat alter. **Horatius**
 in secūdo: **Posito** pauone uelis quin hoc potius q̄ galina tergere pala-
 tum. **Terē.** in eu. **Ego** imperatoris uirtutem noueram: & uim militū
 sine sanguine hoc non posse fieri quin abstergerem uulnera. est enim
 iambus quaternarius qui stare nō potest: nisi penultima abstergerem
 pducatur. **Mulgeo** quoq; mulsi facit quis differētia cā quidam mul-
 xi ptulerūt quia mulceo quoq; mulxi facit. **Vir.** in. iii. geor. quod sui-
 gente die mulxere horisq; diurnis nocte premūt: **En.** in. vii. ānālium
Mulserat huc nauē cōpulsam fluctibus pontus. **Idē** in. ix. **Cyclopi-**
uenter uelut olim turserat alti carnibus humanis distētus. **Lu.** in. xx.
Purpureo terfit tunc latas gauisape mensas. **Idem** in quarto **Obterfi**
ebrius. **Syllaba** uero naturaliter longa ante geo posita mutāt geo i xi
 & faciunt präteritum perfectum lugeo luxi: augeo auxi: frigeo frixi.
Alia uero oīa in geo desinētia eo in ui diuisas mutāt: ut egeo egui: in-
 digeo indigui: rigio rigui: uigeo uigui. **Supina** quaedā in li terminan-
 tia präteritum i in um conuertentia faciunt: siue secundae siue tertiæ
 coniugationis sint: nā quartæ in tum faciūt supinū: ut indulsi indul-
 sum uel indultū. **Vnde** **Marcellinus** rerū gestarum. xiiii. **Tāq̄** licētia
 crudelitati indulta. **Fulsi** fulsum alsi alsum terfi tersum læsi læsū lusi
 lusum mulsi mulsi uel mulctū. **Salu.** in. iii. histo. **Deinde** lenita iā ira
 post postera die liberalibus uerbis pmulcti sūt. **Torsi** quoq; torsū: &
 tortū facit. **Vnde** **Ci.** in cōcione **Metelli.** **Quod** pmulsa atq; recreata
Varro in satyra. **Capite** pmulso. **Iraq;** & tortores & torfores dicimus.
Cato in. ii. originum. **Marsū** hostē occidit priusq̄ pelignus. **Præterea**
 marsuemi uocātur de marso detorsū noimē. **Te.** i. phor. **Bonos;** cōtor/
 tor. legū distortor. **Cice.** in. iiiii. **Quod** fanū deniq; qd̄ non auersū atq;
 extorsū reliqueris. **A** tergo terfi tersū dixit secūdū supradictā pportio-
 nē. **Excipitur** gessi gestum: ussi ustum facientia supinū. **In** xi uero faci

entia prateritum cuiuscunq; sint coniugationis: xi in clum conuertē
tia faciunt supinum: ut luxi luctum: auxi auctū: frixi frictum: aspexi
aspectum: illexi illectum: duxi ductum: neglexi neglectum: traxi tra
ctum: struxi structum. sinxi uero facit fictum: & pinxi pictum: strixi
strictum: minxi mictū: euphoniae causa n in supino abiiciunt: quāuis
iunxi iunctum: tinxi tinctum: unxi unctum & pupugi & punxi pun
ctum & sanxi sanctum seruant in supino quoq; n. **Excipiuntur flexi**
& fluxi quae in supinis quoq; seruauerunt x: ut flexum fluxum. Quā
uis uetustissimi & fluctus pro fluxus & flucturus pro fluxurus soliti
sunt dicere. **Vnde & fluctus ipse motus aquarum.** In qui uero facien
tia prateritum quia neutralia sunt non habent in usu supina: debent
autem secundum analogiam in itum facere ea sicut supra dictum est
In quo definiens unum inuenitur secundae coniugationis in si termi
nans prateritum: ut torqueo torisi & ex eo composita: distorqueo dis
torisi: contorqueo contorisi: extorqueo extorisi. **Supina secundum pau**
loante expositam regulam in sum proferunt: ut torsum distorsum cō
torsum extorsum. Inuenitur autem & in tum frequentius. **In leo defi**
nientia si ante alteram consonantem coniunctam habuerint i eadem
syllaba. **Et ab oleo uel leo composita per ui syllabam faciunt prateri**
tum: ut impleo impleui: compleo compleui: suppleo suppleui cuius
simplex uerbum non legi: fleo fleui: defleo defleui: cleo cleui: oleo ole
ui: aboleo aboleui: adoleo adoleui: exoleo exoleui: deleo deleui: re
leo releui: quanuis oleo oleui & olui faciat. **Et similiter redoleo redo**
leui & redolui: quia nō mutauit significationem. **Horatius in primo**
epistolarum: Vina fere dulces oluerunt mane camœnæ. **Lucilius in**
.xxx. Quis totum scis corpus iam perolese bisulcis: pro oleuisse: Vir
gilius in duodecimo Mox cum matura adoleuerit atas. **Varro tamē**
etiam & adolui protulit in tertio rhetorum. Postq̄ adoleuerit hæc iu
uentus. Cassius ad tiberium. At contra aegypto sacrificium nisi inte
grum anserem adoluerunt. Passiui quoque participium adultus pro
adoletus prolatum est. Ancias in. lxxiiii. Et omnes hostiæ uituli. xx
vii. coniecti & omnia adulta sunt. Obsoleo quoque obsoleui facit.
Non est enim a soleo quod solitus sum uel solui secundū Salustium
facit prateritum: qui in secundo historiarum ponit. Neque subsidiis
uti soluerat. sed ab ops & oleo. sicut obscenus ab obs & caniendo uel
ceno uel ἀποτῶ κυνός. Vnde & in quinto Cicero de imperio.

Cnei Pompei. **Obsoleuit** tam ista oratione multo magis q̄ uerbis re/
futata. **Idem in primo rhetoricorum**: Hoc uero a plerisq; eorum de/
sertum obsoleuisse. **Idem pro Celio**: Chartæ quoq; quæ illam pristi/
nam seueritatem obtinebant obsoleuerūt. **Exoleo** quoq; exoleui. **Vn**
de exoletus exoleta exoletum. **Plautus in medico**: Domi reliqui exo/
letam uirginem: id est grandem quæ exoleuerat. **Aboleo** uero uelut
redoleo & aboleui facit præteritum. **Vnde** & aboletam & abolitū &
abolitio dicitur. **Liuius**: Et si omnes diuini humaniq; memoria abole
uerit. **Persius**: Hoc iuuat hoc inquis ueto quisq; faxit oletum. **Cicero**
in uerri. de præfectura urbana: **Vereor** nec hæc cupiam nimis antiq̄ua
& etiam aboletata uideantur. **A deleo** cuius simplex. i. leo in usu nõ est
deletum a delino delitum nascitur: quod **Probus** & **Caper** compro/
bat. **Vsu** quoq; adiuuante **Virgilius in quarto georgicorum**: Et pari/
bus lita corpora guttis. **Cicero in primo epistolarum ad Caluinium**:
Tulit moleste q; litteræ delitæ sunt mihi a te redditæ. **Idem in quarto**
uerrinarum: **Tabulæ** sunt in medio quæ se corruptas atq; interlitas
esse clamant. **Acti**. in atero. **Epularum** fictor scelerū fratris delitor. **Su**
pina secundum iam supradictam regulam in ui syllabam præteritū
terminantium faciunt: ut completū defletum: aboleui absoletum: ab
oleui aboletum: abolui abolitū: deletum a deleo. **Vnde** & letum ipsa
res quæ delet uitam quasi a leo simplici quod in usu non est p̄fertur.
Alia uero omnia i leo uerbã definetia eo in ui diuisas transcuntia faci/
præteritū: ut doleo dolui: caleo calui: palleo pallui: excelleo excellui:
quod & exc ello iuenitur. **Alia** quoq; oia secūda coniugationis uerba
quacūq; cōsonãte ante eo posita: eo in ui diuisas cōuertētia faciūt præ
teritū p̄fectū: ut habeo habui rubeo rubui doceo docui arceo arceui ti/
meo timui iaceo iacui teneo tenui caneo canui stupeo stupui tepeo te
pui pareo parui careo carui horreo horruui floreo florui ceseo cēlui pa
teo patui liqueo licui ex quo liqueo i choatiuū. **Quidi**. i quarto me/
thamorpho. **Protinus** imbutum cælesti nectare corpus **Delicuit**: ter/
ramq; suo madefecit odore. **A liceo** quoq; licui facit. **Excipiūtur** hæc
iubeo iussi: sorbeo uel etiam sorbo: ut **Probo** placet sorbsi uel sorbui.
Lucanus in quarto: **Absorbsit** penitus rupes & tecta ferarū. **Cicero in**
secundo philippi. In sanguinem ciuilem exhaustit uel potius exorbuit
Idem pro Murena: **Difficultatē** exorbuit. **mulseo** mulsi: maneo man
si: neo neui: hæreo hæsi: luceo luxi: polluceo polluxi. **Plautus in sti**
cho. **Vt** decimam partem **Herculi** polluceam. **Neuius in colace**.

Qui decimas partesq uatum alieni fuit polluxit tibia publicado epu/
 lo **H**erculis decimas. **S**upina in ui quidem diuisas facientia prateri/
 tum neutra deficiunt sicut supra diximus : ut stupui canui tepui hor/
 rui parui egui : deficit etiam metui timui, nam carui uel caritum uel
 calium uidetur posse dici: quia luturi participium cariturus prateri/
 tum cassus inuenitur. **I**uuenalis in secundo : Quomodo ante latum
 est . **T**ollere dulcem cogitat heredem cariturus turture magno. **V**ir/
 gilius in secundo aeneidos: Demisere neci non cassum lumine luget:
Actiua uero plerunq uocales in i correptam conuertentia assumunt
 tum: ut habeo habui habitum: inhibeo inhibui inhibitum: praebuo pra/
 bui praebitum: moneo monui monitum. **P**auca autem ui in tum con/
 uertunt: nisi consonantium natura prohibeat: ut teneo tenui tentum
 doceo docui doctum: censeo uero censui censum: quia in simplici di/
 ctione n antecedente: s & t sine r sequi non possunt. **I**ussi uero & mul/
 si & mansi & haesi secundum praenunciatam regulam in si proferentium pra/
 teritum: in um conuertentia faciunt supin: ut iussi iussum: mulsi mulsu:
 mansi mansum: haesi haesum: a sorbui sorbitum: a sorpsi uero sorptu de/
 bet fieri supinum: ut habeo habitum: praebui praebitum: a scripsi scriptum: a
 nupsi nuptum quorum neutrum in usu non inueni: i dest nec sorpitum nec sor/
 ptum. a luxi quoq; luctum & a polluxi polluctum. exigit ratio in xi
 terminantis praeteriti: sed auctoritas deficit. **N**eui uero in ui terminan/
 tiu seruat regulam in supino conuertens ui in tum: ut neui netum.

Incipit hic. x.

In io a antecedente unum inuenitur aio quod in prima qui/
 dem persona i loco consonantis habet duplicis quae & ge/
 minabatur a uetustissimis aiio. **I**n secunda uero & tertia per/
 sona transit in uocalem necessario quia consonans sequitur ais ait:
Itaque pares habet in tribus personis syllabas cum omnia in io desi/
 nentia tertiae uel quartae coniugationis una syllaba minores habent
 prima persona secundam & tertiam: ut facio facis audio audis. **S**ed
 in hoc primae personae penultima positione producitur: secundae ue/
 & tertiae corripitur. **E**t sicut quibusdam uidetur tertiae est coniugati/
 nis: nec per totam coniugationem in usu inuenitur: cuius praeteri/
 tum cum ait inueniatur in tertia persona: debuit ai primam perso/
 nam facere quae in usu non est. **P**otest tamen ait quoq; praesens intel/
 ligi p praeterito. **S**ed cum imperatiuus in i terminans reperiat: quartae

magis esse ostenditur coniugationis. **Neuius.** An nata est sponsa prægnans uel ai uel nega. **E** quoq; antecedente in io unum inuenio meio tertiæ in quo similiter i loco consonantis est luuenalis eius infinitum profert in primo: **Cuius** ad effigiem non tamen meiere fas est. **Perfius** **P**inge duos angues pueri sacer est locus extra me uite. **Q**uidam tamē esset meio meias dici putauerunt. **Sed** mingo quoq; minxi dicitur: ex quo præteritum in ulu minxi. **Vnde Horatius.** Hunc perminxere calones. **Ex** quo secundum regulam nascitur i ctum supinum ut mictum. **Horatius** i primo sermonum. **M**etior at si quid merdis caput inquinat albis coruorum. **Atq;** in me ueniant mictum atq; cacatum. **Vnde** etiam meditatiuum micturio. ut lectum lecturio partum parturio esum esurio. **A** supinis enim solent meditatiua fieri. **In** io quoq; u antecedente unum inuenitur inquo: quod pleriq; artium scriptores putant in usu non esse. **Sed Cicero** ponit in secundo de oratore: **Attē** dere & aucupari uerba oportebit inquo: ut ea quæ sunt frigidiore uitemus **In eodem.** **Tu** uero inquisti molestus non eris. **Idem** in uerri. de signis **Qui** me ubi uiderunt ubi sunt pamphile inquisti sciphi. **Idē** in quarto ad **Herēniū**: **Q**uid enim tibi uis aliquis inquit. **Ex** quo apparet secundum analogiam inquam quoq; debere dici. **Idem** ad eundem in quarto **At** non affricani nepotes inquit istiusmodi fuerūt **In eodem.** **V**idete iudices nunc iquit quemadmodum me plagioxipus iste tractarit. **Perfius.** **H**oc iuuat hoc inquis ueto quisquā faxit oletum: **T**rentius quoq; imperatiuum. inque in phormione posuit **Tū** antiphonem uideo ab se se emittere inuitum eam inque. **Ergo** se / cundum analogiam tertiæ coniugationis inuenitur eius tota fere de / clinatio uerbi. supinum uero ab eo non inueni nec q; solent ab eo nasci **In** cio antecedente a mutant in e productam: & abiecta o productaq; ifaciunt præteritum: ut facio feci iaceo ieci. **Ex** his quoq; composita cum præpositione quauis in præsentis mutant a in i tamen præteriti regulam seruant: quæ est in simplicibus: ut efficio effeci perficio perfe ci. **Imo** autem dixi cum præpositione composita mutare a in i quia si cum alia parte componuntur seruant a: ut calefacio calefeci tepefacio tepefeci tremefacio tremefeci stupefacio stupefeci abucio quoq; abiecti facit: conucio conieci inucio inieci prouicio quoq; proieci. **Inuenitur** tamen etiam simplex icio icis. **Virgilius** i xii. æneidos. **I**ctum iam secus: & omnes compositæ leges. **Alia** uero i ante cio habentia eandem i in e cōuertunt: & cio in xi: ut aspicio aspexi: cōspicio cōspexi illicio

illexi: pellicio pellexi. Excipitur elicio elicui **Liuius** in quarto libro ab
 urbe condita. Ad colloquium autem elicit. Et puto ideo ne si elixi di
 cremus: necessario participium electus fieret. & esset dubitatio signi
 ficationis: pellicui quoque pro pellexi ueteres protulerunt. **Liuius** in lae
 domia. Aut nunc quempiam ante alia te illo asiatico ornatu proflu
 ens: aut dardano aut lidio fulgens decore. Et gloria pellicuit. Sed **Te
 rentius** in phormione Is senem per epistolas pellexit modo non mon
 tes auri pollicens. Inuenitur etiam alicui & pellicui. **Piso** in historia
 idest Cuius unius premio multorum allicuit animos **Varro** belli pu
 nici sequanici libro secundo. Deinde ubi pellicuit dulcis leuis unda
 saporis. **Supina** ex his quidem quae a habent ante cio sunt a praesenti:
 io in tum conuersa: ut facio factum iacio iactum. In omni enim uerbo
 siue penultima siue antepenultima sit a seruat etiam in supino quibus
 mutetur in praeterito perfecto: ut facio feci factum iaceo ieci iactum:
 capio ceppi captum ago egi actum frango fregi fractum cado cecidi ca
 sum ex his composita quae in praesenti mutant a in i: ut facio inficio
 capio incipio In supino a in e conuertunt: ut factum infectum captum
 inceptum. Illa uero quae componuntur a uerbis in go desinentibus
 quauis mutant in praesenti a in i: tamen in supino immutabilem ser
 uant eam. ut ago exigo exactum frango infrango infractum tango con
 tingo contactum pango inpingo impactum. Quae uero in xi termi
 nant praeteritum: secundum praemonstratam regulam xi in ctum con
 uertentia faciunt supinum: aspexi aspectum illexi illectum elicui ue
 ro elicium facit. Vnde **Lucanus** in nono. Virus & elicium iustumque
 exire repugnat. Et **Statius** in quarto. Duram quae limite mortis manes
 elicitos. In dio desinens inuenio unum: fodio fodi & ex co
 composita perfodio perfodi effodio effodi: quod penultimam prae
 riti produxit: necessario secundum praedictam regulam quam osten
 dimus. Quod si minuatur praesentis syllabae: in praeterito produci
 tur penultima nisi per syncopam uel apocopam proferatur. **Supinum**
 in sum facit geminata s: ut fodio fossum. Omnia enim uerba quae in
 di faciunt praeteritum perfectum in sum faciunt supinum: ut prandi
 pransum: momordi morsum: tetendi tetsum: defendi defensum: ascen
 di ascensum: sedi sessum. excepto dedi quia est primae coniugationis
 quod nunquam in sum facit supinum: & ex eo compositis quae in tertiam
 transeunt coniugationem: & a penultimam simplicis supini in i con
 uertunt: ut do dedi datum: reddo reddidi redditum: podo pdidi pditum

uendo uendidi uenditum credo credidi creditum condo condidi con-
ditum. In dior quoq; deponentia in sum faciunt supinum. ordior or-
sum ingredior ingressum. In gio similiter producta ante penultima &
ablata o extrema faciunt prateritum perfectum: ut fugio fugi confu-
gio confugi perfugio perfugi refugio refugi. Supinum in tum conuer-
tit fugio fugitum confugio confugitum refugio refugitum: In pio ca
antecedente mutant a in e productam: & abiecta o productaq; i faci-
unt prateritum perfectum ut capio capi. Ab eo composita in presen-
ti quidem mutant a correptam simplicis in i breuem: prateritum uer-
ro integrum manet: ut incipio incepti recipio recepi: suscipio suscep-
ti. Supinum tam eius q̄ omnium in pi uel in psi uel in mi terminantiũ
prateritum perfectum per ptum profertur: ut capi captum incepti in-
ceptum cepi ceptum rupi ruptum scalpsi scalptum compsi comptũ
prorepsi proreptum dempsi demptum scripsi scriptum nupsi nuptũ
emi emptum ademi ademptum rapui quoq; raptum facit: Similiter
ex eo composita corripui correptum arripui arreptum. Cu uero ante
pio habentia o in ui conuertunt: & producunt penultimam in prate-
rito: ut cupio cupiui uel cupui. Et ex eo composita: ut concupio con-
cupiui uel concupui. **V**etustissimi autem etiam secundum quartam
coniugationem solebant hoc uerbum proferre. **Lucretius** effingere ut
arte naturæ primus terrarum claustra cupiret. In ui diuisas faciens
prateritum: unum iuenio supradictæ terminationis: rapio rapui. Et
ex hoc composita: erripio erripui surripio surripui. Nam surpui p̄ syn-
copam protulerunt quidam poetarum. **Vt Horatius** in quarto car-
minum **Quæ** me surpuerat mihi felix post cinaram. **Sapio** etiam
tam sapui quam sapii uel sapiui protulisse auctores inueniuntur:
Probo tamen sapui placet dici. **Carisio** sapui uel sapiui: sapiui & sapii
secundum **Var.** qd̄ **Diomedes** etiam approbat: **Neuius** tamen **Mar-**
cellus de mutatis coniugationibus sic ponit sapiui pro sapui. **Neuius**
in uirgine prægnante. Quando ego plus sapiui qui fullonem com-
pressi quinquatribus **Ter.** similiter **Cum** intelligo respiciisse pro respu-
isse. **Caper** in usu esse ostendit. **Afranius** in brundusinis. Equidem
nunc resipui postq̄ pectus lætitia est honustum. **Plautus** in rudente.
Pol magis sapuisset si dormisset domi. **Cæpio** quod in usu non est
cæpi facit prateritum. **Terentius** tamen in adelphis prateritum imp-
fectum sub:uctiui eius uerbi quod nascitur ex præsentis p̄fert. **Sinerẽ**

ergo illum aut non : sex totis mensibus prius olfecissem quam ille
quicquā coeperet: **S**upinum a cupiui & sapiui secundum prædictam
regulam mutata ui in tum profertur cup tum & sapitum. **I**n rio unū
inueni pario peperit. **V**etustissimi tamen & secundum quartam con/
iugationem hoc protulisse inueniuntur. **E**nnius **O**ua parere solet ge/
nus pennis condecoratum **S**ed **T**erentius in phormione. **N**eq; pare
re hæc iam diu per ætatem potest. **I**dem in andria **H**anc simulant pa/
rere quo chremetem absterceant. **S**upinum partum debet esse. **V**nde
& partus & parturio meditatiuum. plerunq; enim regulam supini se/
quuntur tam meditatiua quam frequentatiua : exceptis quibusdam
de quibus in specie uerbi diximus: ut lectum lecturio & lectito: mictū
micturio & mictito: dictum dicturio & dictito. **S**ic ergo partum par
urio & partito. **S**tatus in. x. thebaidos participio futuri addidit: in
hoc exemplo **A**tq; hosti ueniat paritura marito. **D**eponentia in rior
desinentia orior & morior: tam secundum tertiam q̄ secundum quar
tam coniugationem declinauerunt auctores: orior oreris & oriris mo
rior moreris & moriris. **L**ucanus in quarto **N**on gratis moritur iugu/
lo qui prouocat hostem. **E**nnius in. xiiii. **N**unc est ille dies cum gloria
maxima se se nobis ostendat: si uiuimus siue morimur **T**erentius in
euncho. **R**isu emoriri omnes deniq; **V**irgilius i secūdo aeneidos **T**e
lis nostrorum obruimur: oriturq; miserima cades. **L**ucilius in tertio
Cōturbare animam potis est quicumq; adoritur. **E**orum supina ortū
& moritum quis oriturus non orturus inueniatur participium futuri
sed præteriti ortus non oritus dicitur. **H**oratius in epistolarum libro
secūdo. **N**il oriturum alias: nihil ortum tale fatentes. **A** morior quoq;
notandum q̄ cum moriturus secundum analogiam facit participium
futuri: mortuus facit præteritum geminata u quod in nullo alio parti
cipio inuenies pro mortus uel moritus. q̄ proportio magis exigebat
In tio unum desinēs per si facit præteritum geminata s quatio quassit
quod teste **C**arissio in usu non est: concutiō concussit percutio percussit
incutio incussit. **S**upinum secundum regulam i si terminantium præ/
teritum exit quassum: unde frequentatiuum quasso quassas. **S**imili/
ter percussum incussum: **N**am ussi ultum gessi gestum torli torsum
uel tortum: excipiuntur & quæ quartæ coniugationis in si terminant
præteritum: farsio farsit fartum sarcio farsit fartum fulcio fulci fultum
haurio hausi haustum. **P** uero ante si posita sicut supradictum est per

ptum faciunt supinum: demo dempsi demptum promo prompsi prō
 ptum nubo nupsi nuptum scribo scripsi scriptum: In tior unum depo
 nens tam tertiæ quam quartæ coniugationis inuenitur potior. **Virgi
 lius in quarto aeneidos.** Fas omne abrumpit polidorum obruncat &
 auro ui potitur i secundum tertiam coniugationem corripuit penulti
 mam. **Lucilius in sexto** Deficit alma ceres: nec plebes pane potitur: se
 cundum quartam coniugationem producta penultima protulit. **Si/
 militer Neuius in iliadis secundo.** Fœcundo penetrat penitus thala/
 moq; potitur. **Infinitus tamen** secundum quartam semper inuenitur
Cicero in tertio inuecti. Rerum potiri uolunt. **Supinum in tum** desi
 nit penultima producta potitur. **In uo diuisas** quacunq; anteceden/
 te consonante desinentia mutant o in i: ut acuo acui imbuo imbui in/
 duo indui diluo dilui annuo annui spuo spui suo sui metuo metui ar/
 guo argui. **Virgilius in .ix.** Nisus ad hoc me nulla dies tam fortibus
 ausis dissimilem arguerit tamen fortuna secunda. **Idem in .ix.** Verba
 redarguerit. **Excipiuntur** struo struxi fluo fluxi pluo pluui. **Li. in secu
 do** ab urbe condita. **Lapidibus pluuisse.** & in .xxv. **Sanguine plu/
 uit:** Nam unguo quidem **Nisus & Papyrianus & Probus** tam ungui
 q̄ unxi dicunt facere præteritum. **Carilius uero unxi** tamen coquo
 uel ut alii coco coxi linquo liqui tinguo uel tingo tinxi **Hæc** tamen
 non uidentur in uo diuisas terminare in quibus u uim litteræ amittit
 unde in guo quidem syllabam terminantia huiuscemodi seruant re/
 gulam in go terminatorum: sicut & quæ in quo finiuntur: rationem
 sequuntur in co desinentium. **Dicimus enim unguo unxi** linguo lin/
 xi & pinguo pinxi & linquo liqui & uinco uici. **Ningo** quoq; & ninxi
 unde & nix: sicut a duxi dux a rexi rex. **Virgilius in .iiii. georgicorum**
Interea toto non setius æquore ninguat. **Actius in andromeda.** Cum
 ninxerit caelestium molem mihi. **Extinguo etiam extinxi:** cuius sim/
 plex tingo in raro est usu. **Virgilius in quarto aeneidos** Cum genere
 extinxem memet super ipsa dedissem. pro extinxissem protulit. **Cice/
 ro tamen in arato** stinguens participio usus est quod a uerbo stinguo
 nascitur. **Quem neq; tempestas perimet neq; longa uetustas iterimet**
 stinguens præclara insignia cæli. **Idem passiuum eius uerbi in progno
 sticis protulit.** **Vt cum luna means hyperionis effugit orbem** Stingu
 untur radii cæca caligine tecti. **Illud quoq; sciendum:** q; in ui diuisas
 terminantia præteritum perfectum soleant corripere penultimam ta
 men uetustissimi inueniuntur etiam produxisse penultimam eandē

In his maxime quæ a præsentis in uo diuisas desinente proficiuntur
ut eruo erui arguo argui anuuo annui. **Ennius in quinto.** Annuit se se
mecum decernere ferro. **Supina** eorum i præteriti in tum conuertunt
& produunt penultimam: ut acuo acui acutum: imbuo imbui imbu
tum indui indutum annui annutum innui innutum argui argutum
unde & participium argutus: id est coniunctus. **Plautus in pseudulo**
Argutus malorum facinorum. & futurum arguturus: & deriuatiuum
ex hoc uerbum argutor argutaris. Inuenitur tamen etiam arguturus
in usu pro arguturus. **Salustius in secundo historiarum.** Quos aduer
sum multi ex bithynia uolentes occurrere falsum filiū arguturi. **Plau**
tus iterum in pseudulo de sycophanta. Et quid argutus pro conui
ctus. Excipitur rutum uel ruitum quod u corripit uel quod i seruaui
Nam secundum futuri participium .i. ruiturus debet lupinum ruitū
esse. **Lucanus in quarto.** Ruituraq; semper stat moles murum. **Secū**
dum præteritum uero debet rutum dici penultima correpta. **Virgili**
us in .xi. Nec mihi cum teucris ullum post eruta bellum pergama. Et
uidetur hoc per syncopam i uocalis in præterito prolatum erutus pro
eruitus. Ideoque tempus perfectum simplex quod habuit u ante i
seruasse. **A** spuo & metuo & pluo secundum analogiam: sputum &
metutum uel metuitum: & plutum a pluui: uelut ab adiuui adutum
debet facere: sed in usu non inueni. **Alia** uero supradictæ terminatio
nis uerba extremam syllabam præteriti in ctum conuertunt: ut struxi
structum unxi unctum: liqui licitum. Excipitur fluxū: ut iam supra
dictum est. **Deponentia** in quor mutant eam in cu & assumentia tū
faciūt supinum: loquor locutum sequor secutum fruor uero fructum
sicut struor structum. **Cicero in hortensio.** Ut amoenitate summa fru
ctus est. **Ulpianus tamen ad sauinum.** Futurum fruiturum non fru
cturum quomodo ortum oriturum: erutum eruiturum: mortuū mo
riturum: quæ cum in præterito non habent i: in futuro habent. **In uo**
u loco consonantis posita in l quidem desinente penultima: o extre
mam in i conuertunt & faciunt præteritum: ut soluo solui solutum:
uoluo uolui caluo calui. unde **Salustius in tertio historiarum** infinitū
passiui protulit. **Contra** ille calui ratus: calui pro decepi: uocali uero
natura longa autecedente uo in xi conuertunt in præterito: ut uiuo
uixi. **Supinum** i in tum conuertentia faciunt: u in uocalem necessario
redeunte: solui solutum uolui uolutum: sic debet etiam calui calutū
facere quod tamen in usu non inueni: & puto calumniam ex hoc esse

deriuatū. **V**ixi autē in xi terminatiū regulā supina seruat i cū. In bo
 definētia uocali longa antecedere bo in p̄si cōuertētia faciunt prateri
 tū p̄fectū ut scribo scripsi nubo nupsi: nunq̄ enim b ante s in p̄cipio
 syllabæ potest iueniri: ut p̄sulus ipse. **A**lia uero o in i mutāt in pr̄
 terito: ut bibo bibi. **C**icero in uerri. ii. **A**n iste nūq̄ de se sp̄e bonā habu
 isset. nisi de uobis malā opinionē animo ibibisset. **Q**uid. in. vi. meth:
Vberaq; ebiberātauidi lactātia nari. lābo quoq; lābi. **L**uci. in. xiiii. Io/
 cūduſq; puer qui lāberat ore placētas. **S**imiliter scabo scabi. **I**dē **L**uc.
 in. ix. **S**caberat ut porcus cōtritis arbore costis. **V**nū excipit̄ icumbo
 incūbis. q; etiā secūdū primā cōiugationē incubo icubas quoq; p̄fert̄
 qd̄ icubui facit pr̄teritū & oīa a cubo op̄osita: siue primæ siue tertiæ
 sint cōiugatiōis: ut accūbo accubo accubui: incūbo uel incubo icubui
Et nūc quidē si p̄plex eorū .i. cubo cubas primæ ē cōiugatiōis. **V**etustis/
 simi tamē etiā hæc & oīa quæ i ui diuisas faciūt pr̄teritū p̄fectū i pri
 ma cōiugatiōe secūdū tertiā solebāt declinare. **S**up̄ia uero i p̄si quidē
 terminatiū pr̄teritū: p̄si i ptū cōuertūt: ut scripsi scriptū nupsi nuptū
In bi uero assumūt̄ tū: ut bibitū lābitū & cubitū: uide & cubitus d̄r. **E**t
 notādū q; cū oīa in si terminātia pr̄teritū: sicut supra docuimus i sū
 termināt supinū: exceptis quartæ diugatiōis uerbis. **H**æc quoq; quæ
 p uel m āte si habuerit p̄si in tū cōuertūt ut nupsi nuptū scalpsi scalptū
 scripsi scriptū dēpsi dēptū sūpsi sūptū i quibus etiā p euphoniæ cā in
 terponit̄: quā etiā i pr̄terito quibusdā placuit ascribere. **I**n bor depo
 nētia mutāt bor i p̄sū & faciūt supinū ut labor lapsū. nulla autē causa
 alia ē mutādæ b in p̄ āte s uel t i p̄cipio syllabæ positæ: nisi cā eupho
 niæ: cuius rō apd̄ græcos quoq; obseruātissimos eius seruata ē i supra
 dictarū cōsonatiū scriptura: ut κρύπτω ἐκρυψα ολιβω. ἐολίψα πρ̄ β
 enim græca nos in principio syllabæ ps scribimus ut nubo nupsi nu
 ptum: scribo scripsi scriptum scalpo scalpsi scalptum. **I**n co n ātecedē/
 ta abiecta n & o in i conuersa faciunt pr̄teritum: penultima quo/
 que producta ut uinco uici: conuinco conuici: linquo quoq; quod
 consimilem uidetur habere terminationem liqui facit pr̄teritum ab/
 iecta n sicut supra quoque docuimus: s uero præcedente mutant sco
 in ui: nisi sint inchoatiua. **I**lla enim carent pr̄terito p̄fecto: quie/
 sco quieui p̄asco pauo cresco creui absisco absiui consuesco consueui:
 uel cōsuetus sūm. **C**arissus tamen consueo ponit. **O**īa tamen ea quæ
 pr̄teritum p̄fectum in ui terminant adiectam frequenter inueni/
 mus per secundas & tertiās personas per syncopā penultimæ parti syl

labæ: cum ab u loco consonantis incipi: ut amauit amauisti uel amasti
amauit amauius amauistis uel amastis amauerunt uel amarunt.
Neo neui neuisti uel necti neuit dicimus: neuimus neuistis uel nectis
neuerunt uel nerunt. **I**deo autem addidimus ad iectam: quoniam si
in præsentis positione sit u consonans syncopam pati non potest: ut
lauo laui lauisti: non possumus dicere lasti pro lauisti: nec lastis pro
lauistis: nec larunt pro lauerunt. **S**imiliter fauco faui fauisti: nemo di
cit fasti nec pro fouisti fosti nec pro soluisti solsti. **S**ed inuenio **H**ora/
tium auctoritate fecisse in quibusdam concisionem quanuis positio
habeat u consonantem moueo moui mouisti: ex quo summofles po
suit. **H**oratius pro summouisses in primo sermonum. **N**unc hominē
uelles si tradere despeream in summofles omnes non isto uiuimus il/
lic quo tu rete modo. **I**dem commorit pro commouerit in primo ser/
monum. **A**t ille qui me commorit melius me tangere clamo. **V**num
inuenitur in sco desinens uerbum apud uetustissimos: cuius præteri/
tum in xi protulerunt teste **C**apro: conquiisco conquexi. **E**st autem
conquiisco: caput inclino. **P**omponius in uacca uel marsupio ait. **S**i
mul intro ueni. **A**ccessi ad patrem prendi manum in terra ut cubabat
nuda ad eū ut conquexi: interim mulieres conspiciunt. **E**xcipitur præ
terea eiusdem terminationis: compesco compescui: dispesco dispescui
quod ponit **A**puleius in dyalogo qui est de deo socratis. **C**um & ha/
bitacula summa ab infinitis tanta intercapedine fastigii dispescāt pro
distent. **E**xcipiuntur præterea disco didici: posco poposci: & ex eis cō
posita quæ similiter faciunt præteritum: dedisco dedidici: deposco de
posco depoposci. **V**ocali uero natura lōga antecedēte in co desinētia
xi syllaba faciūt præteritū: ut duco duxi: dico dixi. **R** antecedēte unū
inueni parco quod peperci: & parsi facit præteritum. **L**u. in. ii. **P**aruū
sed fessa senectus sanguinis effudit: iugulo flāmisq; peperci. **T**er. in
ecyra **H**eu me infelicē hāccine ego uitāpsi perdere. **I**co præterea pe/
nultima breui p̄fertur ī præsentis teste **C**apro: sed p̄ducit in præterito
p̄fecto & mutat o finalem in i: ico ici: unde ictus. **C**ato **C**ensorius de
ueturio. **H**ostē nunc icit. **C**elius in. i. **Q**ui cū iis ita fœdus icistis. **L**u.
tamen & in præsentis producit penultimam. ex hīc corpus propellit
& icit. **S**upina in ci quidem terminantium præteritum: ī in tum con
uertunt ut uici uictum conuici conuictum deliqui delictum. **E**ādē
seruāt etiam regulam liqui licitum & ex eo composita reliqui relictum
Nec mirum est cum post q u posita uim litteræ amittit in ci desinen /

tium regulam sequi. Quæ uero in ui syllabam proferunt præteri-
tum perfectum mutant eam in tum requicui requietum: unde par-
ticipium sit futuri requieturus. **Cicero contra Metellum.** Nisi co-
rum exitio non requieturam. **Cresco creui cretum:** ascisco ascui ascitum:
descisco descui descitum. **Liuius in .xxv.** ab urbe condita. **De**
scitum ab romanis. **Et notandum** q̄ ab inchoatiuo scisco composita
primitiui idest scio habuerunt præteritum: secundum rectam uero
proportionem debent eorū quoq̄ perfecta a scio & descio esse: nosco
noui notum. **Similiter** ex eo composita: ignosco ignoui ignotū. **Te-**
rentius in adelphis. Ignotum est: tacitum est: creditum est: unde &
participium futuri ignoturus. **Cicero in catone maiore.** Ignoturus
est alteri quod tutorem secutus. **Cato in quinto originum.** Quod eo-
rum nemo quisq̄ quicquam mihi ignoturus est. **Quidem** tamen cō-
tra regulam a præsentī tempore hoc deriuatum protulerunt: ignosco
ignosciturum. **Piso frugi in quinto anālium:** Quodcunq̄ deliquit-
set ignosciturum affirmabat. **Notandum** tamen quod cognosco co-
gnoui cognitum: & agnosco agnoui agnitum: in frequentiore usu fa-
ciunt pro o penultima producta quam uetustissimi seruabant analo-
giam sequentes i correptam habentia. **Vnde Iuuenalis in primo.** Ag-
nitus accipies. **Iubet** a præcone uocari ipsos troiugenas. **Lucanus in**
tertio. Calida mihi cognitus axis ægypto atque umbras nunquam
flectente siene. **Salustius tamen secundum analogiam** in secundo hi-
storiarum. Neque inermes ex prælio uiros quædam agnoturum. **Pa-**
cuius secundum utrunque protulit. **In turba oreſti cognita:** agnita
est soror. **Pasco pasci seruauit** in supino s solum pastum. **Compesco**
compescui: & dispesco dispescui: & posco poposci: & discō didici. **A**
præsentī tempore faciunt supinum mutatione o in i correptam & ad-
ditione tum ut compesco compescitum: dispesco dispescitum: posco
poscitum: discō discitum. **Vnde Apuleus participium futuri** protu-
tulit in phædone. **De anima** sic auditurum disciturum. **Quid meli-**
us sit hæc omnia & singula sic agere aut pati aut patiūtur aut agunt
In xi terminantia præteritum perfectum: supinum secundum supra-
dictam regulam faciunt dixi dictum: duxi ductum peperci uero uel
perſi perſum facit supinum: secundum in si terminantium regulam
unde participium futuri. **Varro in laterensi** Parsurus pecuniis bene
partis. **Liuius i .xxv.** ab urbe cōdita. **Nedū** eos capuæ pluros credebā

Senesco inchoatiuum est: nam positiuum eius senēo inuenitur ī usu.
Actius in telepho. Idem iam stupido thessala somno peccora languent
que senentque. **P**acuius in peribœa. Quanquam atas senet satis
habeam rem uirium: ut tearca arceam. **A** seneo ergo non a senesco
si præteritum perfectum senui. **S**alustius in primo historiarum. Nisi
cum ira belli desenuisset. Idem etiam participium præteriti temporis
ex eo protulit. quanuis sit neutrale in quarto. **O**mnis quibus atas
senecto corpore animus militaris esset. **N**ec mirum cum in aliis quo/
que plurimis eisdem significationis uerbis inueniantur ueteres præte/
riti temporis participia proferentes ut prandeo pransus cocno cocna/
tus placeo placitus mereo meritus pateo passus careo callus potō po/
tus pro potatus titubo titubatus iuro quoque iuratus tam in actiua
quam in passua inuenitur significatione & hæc quidē etiam iuniori/
bus in usu manserunt. **I**lla uero absoluerunt discedo diceffus hoc est
qui discessit. **S**imiliter intereo interitus: occido occasus: sed eorū ulus
in libro qui inscriptus erit a nobis de participio inuenies. **D**eponentia
uero in scōr desinentia in antepenultima quidem syllaba a uel i uel e
correptas habentia in ctum faciunt supinum: ut paciscor expergiscor
quia a pergo est experrectum facit. **Q**uāuis uetustissimi etiam exper/
gius dicebant **L**ucilius in tertio. **E** somno pueros cum mane expergi
tus clamas. **C**elius uero secundum analogiā protulit in tertio: Imbris
mihi sordido dormitum suadet ut eam quisq̄ & si ego obdormiero tu
te idem ibi eris experrectus. **N**anciscor etiam nactum facit absq; n: ut
Probo & **C**apro & **P**ollioni & **p**linio placet. **S**ic & pangor pactum &
fingor fictum & tangor tactum pingor pictum **S**ciendum tamen q̄
etiam sunt uerba q̄ seruant n in participiis præteritis: siue in supinis:
ut iūgor iunctus: pungor punctus: fungor functus: emungor emun/
ctus extingor extinctus tingor tinctus plangor planctus angor an/
ctus. **Q**uæ autem seruant n & quæ non: de participio tractatum re/
peries. **Q**uod autem corripitur antepenultima: paciscor & nancis/
cor & profiscor & expergiscor ex compositis siue primitiuis eorum
potest dignosci. **P**aciscor & depeciscor profiscor a facio: expergiscor
a pergo pergis nanciscor a nancio est: quod in usu fuit uetustissimis.
Gracchus p se. **S**inantiā populi desyderium cōprobo reipublicæ cō/
moda. **A**lia uero absq; c i tū faciūt supina: ut irascor iratū ulciscor ultū
nascor natū: obliuiscor oblitū. **E**xcipitur defeciscor defessum faciens

supinum: & participium præteriti defessus. **Vt Terentius in adelphis**
 Defessus sum iam ambulādo. **Idem i phor.** Neq; defeciscar usq; adeo
 experier. Nam ab eo quod est deficio defectus fit participium præte-
 riti. Excipiuntur etiam duo composita quæ quauis antepenultimā
 i habeant correptam: in tum tamen non in ctum faciūt supinum cō-
 miniscor commentū adipiscor adeptū. Nam a reminiscor supinū uel
 participium præteriti in usu nō inueni: quauis ratio hoc quoq; remē-
 tum quomodo commentum exigat dici. In do desinentia si penultij-
 mam naturaliter longam habuerint: do in si conuertentia faciūt præ-
 teritum perfectū: ut ludo lusi: rado rasi: lædo lasi: rodo rosi: uado ua-
 si: euado euasi: illido illisi: claudio clausi uel cludo clusi. Inueniēt tamē
 etiam claudeo sed & claudio pro claudico. **Salustius in tertio histori**
Coniuratione claudit. **Cecilius in epiclero.** Au ubi uos sitis: ibi consili-
 um claudeat. **Cedo cessi** geminat s in præterito: ex quo accetis. **Virgi-**
lius pro accessistis posuit in æneidos. Penitusq; sonantes accetis sco-
 pulos. Excipitur cedo cecidi. **Lucanus in quarto:** Donec uetuerūt ca-
 stra cecidit: pedo pepedi. **Horatius in primo sermonum:** Vintucurtif
 oppedere iudeis: nulla mihi inq; religio est. **Idem in eodem:** Nam dis-
 plosa sonat quātum uesica pepedi. Ab eo quoq; quod est sido præteri-
 tum non inueni. **Lucanus in quarto.** Sidētia pessum corpora cæsa te-
 nent. **Virgilius in quinto ex eo compositum.** Subsidunt undæ tumi-
 dumq; sub axe tonāti sternitur aquor aquis. **Eius passuum Statius**
in quinto thebaidos: Sūmisq; insiditur astris. **Cudo secundū Diome-**
dem & Carisium & Phocā cussi: secundū alios cudi. Et uidetur etiam
Virgilius sic protulisse in æneidos. Ac primū scilicis scintillā excudit
 achates suscepitq; ignem foliis atq; arida circū. Excudit enim tā præ-
 sens q̄ præteritum potest intelligi: sed quia suscepit subiunxit: melius
 præteritum potest intelligi. **Idq; etiam Seruius in commentario ane-**
idos comprobatur uerbis. Excudit aut feriendo eiecit: quia cu dere est fe-
 rire. unde & incus dicitur quia illic aliquid cudamus: id est feriamus.
Sciendum autem q; eius frequentatiuum cuso est: ex quo etiam com-
 posita: ut incuso incusas: & recuso recusas: & accuso accusas: & excu-
 so excusas. **A do uerbo quod simplex primæ est coniugationis com-**
posita cum præpositione tertiæ sunt & primitiui seruant præteritum
perfectū duplicantia di: quæ in illo penultimā hēat e: ut dodedi: reddo
 reddidi p̄do p̄didi p̄do p̄didi. **Credo quoq; ab eo cōponit quasi cre-**
tū do: & uēdo uenūdo & cōdo ex cō cōpositū & do & ex eo abs cōdo.

Itaque omnia präteritum idem perfectum seruant : credidi uendidi
abcondidi. **Plautus** in carbonaria. **Secundum** ipsam aram aurū ab/
condidi. **N.** uero ante do habentia. o in i mutant in präterito perfe/
cto. & si ante n ueli habuerint: amittunt n ut fundo fudi & scindo
scindi. **Vetustissimi** tamē scicidi proferebant: quod solum in usu esse
putant. **Allimomius** in arte quam ad **Constantinum** imperatorem
scribit sed errat. **Nam Lucanus** in tertio scidit ponit. **Qua** mare tellu/
rem subitis aut obruit undis: **Aut** scindit & medias fecit sibi littora ter/
ras. **Sta.** in octauo theb. **Oraque** pectoraque & uiridem scidit horri/
da uestem. **Idem** in undecimo. **Alloquio** scidit ipsa nouo terrore cru/
enta eumenis. **Martialis** in quarto epigrammaton. **Vuguentum** sa/
teor bonum dedisti conuiuis here: sed nihil scidisti **Sed** affranius mo/
re antiquo dixit in homine. **Satis** fortiter paulo uestras scicidistis co/
lus. **Actius** in soradicorum primo. **Non** ergo ut prædicant sciciderat
pectus **Neuius** in testicularia. **Immo** quo scicidimus cōscindam atq;
abiiciam. **Ennius** in melanippa **Cum** laxum sciciderit **Et** uidentur hi
rationabilis protulisse ne minorum temporum esset präteritum q̄
præfens quod rarissime inuenitur. **Findo** quoque fidi facit: licet qui/
dam fidi putauerunt. **Sed Virgilius** in octauo **Et** media ad uersi lique
facto tempora plumbo diffidit ac multa portectum extendit arena.
Horatius in tertio carminum. **Diffidit** urbium portas uir macedo
& lubruit amulos. **Cætera** uero seruant n: ut pando pandi: defendo
defendi scando scandi accendo accendi. **Excipiuntur** duplicantia pri/
cipalem syllabam pendo pependi tendo tetendi tundo tutudi penul/
tima a plerisque correpta a quibusdam autem etiam producta pro/
pter supradictam rationem idest ne uincatur incompositis ab eo tem/
poribus syllabarum a præfenti präteritum. **Horatius** in quarto car/
minum protulit correpte. **Quod** regum tumidas contuderit minas:
est enim coriambus. **Idem** in tertio. **Non** auspiciatos cōtudit impetus
nostris. **Est** enim dactylus contudit. **Virgilius** in. viii. **Et** lapsa acilla
caelo extuderat. **Solēt** autē cōposita seruire simplicium tēpora cado
ceci di concido concidi penultima correpta: cædo cæcidi cōcido cōci/
di penultima producta uetustissimi tamē tam producebant q̄ corri/
piebant supradicti uerbi: idest tutudi penultimā. **Ennius** i. xiiii. **In** sit
o ciues. quæ me fortuna ferocis contudit idigno bello confecit aceruo.
Ecce hic corripuit. **Idē** in. xvii. **Ingenio** forti dextera latus protulit ha/
sta. **Idē** in ānalibus. **Virosq;** ualentes cōtudit crudelis hyems hic pro

duxit penultimam. **C**ado quoq; cecidi facit: ne si eadi dicamus nomē esse putetur. **C**omposita tamen non duplicant penultimam syllabam ut perpendo perpendi extendo extendi pertundo pertudi incido inci/ di concido concidi. **E**xceptis a do & a sto compositis & a disco posco: ut prodo prodidi resto restiti. dedisco dediticis: depono depoposci. **A** curro quoq; composita utroq; modo prolata inueniuntur ab auctori/ bus: ut decurro decurri uel decucurri. **E**xcipitur etiam diuido quod prateritum diuisi facit: **S**upina illa quæ a do componuntur mutant o in i correptam: & assumunt tum: ut reddo redditum credo creditum perdo perditum. **A**lia uero omnia do in sum conuertunt: ut ludo lusum rado rasum cado casum defendo defensum tundo tunsū **V**irgilius in tertio georgicorum. Profugit & tunsū galle admiscere saporem. **I**dem in eodem. Durum procudit arator uomeris obtunsi dentem cauat arbore lyncres. cudo similiter cusum **I**dem in eodem **L**apidemq; reuertens incusum aut atrae massam picis urbe reportat. **C**ado quoq; casum facit: ea tamen penultima producta. **I**n omni enim supino siue participio prateriti producitur a penultima exceptis da/ tum & satum & ratum & statum. **A**liud etiam sciendum q; n ante do habentia quæ amittunt n in praterito amittunt eandem in supino: & geminant s: si sit penultima breuis in praterito: ut findo fidi fissum. scindo scidi scissum. **S**i n producat unam habet s: fundo fudi fusu **C**omposita simplicium terminationes sequuntur: cedo cessum & pā/ do passum faciunt **Q**uanus etiam a patior & a pateo passum dici/ mus. **V**irgilius in tertio aneidos. At pater Anchises passis de littore palmis. **I**dem in primo aneidos **C**rinibus illiades passis pepulumq; fe/ rebant. **A**b eo quod est pedo supinum non inueni **A** comedo quod ē anomalum comesum & comestum inuenitur. **C**icero pro cluētio. **A**b ditum in aliqua parte panis: quasi torum colliquefactum in portione esset celerius potius comestum q̄ epotum in uenas atq; in omnes par/ tes corporis permaneret. **V**irgilius autem ab eo quod est adedor ade sus protulit in. xi. Et postibus hæsit adesis. **T**endo praterea & tentū & tensum facit. **V**irgilius in septimo **A**udit & si quem tellus extenta plagarum qua tuor in medio dirimit plaga solis iniqui **L**ucanus in primo: Et uarias ignis tenso dedit acre formas **I**dem in secundo. **T**en sisq; rudentibus acte. **O**stendo quoq; ab eo compositum similiter fa/ cit ostentum & ostensum. **L**ucanus in secundo **U**t scelus hoc syllæ: caedesq; ostensa placeret; agnoscendus erat **A**pulcius in phædone. **E**t

causam gignendi ostensurum: & immortalitatem animæ reperturū.
Varro rerum rusticarū. i. **O**stensus sol. **I**dem diuinarū tertio: Salute
ostenta. **C**ato pro **l**ucio **C**asare ad populum quod ego spero non ostē
turum **O**stentum quoq; quando monstrum significat nomen est par
ticipiale quomodo factum & dictum: & uisum ab ostendendo futura
dictum. **S**trido & strideo tam tertiæ q̄ secundæ cōiugationis inuenit̄
Virgilius in octauo **a**ncidos. striduntq; cauernis stricturæ chalybū
& fornacibus ignis anhelat **L**ucanus in septimo. **A**uribus incertam fe
ralis strideat umbra. **I**uuenalis in quarto: iam stridunt ignes: iam sol
libus atq; caminis. **H**oratius in secundo sermonum. **S**tridere secreta
diuersos aure suluros penultima correpta: **S**tatus uero eandem pro
tulit productam. **N**il stridere domi. **I**dem in nono. **S**tridebit uctros
tydeus inhumatus ad ignes. **P**ræteritum perfectum eius debet secū/
dum analogiam in do uel in deo desinentium: & penultimam uel an
tepenultimam naturaliter longam habentium in si terminari: ut rado
rasi trudo trusi ludo lusi strideo strisi sed puto euphoniæ cā non esse
in usu strisi sed stridi: quod ut superius diximus usus quoq; compro
bat. **S**tatus in quarto. **H**uius in aspectu luco stridere sagittæ. **A**ctius
in alcestide. **C**um strideat retracta rursus isferis. **S**ido præterea sidi fa/
cit. **C**uius etiam passiuum sidor sideris inuenitur. **L**ucanus in tertio.
Sidentia pestum corpora cæsa tenent. **S**tatus in secūdo: **S**ummisq;
insiditur astris cuius præteritum in usu non est: dubitationis uel alter
nitatis causa: debuit enim sifi esse: sed utimur præterito sedeo sedi: p̄
supradicto præterito uerbi. **I**n do unum anomalum inuenitur: edo es
est. **V**etustissimi tamen edo edis edit dicebant: correpta prima syllaba
Neuius in carbonaria **T**ibi serui multi apud mensam adstant ille ipse
astat quando edit. **N**on potest enim in hoc iambo penultima syllaba
longa esse: ut intelligatur præteritum ne sit $\epsilon\kappa\delta\epsilon\gamma\omicron\nu$. **P**lautus in lipar/
go. **N**ihil moror mihi fucum in aluo apibus qui peredit cibum: corri/
pitur enim penultima. **L**ucilius in quarto. **Q**ui edit se: hic comedit
me. **S**upinum eius tā esum ut supra dictum est q̄ estum exigat usus
ut possit dici. **V**irgilius in nono. **E**t postibus hæsit adesis. **I**dem in ter
tio **a**ncidos. **A**mbefas subigat malis consumere mensas. **C**icero pro
cluentio. **A**bditum in aliqua parte panis q̄ si totum liquefactum i po
tione esset celerius potius comestum q̄ eptum in uenas atq; in omēs
partes corporis permaneret. **I**n go r antecedente si non sint a regen/
do composita: go in si conuertentia faciunt præteritum perfectum:

ut mergo merſi ſpargo ſparſi tergo terſi: dicitur tamen & tergeo. **Alia** in xi conuertunt go præſentis: & faciunt ſupradictam tempus: ut re/ go rexi cingo cinxi ango anxī tingo tinxi pingo pinxi. **A** regendo cō/ poſita: quīs in præſenti ſyncopam penultimæ e patiantur tamen in præterito perfectō eam euphoniæ cauſa ſeruant: ut porriſgo porrexi pergo perrexi ſurgo ſurrexi. **Nam** porriſgo & corriſgo & arriſgo e in i cō uertentia aptiſſime ſecundum proportionem ſeruant ſimplicis decli nationem. **Excipiuntur:** frango fregi ago egi lego legi: quorum com/ poſita ſequuntur ſimplicis declinationem: contriſgo confregi: perſtrin go perſfregi: & exiſgo exegi: ſubiſgo ſubegi: cogo coegi: perlego perlegi relego relegi. **Excipiuntur** ex hoc compoſita: negliſgo neglexi: & intel ligo intellexi: quod antiqui interlego dicebant intellexi: & diliſgo dile xi: pango quoq; pepegi: ex eo compoſitum impingo impegi facit. **Pa cuuius.** In medio tonſylla pegi lato in littore. **Lucanus in quinto.** Sufficit ad factum belli fauor iſte laborq; fortunæ. quod te noſtris im pegit harenis. **Simplex** tamen pango etiam pepegi facit ſecundum **Cariliſum:** & panxi: ſed antiqui tamen pango dicebant pro paciſcor. **Cicero in ſecundo ad herennium:** Pacta ſunt qua legibus obſeruan da ſunt hoc modo. **Rem** ubi pagunt: oratione pagunt. **Tango** præte ritum tetigi facit: & punſgo pupugi uel punxi: **Varro in primo** huma narum. **Vt** habent farii qui uocantur αἰγῆπιτοι & in africapiſi quorū ophi ogeniſtum arbitrantur ſuppoſitum eſſe aliquem in ſtirpe: ſi ad moucant ut pungat colubra cum pupugerit: ſi de genere ſit uiuere: ſi non ſit mori. **In eodem** admota aſpis cum pupugerit ſi non occidat: ſciat ex piſiſlorum ſtirpe eſſe. **Neuius in glaucoma.** Et cum eo obſonio ſtilo mihi in manum pupugit. **Expungo** uero expunxi dicimus: at repungo repupugi & repunxi: ut capro uidetur. **Cum** ei qui nos pu pugit talionem: iſdeſt uicem a nobis redditam oſtendimus: repupugi diximus. **Quando** uero de ratione uel kalendario loquimur repunxi dicimus. **A tango** quoq; compoſita non duplicant primam ſyllabā contingo contigi attingo attingi. **In** quibus notandum q; penultimā præteriti corripitur: præſentis uero producitur. **Ab** ago & frango & lego compoſita ſeruant ſimplicium præteritum: ut exiſgo exegi prodi go prodegi: & dego degi: abigo abegi inſringo inſfregi perſringo per fregi colligo collegi relego relegi: quod differentiæ cauſa non mutauit le in li: quanuis perago a immutabilem ſeruauit & dego per ſyncopā euphoniæ cauſa protulit. **Excipiuntur** mutantia ſimplicis declinatio

nem quæ superius posuimus negligo neglexi diligo dilexi intelligo
intellexi quauis **A**emilius macer in decimo sexto annalium. **O**mnium
nostrorum negligent auctoritatem pro neglexerit ait. **S**upina in
si quidem facientia præteritum per sum proferunt secundum supra/
dictam regulam ut mergo merli merlum tergo uel tergeo terli terlu
spargo sparsi sparsum. **A**lia omnia uero go in ctum conuertunt: ut re/
go rectum ungo unctum tingo tinctum lego lectum pungo punctum
ago actum. **A**biiciunt tamen n euphoniae causa hæc quæ penultimam
habent uel i: ut frango fractum pango pactum tango tactum: fingo
fictum: pingo pictum: stringo strictum ringo rictum. excipiuntur:
cingo cinctum tingo tinctum & stingo stinctum. **E**t ex eis composita
Succingo succinctum extingo extinctum. **A**ngo quoque differentia
causa seruauit n in supino: anctum. **N**am ab ago actum fit. **Q**uidam
tamen etiam anxus eius participium protulerunt: **E**t omnia supina
in compositione integras seruant simplicis litteras: quis i aliis modis
mutentur: ut rego rectum: pergo & porrgo porrectum & porrectum
ago actum cogo coactum abigo abactum tango tactum contingo cō
tactum frango fractum defringo defractum pango pactum impingo
impactum. **E**t possumus hoc existimare differentia causa in plerisque
fieri ne si perictum & abiectum & defrictum impietum diceremus:
alias significationes monstrare putarentur. **L**ucanus in quinto. **I**m/
pacta cessere fores. **I**n gor deponentia mutant eam in ctum: & faciunt
supinum: ut fungor functum. **I**n ho desinentia mutant ho in xi & faci
unt præteritum ut ucho uexi traho traxi & secundum supradictam re
gulam in xi terminantium præteritum perfectum proferunt supinū
ut uectum tractum. **I**n lo finientia præsens: per lui exeunt in præteri/
to ut aloalui colo colui molo molui consulo, consului oculo ocului
Status in quinto. **R**aptum quæ sola parentem ocului. **E**xcipiuntur
duplicantia: quæ si a muta incipiant geminant principalem syllabam
& si non seruent ubique eandem uocalem: ut pello pepuli fallo felli:
tollo tetuli. **P**ro quo nunc in usu est frequenti sustuli. **A**tulo quoque
ueteribus in usu fuit tetuli dicebant. **I**n compositione tamen non ge/
minant principalem syllabam: ut refello refelli compello compuli. **A**lia
quoque eiusdem terminationis o in i conuertunt: ut uello uelli: sed &
uulsi dicitur: percello quoque perculi: & excello uel excelleo exculi: uel
ut alii excellui: quorum simplex in usu non est: psallo quoque psalli præ/
teritum facit. **C**icero de suppliciis. **R**euellistis atque in profundum abie

cistis. Virgilius in bucolicis. Cum canerem sylvas & proelia cynthi/
 us aurem uellit & admouit. Lucanus in quarto Castrorum siccas de
 cespite uulserat herbas. Idem in sexto. Percussa q; uiscera membris
 uulsi. Idem in eodem. Illa genæ florem primæuo corpore uulsi. Idē
 in octauo. Auulsiq; manu telumq; affixit harena. Lucretius ab ex/
 cello excellis infinitum protulit penultima correpta. Omnibus orna/
 tum uoluisti excellere rebus. Cicero in primo epistolarum ad filium.
 Quare effice & elabora ut excelleas: qd est ab excelleo excelles: cuius
 præteritum debet esse excellui: ut caleo calui secundum proportionē
 secundæ coniugationis. Idem tamen in uerrinis: excellit protulit se/
 cundum tertiam coniugationem. Et in primo pro Cornelio. Qui elo
 quentia cæteris excellit: ex quo debet exculi quoq; esse præteritum
 perfectum: sicuti percello perculi. Virgilius in quinto. Perculit & ful
 ua moribundum extendit arena. bassus in secundo lyricorum. Callio
 pe princeps sapienti psallerat ore. Supina quidem in tum exeunt:
 quæ nascuntur ab una l habentibus: ut occulo occultum colo colui
 cultum consulo consultum. Quæ uero duplicant per sum: ut fallo fal
 sum pello pulsus uello uulsum excello excelsum percello percultum
 A pfallo supinum non legi. Ab alo uero tam altus q̄ alitus dicitur. Ci
 cero pro Plautio. Vbi altus est. Similiter Salustius in iugurtino: Et
 omnem aratem arpini altus. In quibusdam autem codicibus etiam
 alitus inuenitur. A tollo quoq; supinum deficit sed pro eo utimur sub
 latum. Volo quoq; anomalum uolui facit præteritum: ex quo nomē
 participiale nascitur: uultus: quomodo ex colo cultus: & ex occulo
 occultus. In mo desinentia si uocalis longa antecedit: o in psi conuer
 sa faciunt præteritum: ut promo prompsi demo dempsi como compsi
 Hæc au em si in tum conuertentia faciunt supinum: ut sumo lump/
 si sumptum: promo prompsi promptum demo dempsi demptum co
 mo compsi comptum. Alia uero in mo desinentia: per ui diuisas exe
 unt in præterito: ut uomio uomui gemo gemui fremio fremui tremio
 tremui. Excipiuntur emo emi premo pressi. Et in ui diuisas terminā
 tium supina fiunt: ui in tum conuersis correpta penultima. quomodo
 in omnibus supinis quæ ex huiusmodi præteritis nascuntur i habent
 ante tum: ut uomui uomitum gemui gemitum fremui fremitum tre
 mui tremitum: emi uero emptum facit: quod ideo assumpsit p: quia
 non potest m ante t sine p inueniri euphonia causa: ut sumptus pröp
 tus comptus. Pressi uero secundum in si terminantium regulam i in
 t iiii

No. 2. in g. ubi si. p. 1. t. a. m. m.

Ante no. p. si. facit. in p. r. cano

ratia. vi. dant.

Dat. lino. lino. ut. vi.

No. p. in. dat. itid

Pino. naty. a. cano. na. null. p.
cedit. in. hys.

Dis. p. m. facit

vi. q. facit. m. m.

um conuertens facit supinum: ut pressi pressum. In no o uel g antecede
dentibus per ui diuisas faciunt prateritum: ut pono posui: & ab eo co
posita: suppono supposui compono composui. Antiqui tamen & po
sui protulisse inueniuntur. **Plautus in puidularia.** Nunc ut apud uitulū
sequestum posuimus. **Apuleius in. i. hermagora.** Et cibatum quem
iocundum esse nobis animaduertent eum apposuerunt. **Gigno ge**
nui: pro quo geno uetustissimi protulisse inueniuntur. **Var. in anda**
bata: Sed qd hęc loca aliquid genunt cuius infinitiuum passiuum.
Lucretius in quarto protulit geni. **Tanto** magis inficiandum totum
posse extra corpus durare geni q. **A canendo** quoq; composita simili
ter prateritum in ui diuisas faciunt: succino succinui occino occinui
Quidam & occano occanui protulerunt. **Vt Salustius in primo histo**
riarum. **Iussu metelli** cornicenes occanuerunt: **Sed** probus occini quoq;
existimat posse dici cum simplex cano cecini faciat: quomodo a cado
cecidit: incido incidi & a tango tetigi: contingo contigi: m anteceden
te no in p. conuersa facit prateritum perfectum: ut tēno temp. **Alia**
omnia per ui coniunctas proferunt: lino suui sterno strau cerno creui
Nō solum. n. $\sigma\omicron\chi\epsilon\tau\omicron\ \acute{\alpha}\tau\omicron\ \kappa\omicron\lambda\upsilon\omega\ \acute{\alpha}\nu\epsilon\omega$ facit prateritum. **Sed** etiam cū
prouido accipitur. **Titinnius in gemina.** **Simul** & pueras has aspirat
re creui prouidi. **Plautus in cistalaria.** **Cum** ego te amaui mea anti
phila: & mihi amicam esse creui: similiter prouidi. **Sperno** quoq; spre
ui facit: & lino liui: uel magis differentia causa ad nomen liui leui:
qd ab leo quoq; simplici nascitur: quod in usu non est: ex quo deleo
deleui: unde & loetum dicitur quod delet uitam. **Iuuenalis in tertio.**
Nam quis plura linit uicturo dolia musto. **Terentius in heauto.** **Re**
leui omnia dolia mea omnes serias. **Vetustissimi** tamen etiam lini in
praterito protulisse inueniuntur. **Var. rerum rusticarum.** **Cum** obli
nerit uasa. **Supina** quidem in ui diuisas terminantium prateritum
subtrahit u & addita tum proferuntur: correpta tamen penultima: ut
posui positum genui genitum. **A cano** tamen composita: primitiui
seruant in supino terminationem: cantum. n. & succentum dicimus
quis in ipso uerbo a in i conuertant ex eo composita. **Sed** in supino i
in e tamen transferunt succino succentum occino occentum tenno ue
ro temp. temptum facit: sicut omnia in p. per prateritum exeuntia
In ui uero syllabam desinentia mutant eam in tum secundum supra
dictam regulam: ut suui situm strau stratum creui cretum spreui spre
tum. **Ergo** liui quoq; uel lini litum. **Vnde Virgilius i quarto georgi.**

2

Et paribus lita corpora guttis **Salustius in iugurtino** Simul gladium sanguine oblitum ostentans. Et sciendum q̄ tam litum q̄ situm & itum quitum citum satum corripunt penultimas: qd̄ in aliis supinis quæ a præteritis in ui terminantibus nascuntur non inuenitur: ut amauit amatum moui motum neui netum faui fautum cupiui cupitū muniui munitum **Caper & sino** situs: sicut nequeo nequitus corripuit penultimam: qd̄ usus ubiq; approbat **Cicero pro Cornelio**. Cœptū igitur per eos qui uolebant: desitum est per hunc qui decessit. Ecce hic manifestissime ostendit orator a desinor esse. desitum. Sic ergo a sinor litus. Quod autem penultima: supradictorum supinorum corripuntur: poetarum exempla docebunt: **Virgilius** a prætereor i octauo. **O** mihi præteritos referat si iuppiter ānos. Idem in decimo ab obetor **Morte** obita quales fama est uolitare figuras. **Quidius in fastis**: Sol aditus quā quaris ait: ne uana labores. **Nupta** iouis fratri tertia regna tenet. **Terentius in ecyra**. Nam cum compressa est nata forma in tenebris nosci non quita est: Est enim quaternarius iambicus. **Lucretius in octauo**. Hic situs est magnus placet hoc fortuna. sepulchrum **In eodem**. Illita tela dolis: nec matrem cominus unq̄. **Virgilius in. iiii** ut prædictum est. Et paribus lita corpora guttis **A** cico uel cio composita tam corripientia q̄ producentia penultimam inueniuntur. In po desinens in antecedente unum inuenio rumpo. quod subtracta m & o in i conuersa facit præteritum penultima producta tam i simplici quam in compositis ab eo: **Rumpo** rupi abrumpo abrupi corrumpto corruipi. **E** breuem uero penultimam habentia mutant o in ui diuisas ut strepo strepui. **R** uero uel l uel e productam ante po habentia o in si conuertentia faciunt præteritum: ut scalpo scalpsi carpo carpsi reposito serpo serpsi sarpo sarpsi. **Lucanus in tertio**. Sed per iter longum causa repsere latenti. **Supina** in pi quidem terminatorum fiunt: mutata i in tum: ut rupi ruptum. In ui uero separatas: subtracta u & addita tum: strepui strepitum. In psi autem exeuntia secundum supradictam regulam: mutata si in tum: ut scalpsi scalptum culpsi sculptū repsi reptum carpsi carptum. In ro finita per ui syllabam terminant ut tero triui quæro quæsiui sero seui. Nam sero seras a sera obdita natum serauit facit. **A** sero seris tamen composita quando mutant simplicis significationem: per ui sepafras proferunt præteritum o in ui conuersa desero pro derelinquo deserui **Insero** pro immitto inserui. **Si** enim de arbore dicam insero inseui facit: & participium insitus non

t iiii.

infertus. **Virgilius** in *bucolicis*. **In**tere nunc **Melibce** puros pone ordine uites. **Idem** in *secundo*. **Mutataq;** insita mala ferre pirum. **Vetu**stissimi tamen in simplici serui protulisse inueniuntur pro ordinari & leui. **Ennius** in *præceptis*. **Tibi** uidet auenam lolium crescere. **In**ter triticum seligit leccrui aufert sedulo ubi operam addidit quam tanto studio seruit. **Duo** inueniuntur supradictæ terminationis uerba quæ duplicat s in præterito ante i: gero gessi & uro ussi. **Verro** enim secundum **Seruium** tacit uersu: secundum **Carisium** autem uerri: quod & usus approbat. **Lucinus** macer pro tulsis quos oportuit amissa restituere huic etiam reliquias auerterunt. **Publius** in muro mûthone cellas seruorum in conuerti. **Curro** etiam repetita priore syllaba cucurri facit præteritum: quod in compositione inuenitur apud quosdam auctorum geminationem primæ syllabæ seruans: apud alios minime. ut **Virgilius** in quarto *æneidos*. **Decurrere** iugis: alia de parte patentes: tranmittunt cursu campos. **Liuius** in. *xxi*. ab urbe condita. **Qua** cuique proximum decurrere. **Idem** in. *xx*. **Et** si ferocius procurrisent. **Cato** contra **G. Pisonem**. **Video** hac tempestate ad omnes aduersarios cucurrisse **Terentius** in *ecyra*. **Vna** illarum interea propere percucurrit. **Cæsar** ad **Virgiliu** excucurristi a neapoli: **Plautus** in *sticho* **Percucurri** ut nunciare nunciu exoptabile. **Supina** cori i ui syllabam terminatiu præteritu mutatione o in tum præferuntur secundum supradictam regulam: ut trinitu quæsiu quæsitu. **Seui** uero secundum analogiam setu debuit facere: sed differentia causa ueteres setum præteritum dicentes præferre hoc satum tradiderunt. **Et** sciendum quod in nullo alio participio siue supino seu nomine participiali a penultima corripitur: nisi in supradicto & aliis tribus: fatus ratus status datus. **Reor** quoque ratus facit participiu: ut puto differentia causa: quia ritus & aliud significat: & retus præteritum dicebatur: quomodo saucius præteritum sauciatus: & lassus præteritum lassatus & lacerus præteritum laceratus & potus præteritum potatus. **Difficile** enim inuenis e uerbi in a conuerti præteritum siue supinum: nisi in supradictis uerbis. **In** compositione uero a supradictorum supinorum siue participiorum in a conuertuntur correpta: fatus isitus oblitus. **Vir.** in primo *georg.* **Mutataq;** insita mala ferre pirus. **Ci.** in *frumetaria*. **Vt** cum oblitu leotinu agrum uideris. **Deserui** uero desertu: & iserui isertu: & exerui exertu faciunt supina. quæ uero duplicat ante i: mutant si in tu in supino: ut gessi gestu ussi ussu. duplicata uero ante r ante o in præterito in su conuertentia faciunt supina: ut curro cursu uerro uersu. **In** solis desinetia o in a conuertentia assumunt ui & faciunt præteritum: ut lacecco laceccui laceccitu arcesso arcessui arcessitum

Salustius in primo historiarum. Domitium praefensulem exteriore hispania cum omnibus copiis quas parauerat arcessiuit. **Idem in secundo historiarum:** Argentum mutauit arcessiuit. **Cicero pro roscio.** arcessiuit aliquem lacessio lacessiui: sic & **Probus:** & uidetur mihi in hoc dicere melius lacessiui quam lacessi. Participium enim lacessitus passiuum. **Caper** enim lacessi dicit esse ut facessi & profert exemplum **Lucii** quo usus est in. xxiii. Nam uetus ille **Cato** lacessisse appellari: quod conscius non erat ipse sibi. Sed potest lacessisse per syncopam esse per latum uisyllabam: ut cupisse petisse dicimus: pro petiuisse cupiuisse. **Salu. in secundo histo.** Diuersa uti solet rebus proditis capessiuit. Idem in quarto. Igitur legiones pridie in monte positas lacessiuit. **Facesso** uero & capello & uiso: quae possumus dicere desideratiua: significant enim desiderationem: facello desidero facere: capello desidero capere & uiso desidero uidere. **Frequetatiua** enim esse non possunt cum primae coniugationis non sint. Haec eadem secundum **Diomedem** & **Carisium** o in i conuertentia faciunt praeteritum perfectum: ut facesso facessi capesso capessi uiso uisi. Similiter & quae quasi. **Probus** tamen quaeui dicit & melius quam quis primitiuum quoque eius. i. quaeo quaeui facit praeteritum **Salu. in. i. histo.** Curionem quaeui uti adolefcentior & populi suffragiis integer aetate concederet mamerti. **Ci. in diuinatione.** Ipse profecto metuere incipies: nec innocenti periculum facesseris. **Inuenitur** tamen in quibusdam codicibus facessieris: **Pinsu** pinsui facit praeteritum: quod probus in usu **Pomponii.** Neque molis molui: neque palatis pinsui. **Supina** eorum in situm exeunt: arcessitum lacessitum capessitum. **Secundum** in uis desinentium regulam de qua saepe in superioribus diximus. **A pinsu** autem pistum debet esse: unde pistor nomen uerbale: ut pastum pastor uisum uistor gestum gestor. **In to c** antecedente iuenio perfectum: cuius praeteritum plerique pexui. **Caper** tamen pectiui: **Carisius** pexi protulerunt. **Meccena** in octauia. **Pexisti** capillum naturale muneribus gratum. **Similiter** necto nexui & nexi. **Vir. in. v.** Et pibus palmas amboque inexit armis. **Sal. in. i. histo.** Nexuit catenae nodo. **Luc. i. v.** Hic solus uigilauit opinor & cum id mihi uisus est facere tum tertia nexit. **Propertius:** At tibi qui nostro nexisti retia lecto. **Flecto** uero flexi facit & plecto plexi atque. **Liui. i. vi.** **Erotopagmote** **Andromacha** per dudum manu lasciuola ac tenellula capiti meo trepidas liberes insolito pexi munere. **Nunc** enim plector & amplector dicimus: sed plector quoque esse passiuum. **Terentius ostendit** in phormione. **Ego** plectar pendens. **E**

breui antecedente in to desinenti duo iueni: peto petiui & meto melle-
 luit. **Cato** in secundo originum. In campo tiburti ubi ordeum demel-
 luit. **Idem in montibus.** Serit ibi ordeum. **Idem iterum metit.** **Cassius**
Emina in tertio annalium. In campo tiburti ubi ordeum demel-
 lit. **R** antecedente similiter duo iueni: uerto uerti sterto stertui. **Per-**
us **Cor** iubet hoc emi postq̄ destertuit esse mconides quintus pauone
 ex pithagoreo. **Geminata** uero ante o unum mitto melli & isto unū
 listo: cuius prateritum quando actiua habet significationem tam in
 simplici q̄ in composito deficit. Quando uero absolutam & similem
 sto uerbo comune cum eo habet prateritum ut resisto uel resto restiti
 & consisto & consto constiti: persto & persisto perstiti. **Supina** eorum
 quæ in xui uel in xi prateritum terminant: per xum exeunt ut nexui
 nexum: pexui uel pexi pexum flexi flexum. **Similiter** faciunt supinū
 quæ in ctor desinunt deponentia: amplector amplexum. **Petiui** uero
 secundum analogiam in ui terminantium prateritum facit penulti-
 ma producta petiuit. **Similiter** melleluit mellelsum: sicut censui censum
Melli uero duplicauit s in supino mellelsum. **A** sterto enim supinum nō
 inueni: nec a listo. **Deponentia** uero in tor desinentia nulla antecede-
 te consonante tor in sum conuertunt: utor usum: nitor nisum: inueni-
 tur tamen etiam nixum. **In xo** duo inueniuntur o in ui conuertentia
 in praterito texo texui & nexo nexas nexui. **Quidius** i quarto meth.
Luna quater plenum tenuata retexuit orbem. **Cicero** in. ii. de oratore
Sic omnia quæ fiunt: quæ aguntur leuioribus principis natura ipsa
 retexuit. **Virgilius** in quinto. **Nexantem** nodis seq; i sua membra pli-
 cantem. **Idem** in eodem. **Et** paribus palmas amborum inexit armis
Liuius nexabant multa inter se flexu nodorum dubio. **Actius** in dei-
 phobo. **Nos** continuo ferrum eripimus: omnibus manichas neximus
Supina alterum per tum: alterum per sum finiunt: texum: nexum.
Vnde **Virgilius** in octauo. **Et** clipei non enarrabile texum. **Idem** in
 quinto. **Qui** primus modos & uincula linea rupit. **Quis** innexa pedē
 malo pendeat ab alto.

De praterito perfecto quartæ coniugationis.

Quartæ coniugationis uerba omnia actiua uel neutralia
 in io desinunt: exceptis eo queo & ueneo: & ex eis compo-
 sitis. **In cio** igitur etiā desinentia duarum excedentia nu-
 merum syllabarum simplicia n antecedente: cio in xi con-
 uersa faciunt prateritum perfectum ut: ut uincio uixi sancio sanxi.

Vetustissimi tamen & fanciui & fancii proferebant. **Pomponius** secū
 dus ad thraſeam. **Sancierat** ius utile ciuitati. **Si** autem non n habue/
 rint cio in ſi mutata faciunt præteritum: ſarcio ſarſi: ſarcio ſarſi: rau cio
 rauſi fulcio fulſi: quod & **Probo** placet: quanuis alii differentiæ cauſa
 fluxi poſuerunt. **Cicero** in primo de oratore. **At** **Aefopum** ſi paulum
 irrauerit explodi. **In eodem** **Peranguste** referit i oratione ſua. **Idem**
 pro **Cornelio** libro ſecundo. **Qui** eis rebus urbem italiãque referſe/
 runt. **Idem** in ſecundo tuſculanarum. **Ex** quibus uerbis etiam omnia
 referſerunt. **Alia** uero omnia ſupradictæ coniugatiõis uerba ſecundæ
 perſonæ præſentis: abiecta finali ſ & addita uĩ faciunt præteritum per
 ſectum: **Quæ** tamen etiam ſubtracta u conſonante: & correpta penul
 tima i licet proferre: ut ſcio ſcis ſciũ uel ſcii: & ab eo compoſita: aſcio
 aſciũ uel aſcii. **Similiter** cio cis: quod & cieo cies dicitur ciũ uel ci: &
 ab eo cõpoſita cõcio cõcis cõciũ uel cõcii audio audiũ uel audiũ mol/
 lio molliũ uel molliũ munio muniũ uel muniũ ſaũ ſaũ uel ſaũ
 eo iũ uel ii queo quiũ uel quiũ uenio ueniũ uel ueniũ. **Solinus** in col
 lectaneis. **Tatius** in arce: ubi nunc ædes eſt iunonis monetæ. qui an/
 no quinto poſtq̃ ingreſſus urbem fuerat a laurẽtibz interemptus ſep
 tuageſima olympiade hominem exiit. **Saluſtius** in catili. **Sed** neq;
 precio neq; gratia impelli quiuit. **Idem** i primo hiftoriarum. **Neq;** ſe
 recipere aut inſtruere prælio quiuere. **Suffio** ſuffiũ uel ſuffi: quod
 quanuis a neutro paſſiuo componantur: tamẽ quia ſignificationem
 mutauit: mutauit etiam declinationem. **Vnde** **Virgilius** in quarto
 georgicorum. **At** ſuffire thymo carãſq; recidere manes. **Suffire** dixit
 ſecũdum rectam rationis declinationẽ cũ ſimplex eius fieri eſt. **Excipi**
 ſũtur haurio hauſi. **Inuenitur** tamẽ hariũ uel hauriũ. **Varro** in. xxiii.
 ad **Ciceronem**. **Cum** idem haurierit: ſepio ſepſi. ſentio ſenſi uenio uer
 ni aperio aperui: cum uidetur a pario compoſitum: q̃ uetuliſſimi nõ
 ſolum ſecundum tertiam: ſed etiam ſecundum quartam coniugatio
 nem declinabant. **Vnde** **Ennius**: **Oua** parere ſolet genus pẽnis con/
 decoratũ. **Igitur** cõpoſita ex eo ſi principalem ſyllabã puram nec ex i
 tegra præpoſitiõẽ habuerit: io in uĩ cõuertũt i præterito: ut aperio ape
 rui cooperio cooperui: reperio uero duplicauit p in præterito: quippe
 dimĩnuta una ſyllaba repperi. ſimile eſt præteritũ a operio operi. **Sũt** &
 alia ex hoc ipſo cõpoſita deponẽtia: expior opperior: quoz; p̃cipia ex
 pertus & oppertus oſtẽdunt a pario eſſe cõpoſita: cuius participium
 partus eſt. **Salio** ſaliũ uel ſalii & ſalui. **Vir.** in buco. **Dulcis** aqua ſaliẽ

te sitim restingere riuo. **Idē** prateritum in secundo georgicoꝝ: **Molli-**
bus in pratis unctos salicre per utres. **An** quibusdam tamen inuenitur
etiā saluere scriptum. **Idē** in. xi. aneidos: **Portisq;** ab equo regina lub
ipſis deliluit. **Idē** i. quinto: **Haud** mora pſilucere omnes: ferit aurea cla
mor ſydera. **Luca. i. quarto:** Inſiluit ſolo nociturus pondere puppim.
Statius i. nono theb. **Exculli** ſalierūt cuspide dētes. **Idē** in eodē: **Intili**
ere uadis magnoq; fragore ſolutus agger. **Quidi. i. xi. meth.** **Cū** ſape
aſſidit deſentia mœnibus urbis. **Idē** in quarto faſtorū: **Per** flāmas ta
luiffe pecus ſaluiffe colonos. **Quadrigarius** in. vi. ānālium. **Artorius**
dextram taureæ humerū ſauciat atque ira reſiliit. **Cambio** ἀμείβο/
μαι ponit **Carſius**: & eius prateritum campſi: quod ἀπό τοῦ κάμ/
πτω ἐκαμψα græco eſſe uidetur. **Vnde** & camplo ſas ſolebant uctu
ſtiſſimi dicere. **Ennius** in. x. **Leucathem** cāpsant. aio cuius declinatio
in uſu frequenti non ē quartæ cōiugationis eſſe oſtenditur: & ab ipe
ratiuo in i terminante. **Sic. n.** pbus de dubio perfecto tractans oſtēdit
Neuiū p̄tuliff e. **An** nata ē ſpōla prāgnās aut ai: aut nega. **Actius** in
ioue. quibus nam te aibant ortum locis: p̄ aiebant: quod in hac con/
iugatione fieri ſolet. & eſt notandum in hoc uerbo: q; pares habent ſyl
labas tres perſonæ: aio ais ait: quod in alio huius cōiugationis uerbo
nō inuenis: & penultima primæ ſolius perſonæ p̄ducitur: quæ ſola i
habet loco conſonantis. **Vnde** tertia quoq; pluralis quæ ſolet a pri/
ma fieri ſimiliter i conſonantem habens p̄ducit penultimam. q; autē
in aliis corripitur oſtendit ſuſus. **Virgilius** in primo **Sic** ait & dicto ci
tius tumida æquora placat. **Et neuius.** **An** nata eſt ſponſa prāgnans
uel ai uel nega. **Nam** niſi corripitur aiambus ſtare non poteſt. **Inueni**
mus tamen tertiam perſoam prateriti ait quali a prima ai aiſti ait:
quæ tamen in uſu non ſunt. unde nec p̄fecti nec pluſq; p̄fecti nec ſub
iunctiui futuri in hoc uerbo declinatio inuenitur. **Poteſt** etiam ait præ
ſens pro praterito accipi. **Supina** in xi quidem terminantium ſecun/
dum ſupradictam regulam in ctum exeunt: uinxi uinctum & ſanxi
ſancitū: ſanciui uero facit ſancitum. **Vnde** **Lucanus.** **Qued** porro ne/
queas ſancitū quādo quidē extat. **In** ſi uero prateritū p̄fectū finiētia l
uel r̄ātecedētibus: mutāt eā i tū in hac cōiugatione: & faciūt ſupinū:
ut ſarſi ſartū: ſarſi ſartū: unde & ſartores & ſartores: & ex his cōpoſita
cōfertio cōfertū refertio refertum. **Ci** i. ii. tuſcu. **Tu** iecore optimo ſar/
ta & ſaciata. **Alia** uero in ſi deſinentia ſupradictam regulam ſeruant
ideſt generalem in ſi deſinentium: ut ſenſi ſenſum: rauſi rauſum. **Vn**

de Lucilius in decimono: Rausuro tragicus qui carmina pdit ore/ste. Haurio hausti haustum differentia causa assumpsit t: quis et aspi-ratione differat. Sepsi uero septum secundum proportionē in supra-dictis expositam facit. Veni uero uentum & aperui apertum faciunt: sicut pario partum & ex eis omnia composita: ut aduenio aduentum conuenio conuentum: comperio compertum: experior expertū. Alia uero omnia quæ tam in ui q̄ in ii terminant præteritum perfectum: i- tum faciunt supinum penultima producta tam in hac q̄ in aliis con-iugationibus: ut audiui uel audii auditum: muniui uel munii muni-tum: sciui uel scii scitum: arcessiui uel arcessii arcessitū: cupiui uel cu-pii cupitum. Exciuntur in eo desinentia & dissyllaba aliarum cōiu-gationum: quæ penultimam supini corripunt: ut eo iui uel ii itum: adeo adiui uel adii aditum: prætereo præteriui uel præterii præteritū queo quiui uel quii quitum sino siui uel sii situm lino liui uel lii litum quod rarissimo in usu est: cico ciui uel cii citum corripit penultimā: quando uero a cio cis: quod quartæ coniugationis est: producit eam. Pono quoque q̄ antiqui posui in frequenti autem usu facit præteritū pbsui: corripit penultimam in supino positum. Veneo quoque secun-dam analogiam uenitum debet facere supinum: pro quo magis est uenum in usu. Et supradicta auctoritate ueterum comprobantur si-cut iam superius ostendimus: rursusq̄ referamus i memoriam. Vir. in octauo. O mihi præteritos referat si iuppiter annos. Idem in octa-uo. Amphitroniades armenta abiturumque pararet. Idem in quin-to. Hos aditus iamque hos aditus omnemque pererrat. Idem in deci-mo. Morte obita quales fama est uolitare figuras. Quidius in quatto pastorum Sol aditus quam quæris ait ite uana labores. Nupta iouis fratri tertia regna tenet. Idem in heroidibus. Tempore quo nobis ini-ta est cerealis eleusis. Terentius in ecyra: Nam cum compressa ē gna-ta forma in tenebris nosci non quita est. Luuenalis in quarto. Nam co-itus iam longa obliuia uel si coneris facit exiguus cum ramice neruus. Antepenultimam quoq̄ in futuri temporis participio corripitur. Idē comprobat Virgilius in secundo æné. Si periturus abis & nos rapti in oia tecū. Luc. in v. Tū lurida pallēs Ora tulit uultu sub nubē tristis ituro. Cico citus penultima correpta facit. Sta. in. iiii. theb. Atq̄ hic i-gēti Capaneus mauortis amore Excitus & longam pridem idignan-tia pacem: Corda tumens. A cio uero citus penultima producta. Vir-gilius etiā in tertio. At genus est syluis cyclo-pum & montibus altis.

Excitū ruit adportus & litora complet. **S**inor situs & desinor desitus
penultima correpta. **C**icero pro **C**ornelio in primo: **C**ceptum igitur p
eos qui agi nolebant: deintum est per hunc qui decessit. **I**dem i primo
rhetoricorum: **E**t si non ab eo q; in proximo desitum erit: deinceps in
cipietur. **I**nde etiam situs dicitur pro negligentia. **V**irgilius in septio:
Sed te uicta situ ueriq; effeta senectus. **I**dem in. ii. gorgicoꝝ. **M**uta
tumq; insita mala **F**erre pirum. & in quarto eorundem: **E**t parbus li
ta corpora guttis. **I**deo autem diximus dissyllaba in ui desinentia se
cunda uel tertia conjugationis in supinis uel participiis prateriti cor
ripere penultimam: quia siue sint quarta dissyllaba producant penul
timam: ut scio scitus, siue ultra duas syllabas alterius quoq; coniu
gationis producantur: ut arcessiui arcessitus: cupiui cupitus nisi a dissylla
bis composita: ut inlitus incitus silitus. **L**ucanus in octauo: **I**llita tela
dolis nec matrem cōminus unq; **A**usa pati uirtus. **V**irgilius in sexto:
Quatit ungula cursu incita: nec domini memorum pculcat equoꝝ.
Similiter impositus prappositus. **I**uuenalis in primo. **S**i te prapposi
ti nundum pudet atq; eadem est mens. **V**irgilius in tertio. **I**mposi
tis auro dapibus. **P**ræterea notandum q; sepelio sepeliui uel sepelii se
pultum in frequentiori usu est supinum. **A**ntiquissimi etiam sepelitū
dicebāt. **V**nde **C**ato in thermū. **M**ortuus est: sepelitus est. **S**alio quo
que salui uel salii saltum facit. **V**nde **V**irgilius i. vi. **C**ū fatalis equus
saltu super ardua uenit **P**ergama. **I**dem i. xi. **A**t medias iter cædes ex
ultat amazō. **S**olēt enī frequētiua plerūq; a sup. nis uel picipiis uel
prateritis nasci. **S**alio fallitū facit: fallo saltum quō uello uultū. **S**itē
na **S**ic meā paludē multi pisciū saliendoꝝ cā a nauibus semihonustis
cōmeāt. a fallo fallēdoꝝ dixit non fallēdoꝝ. **S**alu. i. tertio historiarū.
Parte cōsumpta reliqua cadaueꝝ ad diurnitatē usus fallerent. falle
rent dixit a fallo: non a fallō. **S**imiliter **L**ucilius in octauo. **S**alle
re murenas mercem in frigidaria ferre. **I**nde etiam participia futu
ri falliturus & falsurus. **L**uius: **S**alliturus istac mittam salem. **M**u
mius. **I**stac sum multo sale falsurus: sed etiam participium præ
teriti fallitus & falsus. **C**ornelius seuerus in octauo. **D**e statu
suo ad quem falliti pumiliones afferbantur. **A**mbio ab eo. com
positum solum mutauit penultimam e in i. itaque in io quidem
desinentium regulam seruauit in supino & participio: quippe p
ducta penultima ambitus ambita ambitum. **I**n nomine autem siue
uocabulo rei differētiæ causa in eo terminatiū regulā seruās corripuit.

penultimā ambitus. **Vt** Ouidius in. i. meth. Iussit & ambita circum-
dare littora terrā. **Luc.** in. i. Lat. alisq; ambitus urbis Annua uenali re-
ferens certamina campo. **Quauis** Scaurus in utroq; similem teno-
rem putauit. **Sed** Vellius celer respōdens Adriano imperatori de hac
interroganti declinatione & tenore ambitus nomen a participio ostē-
dit discerni. quod usu quoq; ut ostendimus confirmatur.

Explicita nominis & uerbi ratione. Modo
in isto .xi. libro. de participio tractemus.

Qui tertio loco participium posuerunt rectius fecisse
uidetur cū enim nomē & uerbū primum & secūdū
tenuerunt locū: participiū quod ex utroq; nascitur
sequentē iure exigit. **Qualitū** tamē est an bene spe-
rauerit id ab aliis partibus grammatici. **Primus** try-
pho quem Apolonius quoque sequitur maximus
artis auctor grāmatica. **Stoici** quō articulū & pronomē unā partem
orationis accipiebāt infinitū articulū uocātes quē grāmatici articulū
ei quoq; adiungentes etiam infinita nomina uel relatiua; quod etiam
Didymus facit tractās de latinitate. **Finitū** autē articulum dicebant
idem stoici: quod nunc pronomē uocamus finitum: quod etiam uera
ratione solum pronomē est dicendum. **Ergo** romani quoque artium
scriptores stoicorum secuti traditionem pronomina finita dixerunt
& infinita: nam articulos non habent. **Sic** igitur supradicti philoso-
phi etiam participium aiebant appellationem esse reciprocam id est
ἐν τανακλάσον προσήγοραν hoc modo legens est lector: & lector ē
legens; & cursor est currens & currens est cursor amator est amās &
amans est amator. **Vel** nomen uerbale uel modum uerbi casualē un-
de uidetur nostri asciuisse inter uerba gerūdīa uel participalia cū uide-
antur ea assumere casus. **Ideo** participium separatim non tradebant
partem orationis: q; nulla alia pars orationis semper est in deriuatiōe
nullam propriam positionem habēs nisi participium. **Cetera** enī par-
tes prima inpositione inuenta sunt: ad quam deriuatiua etiam aptā-
tur. **Omnis** enim pars orationis quocūq; modo deriuata uel in eadē
notione siue diffinitione primitiui sui accipitur: & eandem habet ei
diuisionem: & eadem accidentia. **Vel** in aliud quod iā ante erat sup-
positū: etiā propria & naturali positione: unde deriuatum propter si-
militudinem eius qd iā erat ante ex se ortū ei addebatur: ut pater no-
men paternus nomē. **Similiter** rex & regalis: taurus & taurinus noīa

quicquid enim accidit primitiuo etiã accidit deriuatiuo. **F**erueo uerbum & feruelco uerbũ. **S**imiliter facio & faceſſo uideo & uiſo deyderatiuũ uerba ſunt ab eodem in idẽ. **S**ed etiã bene male deriuata aduerbia a nominibus ab alio ad aliud nata ſunt ad ſimilitudinem in propria impoſitione inuẽtorum: ut pene nempe hæc enĩ aſe orta ſunt. **Q**uicquid enĩ accidit his: accidit illis: & quod ſuum ẽ aduerbiorum per oĩa uerba currunt. quãtũ igitur ad hoc .i. q. in primitiuis & in ſua poſitione non inueniũtur: participia uidentur ſtoici bene feciſſe. **S**ed rurus prohibet eſſe nomina temporum diuerſorum aſſumptio: quã fit in propriis tranſmigrationibus ad ſimilitudinem uerborum. **S**ed ſi quis dicat q. nomina quoq; multa inueniuntur tempus ſignificantia: reſpondebimus q. hoc intereſt inter participia & nomina temporalia: q. nomina illa nihil aliud ſignificant niſi ipſum tempus per ſe: ut añus menſis dies meridies hodiernus heſternus craſtinus. nec in propriis tranſmigrationibus. participia uero actionem uel paſſionem aliquã in diuerſo tempore fieri demonſtrant non tempus ipſum per ſe: & q. eoſ ſequuntur caſus quos & uerba ex quibus naſcuntur. **E**t q. uerborum ſignificationes habent & q. pro uerbo ponuntur quorum nihil eſt ſuum nominis. **O**mne enim nomen a quocunq; uerbo natum uel genitiuum ſequitur caſum uel datiuum figurate per compaſſionem: quã græci οὐκ ἀδελφῶν uocant: ut amicus illius: læctor illius: ſpeculator illius: auditor illius: uictor illius: & datiuũ ut amicus illi ẽ: tutor illi ẽ. **E**t notandum q. plerunq; ſubſtantiuũ uerbũ quod græci οὐκ ἀδελφῶν uocant ſolent adiungi huiuſcemodi figurã. **I**nueniuntur tamen pauca & ablatiuũ ſequentia: ut dignus illa re maectus uirtute. **A**ccuſatiuũ uero figurate: ut exoſus bella preſſius futura. **P**articipiorum enim loca uidentur poſita illorum conſtructionem ſeruafſe: uerba autem & participia genitiuo uel datiuo uel accuſatiuo uel ablatiuo ſolent aſſociari: ut miſceor illius: miſerens illius: parco illi parcens illi: oro illum orans illum: careo illo carens illo. **E**t actiua quidem plerunq; accuſatiuum ſequuntur: paſſiua uero ablatiuũ uel datiuum figurate: genitiuũ admodũ pauca: **S**ed de his ſi deus añuerit cũ de diſpoſitiõe uel conſtructione partiũ orationis ſcripſerimus: id eſt περίου τὰξωσ expoſnere latius conabimur. **E**rgo ſi uerborũ ſeruauerint conſequentiam participia ſunt. **S**i amiffis temporibus caſus quoq; quos noĩa ſolẽt uerba ſequi attrahant tranſeunt in ea: ut amãs illũ participiũ eſt. amo. n. illum dicimus: amans autẽ illius nomen ẽ: ut amator illius. **I**taq; &

tempus amittit: & comparationem assumit: ut amans amantior amantissimus. **A**ceptus ab illo participium est: quia & accipior ab illo dicimus. **A**ceptus illi nomen: ut amicus illi. **I**deoq; tempore quidem caret: & comparationem adsciscit: ut acceptior acceptissimus: & ea quidem sunt quibus ostenditur participium aliud esse q̄ nomen: uerbum autem id esse non potest cum casus habeat: & declinationes & genera ad nominum formam. nullum enim uerbum potest hoc habere. **I**taq; cum & uerbi quaedam prohibent hoc esse nomen: idem tempora & significationes: & nominis propria prohibent esse uerbum. **I** genera & casus. **Q**uæcunq; enim pars orationis habet genera apud græcos: uel latinos habet & casus: & quæcunq; habet casus habet & genera: exceptis paucis indeclinabilibus mansit participium medium inter nomen & uerbum: unde rationabiliter hoc nomen est ei a grammaticis inditum per confirmationem duarum partium orationis principalium. **N**ec solum participium: non ab aliqua propria uis sed ab affinitate nominis & uerbi nominatum est: sed alia quoq; partes quinque orationis: non a sua uis: sed ab adiunctione quam habent ad nomen & uerbum uocabulum acceperunt. pronomen enim dicitur q̄ pro nomine ponitur: & aduerbium quod uerbo adiungitur. & præpositio quæ tam nomini q̄ uerbo præponitur: & coniunctio quæ coniungit ea: & interiectio quæ his interiacet. **U**nde est dicendum q̄ si non fit nomen nec uerbum: nec alia pars constare poterit. **I**taq; quibusdã philosophis placuit nomen & uerbum solas esse partes orationis. **C**ætera adminicula uel iuncturas earum erant: quomodo nauium partes sunt tabulæ trabes. **C**ætera autem idest stuppa non ex eadem constat materia & clauis & similia uincula: & conglutinationes partium nauis: hoc est trabium & tabularum non partes nauis dicuntur: sed est obiciendum ad hoc: quod cæra & stuppa non ex eadem constant materia ex qua tabulæ & trabes: coniunctiones autem & præpositiones & similia ex eadem sunt materia: ex qua nomen & uerbum constant: hoc est litteris & syllabis & accentibus & intellectu. **I**taq; etiã per se prolata q̄ partes sunt orationis ostendunt. **Q**uid enim est aliud pars orationis nisi uox indicans mentis conceptum: idest cognitionem. **Q**uæcunq; igitur uox litterata profertur significant aliquid iure pars orationis est dicenda. **Q**uod si non essent partes loco earum nunq̄ nomina ponerentur: cum loco cæra & stuppæ in nauis tabula fungi non potest. iuenimus autem loco aduerbii nomen: ut una mul-

rum: falso: qua & pronomem similiter eo illo: & loco coniunctionis tā
nomen q̄ pronomem quare ideo: & aduerbium loco nominis: ut ma/
ne nouum: & sponte sua: & euge tuum: & belle tuum: & cras alterum
Sed si qui compaginem uidentur praestare nomini & uerbo non sunt
partes orationis dicendæ. Ergo nec partes corporis debemus accipere
neruos: quia ligant membra & articulos: quod penitus uidetur absur/
dum. Multo igitur melius qui principales & egregias partes dicunt
nomen & uerbum: alias autem his appendices. Quod autem partici/
pium nomen accepit a confirmatione nominis & uerbi nihil mirum
cum inueniuntur quadam nominationes etiam ex negatione nascen/
tes: ut neutrum genus: quod nec masculinum est nec femininum: &
infinitum uerbum quod personam non habet. Participium est igitur
pars orationis: quæ pro uerbo accipitur: ex quo etiam deriuatur natu/
raliter: genus & casum habens ad similitudinem nominis: & acciden/
tia uerbo absq; discretionem personarum & modorum. Ideo autem rep/
tum est participium q̄ nomini uerbum adiungitur: sed non aliter nisi
sit nominatiuus casus ei personæ adiunctus: secundum quam profert
uerbum: ut facio ego bonus facit ille bonus. Cum igitur flexas nomē
in obliquos casus uerbum ei adiungi non potest intransitiuum id est
& ἀεὶ ἄβατον: hoc est in sua manens persona. Nam ἀεὶ ἄβα τικὰ dicū/
tur id est transitiua: quæ ab alia ad aliam transeunt personam in qui/
bus solent obliqui casus adiungi uerbis: ut misereor tuū moderatur
imperator militibus. hic enim quia ab alia persona ad aliam trāsit uer/
bi significatio utimur obliquis. Cum igitur sunt intransitiua: quia nō
possunt obliqui casus his adiungi loco uerbi subit participium: ut bo/
nus homo loquebatur: boni hominis loquentis orationem audiui: bo/
no homini loquenti dedi: bonum hominem loquentem audiui: bo/
no homine loquente delectatus sum. Vbiq; enim participium loco
uerbi intransitiui accipitur: uocatiuus quoq; quomodo nominati/
uus intransitiuis adiungitur: ut doctus loquens proficis: & docte lo/
quens proficis uel profice. Sicut igitur pronomem est ideo inuentum
ut adiungi primæ & secundæ personæ uerbi possit. Nomina. n. tertiæ
personæ coniungi uolunt absq; uocatiuo casu: qui semper secundæ
adiungitur personæ: Sic participia inuenta sunt: ut quod deest uer/
bis id casus compleant coniuncta nominibus. Nec solum p obliquos
casus utile est participium: sed etiam per nominatiuum. diuersa eni
uerba absq; coniunctione adiungere non potes: ut lego discō uel do/

ceo discis non est dicendum. Sed lego & disco: uel doceo & discis. Nā hoc proprium est tam transitiuorum quam intransitiuorum. participium autem si proferas pro aliquo uerborum; adiungas ei uerbum bene sine coniunctione: ut legens disco: pro lego & disco: & docente me discis: pro doceo: & discis. Contra autem diuersa nomina si ad unum referantur sine coniunctione oportet ea proferre nisi adiectiua geminentur: ut pius Aeneas: uel Marcus & Tullius: & Cicero: quasi de alio & alio dicis. Accidentia uero siue adiectiua si geminentur: necesse interponi coniunctionem: ut bonus & iustus & pius & fortis Aeneas. Verba quoque & participia si sequantur se se coniunctione egent: ut legit & scribit doctor loquens & currens facit. nec mirum propria quæ intecabilem substantiam demonstrant: ut Socrates. Nec appellatiua quæ secabilem id est generalem: & specialem: quæ diuidi potest substantiam indicant: ut animal corpus homo taurus equus aurum lapis: non egere coniunctione. diuersæ enim substantiæ in uno coniungi non possunt. Itaque cum dicam Cornelius Publius Scipio africanus. non egeo coniunctionibus. Vnam enim his indico esse omnibus substantiam. Similiter homo est animal rationale mortale disciplina: capax: cum unam substantiam significo: quauis multorum communem non egeo coniunctionibus: quæ diuersas solent res coniungere: diuersæ autem substantiæ in eodem esse non possunt. Accidentia autem quæ substantiæ iam ante suppositæ accidunt possunt esse diuersa in eadem substantia: ut si dicam Marcus tullius Cicero quia una est substantia non eget coniunctionibus. Sin autem dicam sapiens & eloquens & foelix. Cicero: diuersa ostendo. accidentia in una substantia. Itaque egent coniunctione. Illud quoque admonendum quod quemadmodum coniungitur aduerbium uerbo: sic etiam participio. Nec mirum cum pro uerbo ponitur: ut bene legens delectat: pro bene legit & delectat: & quauis ab indicatiuis deriuantur uerbis participia potestate tamen & uis significationis omnes continent modos: exponens doceo: pro expono & doceo: utinam exponens docerem: pro utinam exponerem & docerem: cum exponens doceam: pro cum exponam & doceam: exponens docere uolo: pro exponere & docere uolo: eius igitur obtinet uim modi uerbo cuius coniungitur: & in hoc quoque quantam habeat cum infinito coniunctionem ostenditur. Infinita enim similiter cum ab indicatiuo nascuntur pro omni accipiuntur modo. dico enim scribere me indico pro scribo: scribere te impero:

pro scribe : scribere me opto pro utinam scriberem : scribere me uolo
cum legam : pro cum scribam legere . **N**ec mirum in his una uoce tā
diuerfas inueniri significationes : cum in multis aliis quoq; inuenitur
dictionibus : ut circum nomen & aduerbium . **E**o pronomem & uerbū
& coniunctio & aduerbium . **S**imiliter in aliis pluribus hoc inuenis :
sicut supra dictum est . Igitur participium inuentum est : ut in nomi/
natio quidem sine coniunctione proferatur cum alio uerbo : ut legēs
doceo pro lego & doceo : quæ compositio intransitiua est : hoc est in
se ipsam ostendit manere personam . **O**bliqui uero casus participiorū
ad hoc sunt utiles : quod non solum sine coniunctione proferuntur cū
obliquis casibus nominum : sed etiam ad alias transeunt personas : ut
docentis potior : docenti respondeo docentem audio : & illo docen
te didici . Ergo nominatiuus & uocatiuus intransitiuus solet esse : ut
legens ego homo facio : pro lego ego homo & facio . **E**t similiter
uocatiuus o homo legens bene fac : id est o homo bene lege & fac . **C**æ/
teri uero magis transitiui ut prædictum est : ut bellantis hominis mi/
sereor : pro bellat homo & eius misereor imperanti homini obedio : p
imperat homo & ei obedio : docentem hominem audio . pro docet
homo & cum audio : lucente sole uideo : pro lucet sol & uideo nisi ipse
in sese facit kata id est ideopathiam proferatur : tunc enim utimur
consuetudine transitiuorum : q̄ alopthiam significant : ut misereor
mei legentis : præbeo mihi legenti accuso me legentem : fruor me le/
gēte & participia ad eum casum maxime referuntur quem uerba desi
derant ut supra dictum est : misereor tui misertus tui inuidio tibi inui
dens tibi accuso te accusans te : dignor te illa re dignans te illa re :

De Accidentibus participiorum .

Accidunt autem participio sex : genus casus tempus signifi
catio numerus & figura . **G**enus masculinum : ut amatus
fœmininum ut amata : neutrum ut amatum : commune
trium generum : ut hic & hæc & hoc legens . **N**am commune duum
generum : & epicheno in participio ipsa natura phibet . **C**ū enim uer
ba ex quibus nascuntur participia pariter omnibus adiungantur ge/
neribus : ut legit uir legit mulier legit mancipiū : necessario participiū
quod ex eo pficiscitur eisdem generibus associatur . & siquidem in ns
definit : quod sit in præsentis tempore quod est imperfectum : etiam

præteritum sine dubio trium generum est cōmune ad formam nomi-
num adiectiuorum: quæ cum in duas finiunt consonantes trium ge-
nerum sunt communia. **S**inautem uero in ius finiantur: masculina
pariter ad similitudinem adiectiuorum in a finiunt: fœminina: & in
um neutra: quod fit in omni præterito tempore & in futuro: nec mirū
ad formam adiectiuorum hæc dirigi: cum pene uim habeant partici-
pia quoq; adiectiuorum nominum. **A**ccidentia enim propriis uel ap-
pellatiuis nominibus significant uelut illa: ut bonus homo scribens
homo & illud accidit: & hoc accidit fortis **Scipio**: scribens scipio. **N**ec
uos moueat q̄ sunt quædam uerba quæ ad mares pertinet uel ad fœ-
minas: quæ uidentur exigere ut participia sint: uel masculina solum
uel fœminina: ut futuo nubo: futuens nubens. **N**am illud ad mares:
hoc ad fœminas pertinet solum: **S**ed illud attendamus q̄ adeo natu-
ra ipsius uerbi & participii communis est trium generum: q̄ siue uitu-
perationis causa siue figurate licet maribus aptum uerbum uel parti-
cipium: fœmininis quoq; adiungere & contrafacere: ut puta **Bona**
anima futuit illam fœminam pro bonæ animæ uir. **E**rgo & bona ani-
ma futuens bonam fœminam: gignit bonam animam. **E**t bonū cor-
pus futuens gignit bonum corpus. **N**ec uitiosam facio orationem:
adiungens & fœminino & neutro generi uerbum & participium: qđ
ad mares solos uidetur attinere: **E**t contra uituperationis causa pos-
sum dicere ut **Iuuenalis** in secundo. **N**ubit amicus & nuptus uir & fi-
gurate bonus mulieris animus nubit mihi: & nuptus est mihi. **E**rgo
sine dubio omne participium uel in duas definit consonantes: & tri-
um generum est: uel mobile i us masculinum: in a fœmininum. i um
neutrum terminant.

De Formatione participiorum

Tempora coniuncta habent præsentis & præteriti imperfe-
cti: & præteriti perfecti & plusq̄perfecti: tam participium
quā infinita uerba ad similitudinem optatiuorum: **N**ascit̄
autem præsentis & præteriti imperfecti a prima præteriti
imperfecti persona in omni coniugatione. **N**ec mirum cum prima p-
sona honestior est cæteris: ipsa enim sine illis esse non potest: illæ autē
sine hac esse non possunt: & ea illas sibi coniungere potest: illæ autē
eam minime. **E**rgo enim & tu & ille faciamus licet d̄scere: tu autem &
ego facitis uel ille & ego faciunt nemo dicit **Virgilius** in tertio ænei-
dos **Diuellimur** inde **Iphitus** & **pelias** mecum. **F**it autem participiū

mutatione extremae syllabæ supradicti temporis & personæ in bam
in ns: ut amabam amans docebam docens legebam legens faciebam
faciēs inueniebam inueniens. **E**xceptis in eo desinentibus quarta con-
iugationis uerbis: quæ contra aliorum regulam i habent ante bam p
ductam: quam tamen antiqui per diphthongum scribentes transmu-
tatione uocalium factam ostendebant: ut adiebam: pro adiebam: que
iebam pro quiebam: quod etiam in aliis uerbis sæpe solet fieri: ut po-
libam pro poliebam. insignibam pro insigniebam. **N**ec tamen id pro-
hibuit participia ad perfectorum nasci regulam: dicimus enim iens
adiens quiens poliens insigniens hæc tamen eadem participia: quæ a
uerbis in eo desinentibus: quarta coniugationis nascuntur anorma-
le per obliquos casus pro ie eu habucrunt: lens cuntis quiens quacun-
tis futuri temporis participia si sunt a uerbis actiuis & neutris uel de-
ponentibus: fiunt ab extremo supinorum addita rus: amatu amatu-
rus doctū docturus lectū lecturus auditu auditorus statu staturus lo-
cutu locuturus. **A** communi quoq; uerbo quod in futuro tempore ha-
bet duo participia: unum quod actiuum in rus: alterum uero passiuū
in dus. **I**llud quoq; in rus definit secundum supradictam regulam:
criminatu criminaturus osculatu osculaturus. **P**assiuæ uero eiusdem
temporis participia futuri fiunt a genitio participii præsentis: tis fi-
nali in dus conuersa: ut amans amantis amandus: docens docentis
docendus: legens legentis legendus: audiens audientis audiendus:
præteriens prætereuntis prætereundus: transiens transeuntis transe-
undus. **P**ræteriti uero temporis participia quæ in tus uel in sus uel in
xus desinunt similiter a supino extremo fiunt addita s & correpta u
Nascuntur autem a uerbis passiuis: ut amatu amatus domitu domi-
tus doctū doctus deletū deletus mersu mersus pexu pexus auditu au-
ditus. **A** communibus criminatu criminatus consolatu consolatus.
A deponentibus for fatu fatus reor ratu ratus uereor ueritu ueritus lo-
quor locutu locutus molior molitu molitus. **A** neutro passiuo gauisu
gauisus factu factus. **A** neutris uero paucis præteritum nascitur: cœ-
natu cœnatus: pransu pransus: placitu placitus nuptu nuptus. **E**xci-
pitur mortuus a morior: cuius supinum est secundum analogiā mori-
tu: & hinc moriturus. **P**ræterea dubitabatur utrum potatu potaturus
& potatus secundum analogiam: an potu poturus per syncopā me-
lius dicatur quæ in usu sunt. **V**irgilius in bucolicis. **H**uc ipsi ad potū
ueniēt p prata iuueni. **I**dem i. iii. geor. **Q**uoq; modo potis gauderēt

intima febris. **Lucanus in quinto.** Strimona sic gelidum bruma pellē
 te relinquunt Potura te nulle grues. ex quo ostenditur potus quoq;
 participium esse. Nec mirum cum lautus & lauturus pro lauatus &
 lauaturus in usu est. Nam secundum **Terentium** lauatur & lauatu-
 rus debet proferri: qui supinum lauatum protulit in eunu. Vix elocu-
 ta est: hoc foras simul omnes prouunt abeunt lauatum prostrepunt
 Vnde **Quidius in tertio fastorum.** Silua uestalis quid enim uetat in
 de moueri Sacra lauaturas mane petebat aquas. Quaritur ortum or-
 tu unde ortus an oritum oritu unde oriturus. **Horatius in primo epi-**
stolarum. Nil oriturum alias nihil ortum tale fatentes. Partum partu
 unde partus: an paritum paritu unde pariturus. Erutum erutu unde
 erutus: an erutum unde eruturus. **Lucanus in tertio.** Impendent ca-
 ua saxa mari ruituraq; semper. Stāt mire moles: Cassum casū unde
 cassus: an caritum caritu unde cariturus. **Iuuenalis in secundo.** Tol-
 lere dulcē Cogitat heredem cariturus turture magno. **Virgilius in**
secundo aeneidos. Demisere neci nunc cassum lumine lugent. Qui-
 busdam tamen hoc id est cassus magis uidetur nomen quā uerbum ut
 lassus. In anomalis quoq; supradicta regula seruantur: latu laturus
 latus: ferens ferentis ferendus esu esurus esus: edens edentis edendus
Et sciendum q; si deficient supina: deficient etiam participia tam su-
turi temporis in rus desinentia quā prateriti quae ex ipsis nascuntur:
 quod inuenis in omnibus mediratus & inchoatiuis: in quibus defici-
 unt duo extrema: quibus deficientibus supradictorum quoq; tempo-
 rum deficient participia. **Rarissime inueniuntur supradicta tempora**
 in usu a neutris secundae conjugationis uel tertiae in uo desinentibus:
 quae in ui diuisas faciunt prateritum perfectum: ut lecturio parturio
 esurio horresco feruesco amasco miseresco labesco hisco horresco te-
 peo algeo egeo calleo ferueo stupeo lateo candeo niteo albo renuo-
 luo. **Rarissime tamen ut diximus inueniuntur ex quibusdam huius-**
 modi supina: uel futuri temporis participia: ut dolco doliturus: careo
 cariturus. **Et alia tamen multa inueniuntur deficientia in aliis quoq;**
significationibus: uel generibus uerborum: tam supina quā ex eis nas-
centia: ut urgeo spuo metuo timeo medeor disco posco compesco cre-
seo. **Et quocūq; tempore defectiua sunt uerba: deficient etiam partici-**
pia: ut ambigo scando niteo uergo areo mando strideo: quāuis apud
uētustissimos eorum quoq; praterita inueniuntur: ferior quoq; & ue-
scor: quia prateritum tempus non habent: deficient etiam in partici-

piis eiusdem temporis. **C**epti nō habet praesens nec futurum nec par-
ticipium: sed tantummodo praeteritum ceptus. **S**imiliter odi osus:
noui notus: ex quo perosus & exosus. **P**lautus in amphitruone Inimi-
cos semper oſa obtuerit. **E**t uerbale tamen nomen ex eo protulit. **I**dē
in alinaria. **M**adidum nihil incontinentem atq; olorem uxoris suae.
& memini meminens. **L**iuus erotopagmon quarto meminens. **V**ar-
ro corde uoluntat: quia memini tam praesentis q̄ praeteriti uim habet:
quomodo odi: unde & osus pro praesenti & meminens pro praeterito
licet accipere. **N**am nosco noui praesens noscens facit. **S**imiliter imp-
sonalia deficiunt in supinis: & participiis quia ex supinis nascuntur
ut piget pudet: quāuis quidam puditum posuerunt. ut **P**lautus in ba-
chidibus. **N**eq; me neq; tu te intus puditum est: factis quae facis. **T**e-
det poenitet piget liquet libet licet oportet: sed compositum pertesū
inuenitur: & poenitens unde poenitentia: & libens & licens unde licē-
tia & licitus. **U**nde **V**irgilius in octauo. **E**t licito tandem sermone serū-
tur. **H**oratius. **L**icentium satyrorum greges. **S**ciendum tamē q̄ haec
omnia inueniuntur perfectorum declinationem habentia in usu uete-
rum teste **C**apro: pigeo pudeo tedeo poeniteo liqueo liceo oporteo:
quomodo placeo contingo euenio uaco attineo accidit iuuo delecto:
quorum tertiae personae impersonalium uice funguntur: placet con-
tingit euenit uacat accidit attinet iuuat. **N**on tamen etiam si partici-
pia deficiant deficiunt & uerba. **I**lla enim ex eis non ista ex illis nascū-
tur. **S**unt tamen quaedam participia quorum quāuis deficiant uerba
in usu: ratio tamen analogiae q̄ dici possunt ostēdit: ut triumphatus
erratus regnatus laboratus decursus. **V**irgilius in xi. **U**lle triūphata
capitolia ad alta corintho. **I**dē in septimo. **R**egnata per arua **S**atur-
no quondam. & in primo aene. **A**rte laboratae uestes. **I**dē in tertio
Errata retrorsus **L**ittora achimenes comes infelicis ulyxis. **T**er. in
adelpis. **D**ecurso iam spacio: **Q**uid enim prohibet uerbis quoq; eorū
uti: nisi auctoritas deficeret. **N**ec mirum haec fieri in participiis: cū in
nominibus quoq; inueniuntur. **E**t in uerbis quaedam deriuata uel cō-
posita: quorū primitiua uel simplicia ī usu nō sunt: ut dicimus puella
diminutiū: quod uidet a puera nasci: ut enī tener tenera tenella: sic
puer puera puella debuit dici: quo tamē quia auctores quorū maxie
usus regnauit: nō sunt usi: nec nos utimur licet inueniant uetustissimi
protulisse & haec puera: & hic & haec puer. **Q**uorū quasi ab oeco q̄ nō ē
ī usu licet & a graeco ē oreoc. **Q**ffedo quasi a fendo uerbo componit

quod non est lectum: sicut aspicio inspicio despicio conspicio respicio
suspicio a uerbo spicio: quod in usu non est: sim liter hoc idem in plu-
rimis aliis inuenies. **S**unt quaedam quae cum formam habeant parti-
cipiorum: tamen carentia tempore nomina esse ostenduntur: ut gale-
atus scutatus pileatus tunicatus manuleatus: caligatus gemmatus:
bacchatus plaudatus togatus prae-textatus comatus brachatus pe-
nultus soleatus cristatus hastatus lunatus limatus stellatus littera-
tus turtus cecitus pellitus cornutus astutus hirsutus. **Q**uodam ei
primae coniugationis participiorum formam obtinent id est in atus de-
linetia. **Q**uodam uero tertiae. i. i tus uel i utus terminata. **S**unt alia ca-
dem & nomina & participia: ut armatus ὀπλις μένος καὶ ὀπλίτης
doctus ὀπιδεύεις καὶ ὀπιδεύτος acutus ὀξυνοεὶς καὶ ὀξυ-
monitus παρὰ νόου μένος ἢ παρὰ νοῦς ὑποθήκη: iudicatus ὀκρίεις
καὶ ὀκρίτης sanctus ὀθεσπίθεις καὶ ὀθεσπέσιος sapiens ὀφρονῶν καὶ
οφρονίμος. armatura ἢ ὀπλίσα βα καὶ ἢ ὀπλίσις scriptura ἢ γραφου-
σα ἢ γραφί υἱγρα ἢ χρῆσο μένι καὶ ὀτόκος ἢ χρῆσις litura ἔφαλει ψου-
σα καὶ ἢ ἐφαλοφῆ factum: τὸ γενόμενον καὶ τὸ ποιητόν: dictum. τὸ
λεχθῆν καὶ ὁ λόγος υἱῆμ τὸ ὠραεῖν καὶ τὸ ὄραμα legendus ὁ λεχθῆν
ὁ μένος καὶ ὁ λεκτέος ὁ ἀναγνωσόμενος ὁ ἀναγνωσέος amandus:
ὁ φιλοκησόμενος καὶ ὀφιλητέος. **S**ic & alia plurima quae cum tem-
poribus participia sunt: absque his nomina. **A**llud quoque attende: quod cum
a nominibus nomina & uerba & aduerbia & coniunctiones soleat per
deriuationes uel compositiones proficisci: ut ab aenea aeneius: a patre
patrislo: a claro clare: & qua & re quare. **E**t a uerbis similiter nomina
& participia & aduerbia: a lego lector & lecturio & leges: a curro cur-
sum. **A**b aduerbiis nomina & aduerbia: ut ultra ulterior ulterius: a parti-
cipiis participia non possunt nasci: nec uerba: sed uel nomina: ut in-
dulgens indulgentia: uel aduerbia indulgenter.

De Casibus participiorum.

Casus quoque participia sex habent quomodo nomina: nec
sunt in ipsis deficientia aliquo casu: nec mixta est. **N**am in eo
quoque mutatur adiectiua: quae nullo deficient casu siue sunt
mobilia siue in duas consonantes desinentia. **Q**uae enim deficient fixa sunt:
ut fas ditiōe iuppiter iouis. **I**te precii & prece uice & uice tabi tabo ma-
ria ara. nā frugi nihili mācipi & similia nō deficient aliquo casu certo:

sed pro omni casu eadem terminatione funguntur quanuis possunt eadem hac figurate magis prolata ut dictum est per genitiuū & datiuum quam indeclinabilia esse uideri: ut si dicam cordi ē mihi homo cordi hominis: hoc est hominis qui est mihi cordi: cordi homini: cordi hominem. & possum cum omnibus casibus figurate iungere datiuum: sic frugi homo: id est qui frugi est: hoc est utilitati. Similiter cū omnibus casibus adiunguntur figurate & est magis datiuus & hoc etiam de nomine latius tractauimus. Declinantur etiam participia ad similitudinem & regulam nominum in his desinentium uel in us mobilium. exceptis ut supradictum est illis quæ nascuntur a uerbis quarta coniugationis in eo desinentibus. quorum genitiuus uocales nominatiui mutant in eu: iens euntis quiens quicūtis. quanuis **Plautus** supinū eius abiendi dixit pro abeundi in amphitrione. Abiēdi etiā tibi nunc occasionem.

De Temporibus participiorum:

Tempora participiis accidunt eadem: quæ uerbis infinitis: præsens: quod est etiam præteritum imperfectum: ut osculari osculans: præteritum perfectum quod est etiam præteritum plusq̄ perfectum: ut osculatum esse uel fuisse & osculatus: futurum osculatum iri: & osculaturus. Et sciendum quod non ex omni significatione omnia tempora inueniuntur. Nam cum quinque sint significationes: actiua passiuua neutra communis & deponens. Ab actiua quidē & neutra præsentis & futuri ueniunt participia: ut amās amaturus. In quibus quia præteritum deficit loco participii: uerbo utimur & nomine infinito: ut qui amauit ὁσφιλήσας ὁσφιλήσας. Quomodo enim loco uerbi participium accipitur necessitatis causa cum uerbo substantiuo: sic etiā ubi participium deficit: necessario uerbum infinito nomini substantiuo iunctum participii officio fungitur. Passiuum quoq; præteritum & futurum habet: ut amatus & amandus. In præsentem autem deficit pro quo similiter uerbum cum prædicto nomine proferimus dicentes: qui amatur ὁσφιλείται ὑφὸ φιλόαερος. Ex quo ostenditur quoq; significatio participii: quæ tam nominis quæ uerbi uim obtinet quod & hæc p̄ illis: & illa p̄ his ponuntur. Dicimus enim legēs ē qui legit: & qui legit legēs ē: & cenatus ē qui cenauit: & qui cenauit cenatus ē. Illud quoq; sciendū q; sæpe & præterito p̄ præsentem: & præsentem p̄ præterito utuntur auctores necessitatis

cā: cū deficiūt & in or desinētia præsenti & in o terminātia præterito.
Participium tamen præsentis quod etiam præteritum imperfectum
significat solet coniungi uerbis præteriti perfecti & plusq̄ perfecti & si
gnificationem eorundem complecti quomodo uerba præsentis tem /
poris si adiungantur participiis præteriti: præteritum significant: ut
cœnatus sum cœnatus es: cœnatus est: pro cœnauit cœnauisti cœna /
uit. Sic ergo si dicā cœnatus fui fuisti fuit: p̄ cœnauit cœnauisti cœna /
uit: Cœnatus fueram ras rat: pro cœnaueram cœnaueras cœnauerat
potest accipi. Itaque quod deest latinitatis linguæ naturaliter com /
pletur iuncturæ ratione. Multa tamen in his quoque quæ regula exi /
git dici siue euphoniæ causa deficiunt: siue quod in ulu nō sunt sicut
etiam in aliis partibus orationis. **A** neutris ut diximus sicut ab acti /
uis duum temporum participia ueniunt: præsentis ut stans: futuri ut
staturus. Inueniuntur tamen quædam ex eis & præteriti temporis:
ut cœno cœnatus prandeo pransus. placio placitus nubo nuptus: pa /
teo passus. & pacior tamen passus facit: assuesco assuetus. Quibusdā
nomen esse uidetur: sicut quiesco quietus: Iuro etiam iuratus: quod
etiam in passiuâ significatione inuenitur: Quippe etiam uerbum ipsū
Lucanus in quinto protulit. Et lætæ iurantur aues bubone sinistro.
Stattius etiam in septimo thebaidos: Numina captiuus etiam iurabe /
re thebis. **V**irgilius in secundo georgicorum. Aut coniurato descen /
dens dacus ab istro. Addunt quædam etiam a careo cassus: quod si
esset: deberet cassurus facere futurum: non cariturus: quod **I**uuenalis
in secundo protulit Tollere dulcem Cogitat hæredem cariturus tur /
ture magno: ut supra commemorauimus. Ergo cassus magis est no /
men sicut lassus: & maxime cum uanū significat: ut cassa fraude pa /
rat **T**itubo quoque titubatus facit. **V**irgilius in quinto æneidos. **V**er /
stigia presso haud tenuit titubata solo: & in aliis multis neutrorum
præteriti participia inueniuntur uetustissimi protulisse: ut discessus
interitus obitus occasus potus senectus. Neutro passiuâ quæque
quæ sunt quinque trium temporum habent participia: ut gaudeo
gaudens gauisus gauisurus: audeo audens ausus ausurus: soleo solēs
solitus soliturus: fio fiens factus facturus: differentiæ causa: ne si
dicamus facturus simile sit participio quod uenit a facio uerbo
quod uim possidet actiuam fio uerbi: unde a supino eius nasci /
tur passiuum præteritum eius participium & futuri actiuum fa /
ctum factu: factus facturus: a fido quoque fidens fesus fisorus.

A communi uerbo quattuor temporum nascuntur participia presentis siue praeteriti imperfecti: quod actiuam solum habet significationē ut criminor criminās Διαβάλλομαι καὶ ὁ Διαβαλλόμενος praeteriti perfecti & plusquamperfecti: quod communem habet significationem tam passiuam quam actiuam ut criminatus ὁ Διαβαλλόμενος futuri unum actiuum in rus desinens ut criminaturus: unum passiuum in dus ut criminandus. Omnia tamen in dus desinentia participia eadem etiam nomina esse possunt cum amittunt tempus: ut amandus ὁ φιλησὸς ὁ μένος καὶ ὁ φιλητὸς docendus ὁ Διαδοχὸς ὁ μένος καὶ ὁ Διαδοχτὸς: legendus ὁ ἀναγιωσκόμενος καὶ ὁ ἀναγνοσκόμενος. A deponenti trium temporum ueniunt participia presentis uel praeteriti imperfecti: sequens praeteriti perfecti & plusquamperfecti: ut secutus & futuri secuturus. Multa tamen ex huiusmodi uerbis inueniuntur participia praeteriti temporis apud antiquissimos tam actiuam quam passiuam significationem habentia: ut meditor μελετῶ meditatus ὁ μελετήσας καὶ ὁ μελετηθεὶς. **Terentius in aphis.** Meditata mihi sunt omnia mea incommoda: **Auxilior auxiliatus** βοηθῶ ὁ βοηθήσας καὶ ὁ βοηθηθεὶς. **Luci.** A me auxiliatus es. **Sic** etiam amplector ἀπλέξω ὁ περιωλακείσθαι καὶ ὁ περιπλέχθεῖσθαι ἐκπλέκω. **Petronius** Animam nostro amplexā in pectore. **Cicero p. Roscio:** Quo uno maleficio scelera omnia uideatur complexa esse: adminiculator adminiculatus ὁ βοηθήσας καὶ ὁ βοηθηθεὶς. **Varro:** tribunitio auxilio adminiculatus: Sed sciendum quod uerbis quoque plurimis quae nunc in usu deponētia sunt ueteres sicut communibus usi sunt: de quibus cum de uerbo tractabamus docuimus. A uerbo sum quod est anomalū ueteres presentis temporis praeferebant participium ens: unde componitur potens. Nam futurus magis a uerbo suo uidetur nasci: potest tamen etiam a fui esse existimari.

De Numero

Numerus participiis accidit uterque: singularis ut currens pluralis: ut currentes: & sicut non deficiunt casibus sic nec numeris defectiua inuenies participia.

De Figura.

Figuras habent quas a uerbis accipiunt. Nam per se nunquam componitur participium nisi prius uerbum eius componatur. Ergo uel simplicia sunt uel decomposita plerumque quae graeci παρασύνετα uocant. id est a compositis uerbis deriuata ut efficio efficiēs intelligo intelligēs. Si enim ipsa per se componantur non prius uerbis compositis transeunt in nomen uim

Sicut etiam si comparentur: ut nocens innocens: sapiens insipiens:
Simplicia enim eorum possunt participia esse & nomina. **C**omposita uero sine dubio nomina sunt. **I**deo autem addidimus plerumque quae sunt quaedam quae non seruant compositionis uerborum compagine unde apparet ea ex ea se composita: ut effringor effractus: contingor contactusque similia indulgens amans acceptus: si comparentur nomina sunt indulgentior amantior acceptior sicque similia. **D**e diuersis quoque consonantibus quae ante us in praeteriti temporis participiis inueniuntur: quanuis per singulas uerbi terminationes cum de superioribus tractabamus. docuimus tamen hic etiam generaliter comprehendere non incongruum uideretur esse. **O**mnia igitur participia praeteriti temporis uel in tus desinunt ut amatus adiutus datus domitus solitus cultus munitus conuentus: uel in ctus: ut sectus doctus lectus sanctus: uel in ptus raptus captus sumptus: uel in stus: ut quæstus: uel in sus ut risus morsus lusus uisus: uel in psus ut lapsus: uel in xus ut flexus fluxus pexus. **I**n tus desinunt omnia quae praeteritum in ui syllabam terminant mutatione ui in tus. ut amaui amatus orauit oratus adiuui adiuutus deleui deletus cupiui cupitus laceffiui laceffitus decreui decretus strauit stratus muniui munitus audiui auditus. **E**xciipiuntur differentiae causa tria a longam in au conuertentia laui lautus faui fautus caui cautus: ne si latus fatus catus diceremus alias significationes habere putarentur. **E**t sciendum quod haec omnia penultimas productas habent tam in uerbis praeteriti quam in participiis exceptis seui satus & sui litus quae in participiis penultimas corripunt & liui & lini litus. **A** ciui quoque citus: licet & corripere & producere penultimam: abiui quoque uel si composita: & quiui & quii corripunt in participiis i ante tus: ut aditus obitus praeteritus nequitus. **S**olui enim solitus & uolui uolutus: abiecta i produxerunt tamen: a uero correptam ante tus in quattuor solis inueni participiis duobus primae coniugationis quae duplicant in praeterito priorem syllabam dedi datus steti status quod participio simile nomen est: unde futurum staturus. **S**ecundae quoque unum inueni a deponenti reor ratus: & tertiae unum de quo supra diximus seui satus. **V**nde **Virgilius** in secundo georgicorum. **M**utataque insita mala **Ferre** pirum. **S**epeliui etiam notandum quod sepultus facit: antiqui tamen & sepelitus dicebant. **E**t salui salitus & saltus. **P**raeterea notanda sunt a salui uel salii saltus & salturus **A**b halo halas halui halitus: nomen participiale non halatus

Et a spiro spiras spiravi spiritus. Similiter nomen participiale factum non spiratus facit: a paui pastus non patus. Ab ambio ambitus correpra penultima quando nomen est. Nam in participio pducitur. **Qui** dius in primo methamor. **Iussit** & ambita circumdare littora terrae. q̄ autem alui est ablato ostendit **Iuuenalis** in quarto. Et omni bellorum pompa animam exalasset optimam: pro exalisset: i uero correpra habent ante tus omnia quae prateritum in ui diuisas terminant nisi sint ex praesentibus in io uel in uo diuisas desinentibus: ut domui domitus: uetui uetitus: attonui attonitus: habui habitus: eliciui elicitus: genui genitus: strepui strepitus. Excipiuntur primae quidem coniugationis duo quae per syneresim proferuntur: secui sectus: fricui frictus. **A** neco quoque necatus & necturus inuenitur participium. Sed necatus proprie dicitur ferro nectus alia ui. Illud quoque est notandum quod **Horatius** ponit in epodo. Non me lustrina iuuerint conchilia magis ueronibus: ut sacris: quos yoys intonata fluctibus hyems ad hoc euertat mare. **Intonata** dixit non intonita. **Cum Virgilius** in. iiii aeneidos. Attonitus tanto imperio monituque deorum. **Sonaturus** quoque pro soniturus **Horatius** in primo sermonum protulit. **Ingenium** cui sit: cui mens diuiniore atque os magna sonaturum deos nominis huius honorem. **Virgilius** in sexto **Dum** flammam iouis & sonitus imitatur olympi. In secunda quoque coniugatione excipiuntur in ui diuisas in praeterito desinentia quae penultima in participiis non habent: ut haec docui doctus: tenui tetus censui celsus: **Tertia** quoque raptui raptus: & ex eo composita: corripui correptus: praeripui praereptus: Similiter a canendo composita: absque i faciunt participia secundum primitiui formam: canor cantus: occinor occentus: accinor accensus: quanuis occinui & accinui faciunt praeteritum. **In** rui etiam & in xui per idem tempus executia non habent in participiis: ut dissero disserui dissertus deseruo deserui desertus aperio aperui apertus: nexui nexus: pexui pexus: messui quoque messus facit: ut censui census. **In** lui uero desinentia: ui in tus conuertunt in participio ut collo collui cultus: oculo ocului occultus: consulo consului consultus: alo alui altus uel alitus: unde etiam uolo uolui uultus facit: quod nomen est participiale: quomodo colui cultus. Quando est quartae declinationis quae etiam o uerbi in u conuertunt. Quae uero in praesenti in uo desinunt in extrema praeteriti in tus conuersa faciunt participia: ut pollo pollui pollutus acuo acui acutus suo sui futus

tribuo tributus eruo erui erutus p̄d solum penultimā corripit apud antiquiores tamen etiam ab hoc compositum producit penultimam: diruo dirui dirutus: **A**do quoque composita i breuē habent ante tus in participio prateriti: ut reddo redditus credo creditus prodo proditus perdo perditus uendo uenditus. **I**n ctus faciunt participia prateriti passiuā: quæ uerba per idem tempus actiuorum praterita in xi faciūt: ut intelligo intellexi intellectus duxi ductus uexi uectus anxianctus traxi tractus pexi pectus iunxi iunctus. **E**xcipitur flexi: quod flexus facit participium. **S**imiliter in xi uel in qui: uocali longa antecedente delinentia in praterito: ut feci factus ieci iactus uici uictus reliqui relictus. **S**imiliter in gi ut legi lectus tetigi tactus fregi fractus. **I**n ptus exeunt participia prateriti passiuā cum actiuā eiusdem temporis: in pi uel in psi uel in mi terminantur: ut cepti captus: rupi rupertus scalpiti scalpiti compti comptus sumpsi sumptus prompti pruptus dempsi demptus scripsi scriptus nupsi nupta. **N**uptus enim siletur nisi per irrisionem uel figuram dicatur: quanuis uetustissimi nouus nuptus protulisse inueniantur quod nunc in usu non est. emi emptus ademi adeptus redemi redemptus rapui quoque raptus facit & ex eo composita corripui correptus praxipui praxeptus. **I**n stus unum inueni deponens quatuor quæstus. & passiuum pascor pastus: cum alia eiusdem formæ soleant s abiicere ut nascor natus irascor iratus obliuiscor oblitus paciscor pactus nanciscor nactus proficiscor profectus ulciscor ulctus expergiscor experrectus defeciscor solum duplicauit s in participio defessus **X** quoque antecedente unum inuenio ius a textu textus. **I**n sus de inunt participia quæ ex uerbis ueniunt i si uel in di prateritum perfectum terminantibus nisi sint a do composita: de quibus superius diximus uel quartæ coniugationis. quæ nullum participium in sus terminant: ut læsi læsus mersi mersus: iussi iussus mordeo momordi morsus prandeo prandi pransus tondeo tondendi tonsus: obsidio obsedi obsessus: prahendo prahendi prahensus: uideo uidi uisus fodio fodi fossus tendeo tetendi tensus: tondo tundi tonsus scindo scidi scissus findo fidi fissus. **E**xcipiuntur uisus uisus gessi gestus torsi tortus & torsus antiqui dicebant. a torreo quoque tostus fit. **S**ic similiter faciunt participia quæ in ri uel in li uel in ti terminant prateritum actiuorum: ut uelli uel uulsi uulsus fefelli falsus pepuli pulsus perculi percussus. a suffero sustuli anomalum est & sublatus facit decurri decursus uerri uersus: uerti uersus.

Excipitur peperi partus differentia causa. Peperi enim partus facit:
Quarta coniugationis in si uel in ri praeteritum terminantia in tus non
antecedente i faciunt participia: ut farcio factus: farcio factus factus
fulcio fulsi fultus: haurio hausi haustus: reperio repperi repertus: co-
perio comperi compertus. In plus unum deponens: labor lapsus. In
xus tria inuenio passiva: nexus a nexui: pexus a pexui: flexus a flexi.
Similiter faciunt participia amplector amplexus: complector comple-
xus. Supradictas formas seruant in participio praeteriti communia &
deponentia quae facile ex simili terminatione passiuorum dignosci pos-
sunt quomodo faciunt per singulas coniugationes participia praeteri-
ti temporis. Neutra pauca habent praeteritum participium: ut supra-
dictum est. cenno cenatus: prandeo pransus: iuro iuratus: careo cal-
sus: quod & nomen est passus a patco: a titubo titubatus: a placeo pla-
citus: a quiesco quietus. A neutropassiuis quinque sunt: Gaudeo gaudi-
sus: audeo ausus: soleo solutus: fio factus fido fesus. **V**etustissimi tamen
& ex aliis plurimis neutris inueniuntur protulisse participia praeteriti
quomodo superius ostendimus: quae nunc in usu non sunt. participi-
um quoque futuri actiuum uel neutrale a supinis nascitur: ut amatu a-
maturus domitu domiturus: doctu docturus flexu flexurus fultu ful-
turus factu facturus. Pleraque neutrorum secundae coniugationis in ui-
diuisas definitia praeterito deficiunt in supinis: ut horruui rubui texui
tepuui serbui senui egui frigui rigui dirrigui stupui & similia. Et quia
superius diximus quod uerba actiua & neutra carent praeteriti temporis
participio sicut & passiva communia & deponentia & uerbo utimur
ut pro φιλήσας qui amauit & φιλούμενος qui amatur: Sciendum est
quod antiqui in actiuis & neutris uerbis: pro praeteriti temporis par-
ticipiis etiam instanti tempore utebantur: ut pro ἐρχόμενος καὶ ἐλ-
θών: ueniens dicentes: Similiter παραγενόμενος καὶ ἀραγινόμε-
νος adueniens. **Virgilius in decimo.** Caculus adueniens marforum
montibus umbro. hic enim adueniens ἐλθών significat. **Terentius i**
phormione. Offendi adueniens: qui cum uolebam & ut uolebam col-
locatam filiam. hic enim quoque adueniens παραγενόμενος signifi-
cant. **Stattius in primo thebaidos.** Et caligantes abrupto sole myce-
nas: caligantes pro caligatas dixit.

PRONOMEN EST PARS ORATIONIS
qua pro nomine proprio uniuscuiusque accipitur:
personasque finitas recipit Pronomini accidunt sex
Species genus persona figura numerus casus. Spēs
pronominum bipartita est. Alia enim primitiua:
alia deriuatiua. Primitiua: ut ego mei tui sui. Deri
uatiua meus tuus suus. Et primæ quidem perso
næ primitiuum est ego: & reliqui casus sequentes secunda: tu: & eius
obliqui casus. tertiæ uero ille ipse iste hic is & sui: quod nominatiuo ca
ret quomodo *ἐγώ* apud græcos. Et ea quidē octo pronomina sunt
primitiua uel simplicia. Deriuatiua uero sunt septem: meus tuus su
us noster uester nostras uestras. In his igitur quindecim pronomini
bus nulla fit controuersia: quin omnes fateantur ea esse pronomina.

De Septem uocibus tertiæ personæ

Quæritur tamen cur prima quidem & secunda persona sin
gula pronomina habeant. Tertiã uero sex diuersæ indi
cant uoces. Ad quod respondendum est quod prima quidem
& secunda persona ideo non egent diuersis uocibus: quia
semper præsentis sunt inter se & demonstratiua. Tertiã uero perso
na modo demonstratiua est: ut hic iste: modo relatiua: ut is ipse: mo
do præsens iuxta: ut iste: modo absens uel longe posita ut ille. Si enī
super omnes alias partes orationis finit personarum pronomen rectissi
me tertiã quoque personarum differentia distincte profertur quod plu
rimas habet diuersitates. unde non irrationabiliter tertiã uerborum
personas Apollonius infinitas dicit: cum nulla in eis certa finiatur p
sona: & profundæ multitudinis sunt capaces: quomodo & pluralis
numerus nominum nisi adiungas eis uel nomen uel pronomen cum
prima & secunda persona eis non egeat. Si enim dicam scribo uel scri
bis in ipsa uoce diffiniui etiam personam scribentis & ostendi. Si dicā
scribit incertum quis donec addam uel nomen uel pronomen ei.

Et primæ quidem personæ pronomen & secundæ & tertiæ
cum non discernunt genera inæqualem habent etiam casū
declinationē tam in singulari numero quā in plurali: ut ego
u

mei uel mis mihi me a me. Nos nostrū uel nostri nobis nos a nobis. Similiter secunda. nam tertia quæ est sui sibi se a se: non solum genera sed etiam numeros confundit. Nec mirum nam cum relatiua sit ex antecedentis cognitione possumus ad quod genus uel numerum referri scire: quod facit in genere prima: & secunda: persona ipsa demonstratio: & præsentia utriusq;

Tertia uero quæ distinguunt genera certam habent & æqualem per utrūq; numerum declinationis: & casuum regulam ut ille ipse iste: & reliqua nouem.

Sunt autem eorum alia demonstratiua: alia relatiua: alia & relatiua & demonstratiua: unde notabiles & certæ sunt personæ. Et prima quidem & secunda personæ pronomia sunt demonstratiua semper. Vtraq; enim ut dictum est præsens esse ostenditur persona & eius qui loquitur: & illius ad quem loquitur.

Tertia uero alia sunt demonstratiua: ut hic iste. Alia relatiua: ut his & sui. Alia modo demonstratiua modo relatiua: ut ille ipse. Ille demonstratiuum est: Ut Terentius in eunucho. Viden tu illum thais Relatiuum. Vir. in. vii. Sic iuppiter ille monebat. Ipse uero si per se proferatur in tertia persona relatiuum est. Virg. in tertio anei. Ipse arduus altaq; pulsat Sydera. Si uero cum aliis pronomibus iungatur eorum accipit significationem: ut idem poeta in quinto anei. Ipse ego paulisper pro te tua munera inibo. Est enim hoc demonstratiuum Inuenitur tamen sæpe absq; aliis per eclipsim prolatum: & tamen eorum habet significationem: quæ cum eo subaudiuntur. Vir. in secundo aneidos Quæq; ipsa miserima uidi: subauditur enim ego: quâuis uerbum ipsum prima personæ. i. uidi habet in se intellectum pronominis quoq; ei uidem. Interest autem inter demonstrationem & relationem hoc q; demonstratio interrogationi reddita primam cognitionem ostendit. Quis fecit. ego Relatio uero secundam cognitionem significat: ut is: de quo iam dixi. Iure igitur hic q; primam cognitionem indicat præponitur: unde præpositiuum nominatur: Is autem q; secunda cognitione significat: subiungitur. unde & subiunctiuum pro merito nuncupatur q; redigat in memoriam primæ cognitionis ut si dicam: Aeneas fuit filius Veneris: is est qui uicit Turnum. Ipse quoq; in tertia persona. ut dictum est per se positum. Ad recordationem personæ refertur iam cognita. Recte igitur demonstrationem quæ significatur per iste & ille pronomina reparat memoriæ pronomē

*Typo sup ipa sui refertur secum non per
Illa refertur mouit non sunt hanc*

q̄ est ipse. Non tamen iste refertur ad pronomen ipse possunt. Prima enim cognitio est per demonstratiua pronomina. Secunda uero per relatiua hoc idem pronomen: hoc est ipse: quidam cōmune existimauerunt: quia tribus adiungitur personis: ego ipse: tu ipse: ille ipse. Nō est tamen uerum. figurate enim uel discretionis uel significantiæ causa primæ & secundæ adiungitur. Quod autem tertiæ ostenditur ex eo quod dicimus ego feci: tu fecisti: ipse fecit. Et q̄ tertiæ personæ in id transferri possunt: quod maxime in interrogationibus animaduer-
 ti potest. Nunquā enim interrogante aliquo quis dixit quis fecit: quis audiuit: respondemus ipse pro ego uel tu: sed pro aliqua tertia perso-
 na. Quidam etiam nomen hoc putauerunt: quia est quando pro solus accipitur. ut *Virgilius in septimo Ipse ratem conto subigit uel isq̄ ministrat.* Sed hoc quoq̄ per significantiam uel discretionem profer-
 tur: Nam cum pro nomine accipitur quod suum est uel pronominis implet uerba primæ & secundæ personæ adiuncta pronomibus per-
 fectionem faciunt. ego scripsi: tu docuisti. Nominibus autem non nisi sint uerba substantiua uel uocatiua: ut trypho dicor: citro sum. Ipse uero omnibus uerbis adiunctum perfectionem habet. Ipse dedi ipse dedisti. ergo hoc pronomen. i. ipse ἐπιταγῶν τικόν etiam hoc est appo-
 sitiuum uel subiunctiuum uocant graeci. quod subiungitur alteri pro-
 nomini.

De Septem deriuatiuis pronomibus.

Pronomina deriuatiua septem esse diximus: a prima perso-
 na deriuantur tria a singulari genitiuo unum mei meus: a
 plurali duo nostrum uel nostri noster & nostras. A secun-
 da quoq̄ tria: a singulari unum tui tuus. unde & corripit
 penultima: quomodo in primitiui. A plurali pariter duo: uestrū uel
 uestri uester & uestras: a tertia uero persona unum sui suus. Et quia
 primitiuum tam singularis quā pluralis est numeri cōmune. Deriua-
 tiuū quāquā intrinsecus ex parte possessoris persona significatur per
 genitiuum primitiui: ex quo nascitur utriusq̄ numeri ē cōmune: ut
 suus illius: & suus illorum. In omnibus deriuatiuis pronomibus duæ
 intelliguntur personæ: intrinsecus possessoris: extrinsecus possessio-
 nis. Vnde extrinsecus personæ in quibus genitiui primitiuorum si-
 cut dictum est intelliguntur. Ex quibus & deriuantur cōfundunt ge-
 nera quomodo & primitiua eorum. Extrinsecus uero distingunt ea p
 generibus nominum quibus adiunguntur. meus seruis. mea ancilla

Aug. re. by primis septem sit origo pronom.

Cur magis vna apl. deuant?

meum mancipium. Numerus uero intrinsecus hic intelligitur: quem habent genitui primitiuorum: ex quibus deriuantur. Genera autem possessorum demonstratio ostendit quemadmodum in primitiuis. Extrinsecus uero terminatio distinguit numerum quomodo & genera & casus possessionum: in quibus regula eorum consequentiam seruat mobilium nominum. Quaritur cur nostras & uestras a plurali tantum modo deriuantur. Ad quod respondendum quod patriam seu gentem significat. Patria autem uel gens unius esse non potest: sed semper multorum possessio. Itaque nostras dicimus qui est a nostra patria uel gente quam multi possidemus: hoc est tam mea quam meorum ciuium: & possessiua quidem adiectione nominum ad plenam significationem egent. Primitiua uero non semper. Itaque perfectum ad discretionem est. Ego quidem affui: tu autem non aderas. deficiens uero quantum ad discretionem affui quidem non aderas autem.

De Eo quod graeci articulos pronomibus adiungunt.

Vare igitur apud graecos prima & secunda personam pronominum: quae sine dubio demonstratiuae sunt articulis adiungi non possunt. nec tertia quando demonstratiua est. Nam δ αὐτός quando dicunt: relatiuo utuntur: non demonstratiuo. Cum igitur & articulus relationem & pronomem relationem habent: bis eundem ad cognitionem referri ostendunt. ergo illos secuti nos quanquam declinando pronomina non addimus his articula. quid. n. absurdus quam cum graeci articulos pronomibus non praeponant nos pronomina pronomibus praepone in declinatione ad quam duntaxat hic & haec & hoc loco articulorum accipitur. Nam in omni oratione pronomina sunt. Nihil enim aliud nisi δ ν τοσ αὐτῶν significat. nec mirum loco articulorum ea nos accepisse in declinatione cum apud graecos quoque hisdem uocibus & in articulis & in pronomibus solent uti δ ἡ τό: ex quibus apud nos hic & haec & hoc nascuntur pronomina articularia. Itaque quia illa apud illos graecos aspirantur quae a uocali incipiunt. Ea quoque apud nos aspirationem habent & a uocali incipiunt. Possessiuis solent praeponi articuli: sed ad sequentia nomina necessario intelliguntur δ εἰς ὁσ δούλος id est δ δούλος μου sic hic meus seruus: hoc est hic seruus meus.

De Nominatiuis primitiuorum possessiuorum

Primitiuorum quidem nominatiui si cum uerbis iungantur perfecti sunt. Ego scribo: tu uides: ille facit. Possessiu: uero transitua sunt semper: meus scribit: tuus dicit quemadmodum autem nomina tertiae personae absque uocatiuo. Tunc uero etiam prima & secunda: quando uerbis substantiuis uel uocatiuis iunguntur. Sic & sunt pronomina possessiua: ut meus es amicus: meus diceris cognatus: tuus sum filius: tuus nominor pater: tuus uocor socius: tuus nuncupor amicus patronus.

De His quae habent uocatiuum & quae non.

Tem sciendum est quod uocatiuum non habet aliud pronomini nisi secunda personae primitiuum o tu o uos. Et prima possessiuum quando ad secundam transit personam. Nam possessio est quae uocatur ab ipso possessore ad quem loquitur prima personae ut Terentius in eunu. O mea tu. Idem in andria. O noster chremes. Vno enim eodemque pronomine tam prima quam secunda significatur persona: & prima quidem personae possessiuum tam ad secundam quam ad tertiam transit. Secunda uero ad primam uel ad tertiam. ut tuus sum tuus est. Ipsa enim sese possidere non potest: quomodo nec prima. Nam possessiua necessario in duabus diuersis intelliguntur personis & sunt transitua. Si igitur transit a secunda personae possessiuum: necesse est cum separatur ab ea. uel primae adiungi: uel tertiae quae caret uocatiuo: qui semper inter primam & secundam inuenitur personam. Prima enim uocat: secunda uocatur.

De His quae possident easdem personas: & quae non.

Quaeritur si prima non potest possidere personam: nec secunda secundam: nec tertia possidet tertiam in quo pariter ostenditur multitudo diuersa quae significatur per tertiam personam: unde & uarias habuit uoces & loca sicut docuimus: quamuis ergo alia sit possidens & alia quae possidetur: & in diuersis personis & transituius intelligatur: tamen potest in tertia simul utraque inueniri. In diuersis quod in prima & secunda persona non potest ut ipsa habeat & possessorem una & possessionem: nisi figurate dicamus: meus sum: tuus es: hoc est mea potestatis & tua. Vel per reciprocos: quae apud graecos compositae sunt ἡ ἐμοῦ τοῦ φίλου ἐστίν. meus amicus sum ut Persius uindicta postquam meus a praetore recessi. & Terentius in phormione: Ego meorum solus sum meus. Nec mirum cum & tertia

persona solet figurate primæ adiungi: Vt **Virgilius**: Ille ego qui quō
 dam gracili modulatus auena. **Cicero** i quarto inuectiuarū. **Ego sum**
 ille patres conscripti: cui est forum in quo omnis æquitas continetur
Et primæ quidem possessiuū personæ transit tam ad secundam quā
 ad tertiam: sicut supra dictum est: ut tu meus es: & ille meus est. **Sec**
 undæ quoque possessiuū tam ad primā dicitur quā ad tertiam: ut ego
 tuus sum: & ille est tuus. **Tertiam** uero ad primā uel ad secundā transire
 non potest nisi figurate: ut suus illius filius sum: uel suus illius filius
 es: sed ad aliam tertiam suus illius iste: uel suus istius ille. **Et** attenden-
 dum quod quomodo sui sibi se a se: quod est primitiuū ad omnes uoces ter-
 tiæ personæ potest esse relatiuū: ut sui causa facit iste & ille & ipse & hic
 & his: sic suus quoque ab eo deriuatur possessiuū est omnis tertie personæ
 ut suus illius ipsius huius eius. **Illud** quoque sciendum est quod sui non so-
 lum est τὸ ἑαυτοῦ uel εἰς τὸ ἑαυτοῦ sed etiam αὐτοῦ τὸ ἑαυτοῦ uel ἑαυτοῦ significat. id est non solum re-
 fertur ad tertiam personam quādo ipsa in se agit per reciprocationem:
 id est κατὰ τὸν ἑαυτοῦ ἑαυτοῦ ἑαυτοῦ: ut ille sui miseretur: uel si
 bi predest uel se custodit. **Sed** etiā cū ipsa agit: & sic alia in ipsam: id est
 cum retransiciue dicitur: ut **Terentius** in andria. **Orare** iussit hera si se
 ames: ut ad se uenias.

De Personis.

Personæ pronomina sunt tres. **Prima Secunda & Tertia.**
Prima est cū ipsa quæ loquitur de se pronunciat. **Secunda**
 cum de ea pronunciat ad quam directo sermone loquitur.
Tertia cū de ea persona pronunciat: quæ nec loquitur: nec
 ad se directum accipit sermonem. **Nam** si dicamus prima
 est quæ loquitur potest nihil de se loqui: sed de secunda uel tertia: &
 fit dubitatio. **Similiter** de secunda si dicamus ad quam loquitur po-
 test intelligi & ad primam & ad tertiam. nam ipsa locutio pertinet non
 solum ad secundam: sed etiam ad primam & ad tertiam. de tertia quoque
 si dicamus de qua loquitur commune inuenitur trium personarū. **Nam**
 & de prima & de secunda & de tertia loquitur. **Melius** igitur **Apollo-**
nus: quem nos quantum potuimus sequi destinauimus præpositis
 personarum definitionibus est usus. **Enucleatim** tamen in singulari
 numero prima dicitur persona. **Nam** in plurali conceptionem facit
 aliarum personarum: hoc est secundarum uel tertiarum. **Secundarum**
 quidem quādo ad ipsas præsentis loquimur: ut ego & nos faciamus
Tertiarum uero quādo ad alios loquens id est ad secundam personam

alios sibi uel praesentes adiungit uel absentes: ut ego & isti fecimus: uel ego & illi fecimus: potest tamen & utraq; simul sibi adiungere: ut ego & uos & illi fecimus. Secunda uero tertiam concipit solam: tu & ille: uel uos & illi fecistis. Tertia autem tertiam solam: illi & illi fecerunt. Itaq; etiam in hoc ostenditur late patens tertiae personae copia: quae omnibus adiungi potest. Quid igitur quod multi simul loquentes dicunt nos fecimus: non est supradicto contrarium. Unusquisque enim loquentium conceptionem facit eorum qui una secum loquuntur. Quippe cum unusquisque pars est totius: qui si uelit caeteros indicare secum loquentes necessario uel secundae uel tertiae eos attribuit personae. Idque tam in pronomine quam in uerbis contingit: in quibus & finiuntur personae.

De Eo quod prima & secunda persona nominibus non indigent.

Et sciendum est quod in prima & secunda persona pronomine praepositur. In tertia uero non nisi demonstratione egeat uel relatione. Nam plerumque nomen in eius locum ponimus ut si Pompeius dicat ad Caesarem: Ego & tu & Crassus te/ neamus rem publicam. Sin autem demonstratione uel relatione tunc ponimus pronomine: ut ego & tu & ille quem uides: uel ego & tu & is de quo dixi. Nam omne nomen tertiae est personae absque uocatio: sicut supra dictum est: nisi substantiuo uel uocatio uerbo coniungatur: & iure quia ipsa positio prima nominum: non ad aliquem: sed de aliquo habet locutionem. dicimus enim. Nominetur hic qui natus est Virgilius: nominatiuum proferentes. Prima enim & secunda nisi figurate adiunctione nominis non egent cum & substantiam & qualitatem: tam suam ipse qui loquitur: quam eius ad quem praesens praesentem loquitur uideretur scire uel aspicere. Tertia uero personae ideo congrue adiunguntur nomina: quia potest abesse persona: uel spacio eius qualitas obscurari. Itaque pronomine quidem substantia per se: nomine uero etiam qualitas manifestatur: de qua saepe fit dubium in ea persona ut Virgilius in sexto. Quis pater ille uirum qui sic comitatur euntem cum ignoratur propria eius qualitas quaeritur nomen: solam enim substantiam non etiam qualitatem significant pronomina quantum est in ipsius prolatione uocis. Genera pronominum sunt quinque: masculinum ut hic: foemininum ut haec: neutrum ut hoc: commune ut no/

nomibus quæ in pronominibus quoque necesse est ostendi seu demonstra-
tione siue relatione. **Q**uæritur tamē cur habeat genus neutrum prima &
secunda persona cum naturaliter sermo non nisi inter mares & feminas ex-
ercetur: quorum sunt prima & secunda personæ id est a quibus pro-
fertur: & ad quos dirigitur loquela. **A**d quod dicemus quod possunt equi-
dem etiam hominum inueniri nomina neutri generis: ut in maribus
hoc basion: hoc eliconion: quomodo & in femininis glycerium dor-
tium possumus tamen etiam ad res quæ non habent naturam loquedi
uel audiendi per confirmationem: id est προσωτοτοι εταυ primas &
secundas personas etiam si sint generis neutri: ut foro mari celo. **I**llud
quoque notandum quod deriuatiua pronomina quæ sunt sex: ut supra
ostendimus alterius sunt intrinsecus generis: hoc est communis trium
generum: in quo possessor ostenditur. & alterius extrinsecus hoc est
mobilis in quo possessio denunciatur: quod terminatione consequenti
discernitur quomodo & numerus: sicut supra docuimus: quis qua-
litate ipsius possessionis non declarant: nisi adiungas nomē. **E**t sci-
endum quod intrinsecus proprii loco funguntur. **E**xtrinsecus uero ma-
gis appellatiui: nec solum in pronominibus deriuatiuis: sed etiam in
nomibus possessiuis: & quæ a propriis deriuantur infinitæ possunt
intelligi possessiones: nisi adiectionem nominis alicuius discernant
ut meus filius **T**elamonius natus. **E**uandrius ensis. **E**t uide quod appel-
latiua magis asciscunt quæ communis sunt qualitatis: tam autem
passiua pronomina quæ nomina in genitiuum primitiuorum resol-
uuntur. **Q**uid est enim meus filius: nisi mei filius. **E**uandrius ensis ni-
si **E**uandri ensis?

Communia pronomina.

Commune habent possessiua pronomina: cum possessiuis
nomibus quod in utriusque possessio subauditur: & quod binæ in-
telliguntur personæ & quod in genitiuos primitiuorum simili-
ter resoluuntur cum possessione. **N**on commune habet quod pronomia posses-
siua omnis sunt communia possessoris. **N**omina autem possessiua non
omnis possessoris. **H**ectoreus enim clipeus unius est proprium pos-
sessoris: nec non ab appellatiuis quoque deriuata quauis sint multo-
rum communia possessorum: non tamen sic possunt esse communia
quomodo pronomina: ut humanus marinus. **E**t quod nomina ter-
tiæ intelliguntur personæ nisi adiungantur uerbis substantiuis uel

uocatiuis. Pronomina uero primæ & secundæ inueniuntur persona
Dubitatur numerus possessoris in nominibus possessiuis: quæ ab ap
pellatiuis deriuantur: ut si dicam taurina uestigia: possunt & unius
& multorum intelligi taurorum. In pronomibus uero non: quia
tam per singularem quam per pluralem numerum positiones sunt
excepto suus: cuius primitiuum: idest sui commune est utriusque nu
meri. Possessiua etiam nomina ascendentibus non solent adiungi:
ut Hectorius pater non dicimus: frater uero uel seruus dicimus: pro
nomina uero adiunguntur: ut meus pater.

De Figura.

Figura pronominum duplex est. Aut enim simplicia sunt p
nomina aut composita. Simplicia sunt omnia alia per no
minatiuos tria tantum componuntur unam interpretati
onem apud græcos habentia δ αὐ τὸ αὐτό. Iste hic his. componuntur igi
tur istæ hic secum: ut istie & istæ istoc. Is uero cum aduerbio idem
quod significat is demum ex quibus & componitur hoc est iterum is
eius scemininum eadem: ne utrum idem i correpta: quæ in masculi
no producitur. Virgilius in quarto aene. Idem ambas ferro dolor atq;
eadem pra tulisset. Iuuenalis in primo. Et tamen alter si fecisset idem
caderet sub iudice morum. In neutro tamē præterea geminatur com
positio: dicimus enim idem idem idest idem & idem: cuius deficiunt
casus. Et nominatiuus quidem tam masculini quam neutri: ex duo
bus corruptis est nec nō accusatiuus tam masculini q̄ sceminini. mu
tatur enim m in n euphoniae causa: ut eundem eandem: quod in aliis
quoq; compositis fieri solet propter eandem consonantem: ut quen
dam quandam quorundam: quæ tamen possent & per adiectionem
habere extremam syllabam. Ceteri uero casus supradictorum prono
minum hoc est eandem eiusdem eidem eodem eadem eisdem eisdem
eisdem ex integro & corrupto inueniuntur. Itaq; regula exigit p̄ duas
i uel per e & i tam nominatiuum pluralem masculini q̄ datiuos & ab
latiuos omnium pluralium scribi. Idem iidem: uel eidem uel iisdem
uel eisdem. Iuuenalis in. ii. satyrar. Implet & ad mæchos dat eisdem
ferre cinædis. Solēt autē auctores etiā p̄ syneresim unā i ponere p̄ dua
bus. ut Vir. i. i. Et crudelia secū fata lyci p̄ lycii. Et ille urbē patauī p̄
pataui. Iuue. in. iii. Antoni gladios potuit cōtēnere si sic. p̄ Antonii

Iste uero & hic non componuntur nisi per eos casus qui in se desinunt
absque datiuo idest per nominatiuum accusatiuum & ablatiuum sin-
gularem: per pluralem uero nullum nisi nominatiuum neutri, qui est
& accusatiuus. **N**am hic solus in plurali numero c habet ut hic istic:
hac istac: hoc istoc: huc istuc: hac istac: **T**erē: in heautō. **S**uspicionē
istac ex illis quare: hoc istoc hac istac hac istac: qui semper singularē
sequitur fœminini. **Q**uidam tamen hac magis quoque per metaplas-
mum finis q̄ per compositionem profert confirmant: unde nec alpi-
rationem seruant: quomodo nec illic illac. **Q**uod autem composita
seruant ostendunt aduerbia abhinc adhuc. **N**am egomet & cetera
quibus adiungitur met magis per porrectionem uel assumptionem:
quam græci uocant ἐπὶ τὰς ἰστίων uel παραγὰς ἴστίων solent profert. **E**t pri-
mæ quidem personæ omnibus adiungitur casibus met: ut egomet
meimet mihimet & memet. **S**ecundæ uero personæ obliquis solis tui
met tibimet. **N**ominatiuo autem ideo non additur: ne dubitationem
faciat cum etiã uerbum intelligi possit: si dicamus tumet. **I**taq; bre-
uem te syllabam pro met ei addere solebant auctores uel temet. **L**ucre-
tius in primo. **A**ccipe præterea quæ corpora tute necesse est. **I**dem in
eodem: **T**utemet a nobis iam quo uis tēpore uatum. **E**nnius. **O**tite
tute tati tibi tanta tyranne tulisti. **A**lphius auitus in .ii. excellentium.
Seu tute malis hospites: seu tute capillos habes. **S**unt enim dimetri
iambici: unde nec in alio casu eandem te syllabæ adiectionem iuenies
nec non pluralis numeri casibus additus met aliis absq; genitiuo nos
met & nobismet: & uosmet & uobismet. **C**icero de domo sua. **N**obis
met ipsis pontifices. **T**ertiæ quoque personæ triptoto idest suimet si-
bimet semet. **P**te quoq; ablatiuum quinq; pronominum possessiuo-
rum inueni ascissere: meapte suapte tuapte nostrapte uelstrapte. **S**ci-
endum tamē q; & met & te adduntur pronomibus supradictis uel
discretionis causa plerunque uel significantiæ: **U**t **T**erentius in adel-
phis. **E**gomet rapui: intelligitur ego & non alius. **C**icero pro mure-
na. **Q**uid quod cum admoneris: tamen quasi tute noris ita: & salu-
tas tute dixit pro tu ipse per te & non per alium. **N**am tete utraque
producta accusatiuus geminatus esse ostenditur uel ablatiuus, quod
& in prima & in tertiâ solet fieri persona: ut meme sese: composita
tamen hac ostenduntur in accentu penultimo acuto. **N**ec mirum
eam compositionem in his solis casibus inueniri: qui soli inter ob-
liquos supradictorum pronominum singulares sunt monosyllabi.

Supradicta enim geminatio in aliis casibus fieri non solet. Et sciendum quod hoc quoque ad graecorum imitationem facimus ut inueniatur quidam casus adhibentes compositionem uel adiectionem. alii uero abnegent. Solent enim apud illos graecos attici & γωγε & αοιγε per ditos casus: id est nominatiuum & datiuum γε addere. quae πορω γωγι per alios non inuenitur & αουτοῦ & ουτοῦ deficiunt nominatiuo. Ce quoque solebant per omnes casus uetustissimi addere articulis uel demonstratiuis pronomibus: hoc est ab aspiratione incipientibus: ut hicce hacce hocce: unde hoc quasi duabus consonantibus ce sequentibus solent poetae producere: ut hocce erat alma parens q̄ ne per tela per ignes Eripis. Et sic in antiquissimis codicibus inuenitur bis c scriptum: quomodo & apud Terentium in andria. Hocce ē credibile aut memorabile. Nunc uero eorundem pronominum his casibus frequenter additur ce: qui in s desinunt euphoniae causa huiusce hicce hocce hacce. Nec solum poetae sed etiam oratores his utuntur supradictis adiectionibus. Cicero in secundo inuectiuarum. Hocce ego non tam militis acres q̄ inficiatores lentos esse arbitror. Inueniuntur tamen etiam nominatiuum pluralem hicce proferentes antiqui: ut Terentius in eunucho. Hicce hoc munere arbitrantur suam thaidem esse. In quo uidentur euphoniae causa s interposuisse: nec non similiter illicce: unde illic quasi apocapa in fine finiat accentum. Terentius in andria. Illic est huius rei caput. Illiusce istiusce illucce istucce ueteres dicebant teste Papyriano qui de orthographia hoc ostendit. Terentius in heautontimumenos. Illacine mulierem alere cum illa familia. Haec igitur hoc est met pre ce te adiectiones esse ipse sensus arguit: qui nullus in his separatis potest inueniri. Nihil enim compositum diuiditur cum separatur quis sit ex corruptis. non tamen haec eadem corrupta ab integris esse ostendat: ut expers ab ex praepositione & pars. Conficio a con & facio. Idem is & demum. Ergo ego met tute suapte huiusce illicce minime dicenda sunt composita: quia additio si separatur nihil significare possit per se. Quaxitur eccu eccam ellum eccos eccas mecum tecum secum nobiscum uobiscum: pronomina sint composita an aduerbia? Ad quod dicendum q̄ aduerbia personas simul & numeros & casus in eodem habere non possunt. Sunt enim quaedam personas tantum significantia: ut meatim facis: & facitis. Quaedam etiam casus uidentur certos nominis tantum habere: carent autem personis: ut domi domo domum. quaedam numeros: ut semel bis

Omnia autem simul supradicta nisi in pronomibus inueniri non possunt. Sunt igitur sine dubio pronomina. Adeo autem non est idē dicere ecce & eccum: quod ecce aduerbium: licet tam ad mares quā ad foeminas & unum & plures demonstrantibus dicere. **Eccum** autē non nisi ad marem & unum: & **eccam** nō nisi foemina & unam: **eccos** & **eccas** non nisi plures. Quid est enim aliud **eccum**: nisi ecce eum: **eccam** nisi ecce eam: **eccos** nisi ecce eos: **eccas** nisi ecce eas: **illum** nisi ecce illum: quae omnia tam genera diuersa quam casus habent accusatiuos utriusque numeri quos exigit uerbum unde uel aspice uel cerne quod saepe per eclipsim solet intelligi. **Mecum** autem & **tecum** secum nobiscum uobiscum per anastrophe cum pronomine praepositio est. unde & casus qui seruiunt praepositioni: cum. idest ablatini in utroque numero trium personarum componuntur. Quomodo igitur si dicam propter te: & te propter idem significo: & cum quibus & quibuscunq; sic cum me & mecum: nam antiquissimi utrunque dicebant: sed in plurali prima personae cacephati causa dicebāt per anastrophe dicere nobiscum pro cum nobis. Itaque propter hoc reliquarum quoque personarum ablatiuos similiter praepostere proferre ceperunt teste **Plinio** qui in secundo sermonis dubii ostendit. & **Cicero** ne qui de oratore his utimur uerbis. nolimus cum me & cum te dicere ne eidem computationi adiungendum esset cum nobis: sed potius mecum & tecum & secum & nobiscum dicimus cum praepositione qua facit obscenum assidue postposita. Antiqui tamen absque obseruatione naturali ordine licet protulisse inueniuntur. Nulla tamen monosyllaba praepositio anastrophe patitur nisi ea & fortassis ideo enclitici uice fungitur: quia enclitica monosyllaba sunt: quae uene. Nec mirum supradicta pronomina unius eam idem pati: cum in aliis quoque quibusdam structuris haec eadem sola communes: habeant quasdam proprietates. Interest & refert genitiuo solent adiungi omnium casualium absque supradictis quinque pronomibus pro quorum genitiuis ablatiuos ponimus possessiuorum: ut interest & refert mea tua sua nostra uestra. Cuius quoque infiniti possessiuum cū supradictis uerbis pro genitiuo primitiui ponitur. **Cicero** pro **Varro** ne. Ea cedes si potissimum crimini datur: detur ei cuius interfuit: non ei cuius nihil interfuit. Cuius gentile non solum cuius sed etiam cuiatis proferebant communi genere. **Plautus** in **penulo**. Quid sic cuiatis unde sit ne parseris. Quid est cuiatis estis: unde aut ex quo oppido.

Pte quoque ea sola in eadem ablatiuo assumere solent meapte tuapte
suapte nostrapte uestrapte. **S**ed si quidem forte tangit q̄ cum prapo
sicio in fine sit. i compositione autem plus dicatur ualere ea pars qua
in fine sit. **S**ciant quod in coniunctiones & prapositiones & aduer
bia uim nominum uel pronominum ante se positorum in composio
ne non mutant: ut uterq; quisque quicunq; qualiscunq; totidem idē
tantundem: cuius genitiuus solus ex obliquis in usu inuenitur tantu
dem. **T**erentius in adelphis. **T**antidem emptam. **Q**uod quanuis ui
detur pro eiusdem poni: tamen significat quantitatem qua in prono
mine minime esse potest: quod substantiam solam ut saepe diximus
significat. **E**st autem nomen quomodo & simplex eius tantus tanta
tantum: usus quoque hoc confirmat. **T**antidem dixit emptam qua
ritatem similem precii ostendens. **T**antundem ergo nihil aliud signi
ficat nisi relationem & similitudinem quantitatis: quod etiam si pos
set pro idem accipi non tamen etiam pronomen esset: non enim id
quod pro alio accipitur omnimodo etiam ex eadem specie accipiendū
est. **C**omponuntur nomina cum pronomibus: ut huiusmodi istius
modi huiuscemodi: sicut apud graecos εὐ τοκίνῃ τὸς εὐ τὸ χθων φιλ
λαύτος. **E**t sunt omnia nomina etiam qua in fine pronomina habue
rint. **C**um enim qualitatem significant pronomina esse non possunt
Componuntur etiam cum aduerbiis pronomina: eccum eccam eccos
eccas ellum. **C**um prapositione etiam secundum **D**onatum mecum
tecum secum. **N**ec mirum per singulos quosdam casus ea componi:
quomodo & me me tete se se. **C**ommunia quoque supradicta per ge
nitiuos composita sicut solos: quos enim casus separata per apposi
tionem habere exigebat structura eos in compositione seruare. **Q**uid
est enim huiusmodi nisi modi huius: eccum nisi ecce cum: mecum ni
si cum me: quod uetustissimis erat in usu sicut supradictum est.

De Numero.

Numerus pronomibus accidit: qui & nominibus & uer
bis & participiis: idest singularis & pluralis. **S**ola enim de
clinabilia possunt habere ex eisdem uocibus tam singularē
quam pluralem numerum idest qua sub personas finitas siue infinitas
cadere solent: sine quibus numeri declinabiles: idest singulares & plu
rales inueniri nō possūt. **I**taq; si careat uerbū persona: quod dictū est

iā caret necessario etiā numero: ut infinita & impersonalia & gerūdia
Principales igitur duae partes, nomen & uerbum: & quā loco eorum
funguntur, hoc est participium & pronomen: supradictos numeros
habent in declinatione. **A**liæ autem quattuor partes hoc est, præpo-
sitiō coniuñctio aduerbium interiectio: declinatione carentes nume-
ros supradictos habere non possunt. Quāuis igitur aduerbia sunt
quædam numerorum, tamen nō ex eadem uoce singularem & plura-
lem significāt: nec ad personas ad singulas singularem ut plures plu-
ralem quomodo supradictæ partes rediunt numeros. **S**ed similiter
uel uni uel pluribus eadē adiūguntur siue singularis sint nūeri siue plu-
ralis: ut semel facio, semel facis, facit, facimus, facitis, faciūt, similiter bis
ter quater, sæpe cum declinabiles partes, necessario sibi adiūctæ eos-
dem numeros seruant: ut facimus nos: faciunt homines: faciunt scri-
bentes. **E**cce omnes plurales. **E**t iterum facio ego: facit homo, facit scri-
bens: et ubiq; singularibus utimur: cum igitur duo i pronomine quo-
que quomodo in nomine sint numeri: singularis & pluralis: sūt quæ-
dam numero communia: ut idem. **D**icimus enim idem uir & idē uiri.
Sunt aliā non solum numero: sed etiam diuerso genere communia:
ut hæc mulier: & hæc mancipia. **P**ossessiuā autem quemadmodum
iam diximus duplicem significāt numerum. **E**t int̄ insecus quidem
eandem habent quem primitiua eorum. **E**xtrinsecus autem pro ter-
minationis forma singularem & pluralem: meus mei: noster nostri:
unum suus quia & primitiuum eius utriusque est numeri commune.
Ad quoq; intrinsecus utriusq; numeri cōmune tam per singularem q̄ per
pluralem declinationem. **D**icimus enim suus illius: & suus illorum.

ExPLICITUM EST DE PRO NOMI
NE: SEQUITUR DE CASIBUS. **viii**

Casus quoq; accidit pronomiibus: quemadmodum & no-
minibus & prima quidem persona & tertia plus quinque
casibus habere non possunt: quippe cum uocatiuus in eis
nullo modo possit inueniri: qui proprius est secundæ. **Q**uæ sola ha-
bēs uocatiuum sex casus potest habere scilicet ad quem sermo rectus
dirigitur, unde nomina quoque & participia in uocatiuo casu secun-
dæ sunt personæ sine dubio & finita. **I**taque etiam in appellatiuis nō
minibus ipsa demōstratione secundæ personæ ppriorū loco fungi ui-
dentur in eo casu ut si dicam. **G**rammaticæ neminem alium significo

Opus est 29. p. 11. ac

nisi eum ad quem loquor. Si igitur in illis partibus quæ tertiæ sunt
 plerunq; personæ tanta uis est uocatiui .ut transferat illas ad tertiam
 personā quomodo in pronomine: quod totum est secundæ personæ
 hic deficit casus ut ad aliam transferatur personam cū nulla alia pars
 sic discernat trium personarum differentias: quomodo pronomen.
Primæ quoq; personæ possessiuum quod solum etiam secundæ per/
 sonæ potest adiungi: sicut supradictum est habet uocatiuum non
 possessoris: qui est in prima persona quæ intrinsecus secundum geni/
 tiuum intelligitur primitiui: sed possessionis quæ cum extrinsecus de/
 clinatur: uocatiuum quoq; propter secundam assumpsit personā cū
 ad eam dirigatur. **Terentius** in andria. **Pater mi.** **Idem** in euncho. **O**
mea tu. **Idem** in eodem. **O mea thais:** meum suauium. **Idem** in adel.
O noster demea **Nostras** quoq; gentile eundem habet nominatiuum
 & uocatiuum. **Alia** uero sicut docuimus possessiua pronomina: quia
 secundæ adungi non possunt: carent uocatiuo. **Sunt** igitur alia mo/
 noptota: ut istoc eccum eccam eccos eccas ellum mecum tecum secū
 nobiscum uobiscum. **Alia** triptota: ut sui sibi se meū tuū suum nostrū
 uestrum. **Alia** tetraptota: ut meus tuus suus illud & istud. **Alia** penta/
 ptota: ut ille ipse iste. **Nam** exaptota pronomina nō inueniuntur: quia
 secunda persona in quo solum sex casus inueniri possunt similem hēt
 nominatiuo uocatiuum: **Ut** **Virgilius** in quarto nominatiuum pro/
 tulit. **Tuq;** puerque tuus. **Terentius** in euncho uocatiuum protulit
O mea tu: Deriuata quoque primæ personæ habent uocatiuos quia
 possunt secundæ adungi personæ: ut dictum est. non tamē in omni/
 bus uariantur casibus: nec in omnibus tamē hoc inuenies nisi tribus
 quæ nominatiuum in us: & genitiuum in ius terminantia secundum
 quorundam pronomina declinationem flectuntur. unde quidam de
 cepti pronomina ea esse putauerunt: ut unus unius solus solius: to/
 tus totius. **Nam** ullus nullus alius uocatiuos habere non possunt cū
 abnegant præsentium demōstrationem personatum. **Vocatiuus** autē
 præsentem solet demonstrare personam.

De Prima declinatione pronominis.

Unt igitur in pronomibus modi declinationum quattuor
Primus qui in tribus primitiuor; psonis cernitur p obliquos
 casus. **Nā** uoiatiuus primæ personæ dissonus ē a genitiuo:
Tertia uero deficit: ut ego mei uel mis: tu tui uel tis: sui quod debuit

Et de declinatione genou noema quattuor.
 Ep. q. mei et mis in prima tuq; tuq;
 Pato p^{as} non sunt igitur primæ.

secundum analogiam esse sui uel sis: quod dubitationis causa ne uer-
 bum esse putetur recusauerunt. Nam cum ad graecorum imitatione
 his quoque utimur duplicibus genitiuis pronominum: apud illos eni
 εμου & εμουσ dorice δου & δουσ & ου & ουσ dici solet. in ουσ aut
 desinens genitiuus solet apud nos in is diffiniri: ut Δημοδοθενησ de/
 mosthenis εραογενησ hermogenis. In ου uero in i πριάδαι priami κυ/
 ρου cyri. Sic ego εμουσ ηου mei tui sui εμουσ δησ ησ mis tis sis: sed
 propter supradictam causam tacitus est tertiae huiusmodi genitiuus
Ennius in secundo: Ingens cura mis cum cordibus mis aequipararet:
 mis dixit pro mei. **Datiuus** mihi tibi sibi nec mirum in eadem uoca/
 les genitiuum & datiuum exire cum in nominibus quoque inueniunt
 similiter desinentes genitiui & datiuu tam in prima quam in quinta decli/
 natione. **Accusatiuus** me te se. **Ablatiuus** similis est accusatiuo in sin/
 gulari numero. **Nec** dubium hoc quoque a graecis esse acceptum. Illi
 enim εμεουσθεν. **Accusatiuos** cum adiectione proferentes loco geni/
 tiui accipiunt: eumque quidam ex ipsis sextum casum existimauerunt
Nec non etiam in nominibus simili modo plurima inueniuntur pro/
 lata δουρανοθεναπο δουου δι κοθεναπο δικη. **Et** cum praepositione φοσ
 υπανοθεν εφοκοθεν: unde **Romani** sextum casum assumpserunt. **In** plu/
 rali uero numero: quia tertia persona: idest sui tam singularis comunis
 est quam pluralis numeri prima & secunda sibi congruunt: ut nos uos: no/
 strum uel nostri: uestrum uel uestri: nobis uobis nos uos: a nobis a uo/
 bis. **Ex** primis igitur syllabis tam primitiuorum quam possessiuorum per/
 sonae intelliguntur ab extremis casus & numeri. **Nec** non etiam in pos/
 sessiuis genera quae in possessione sunt cum uerba soleant personas in
 fine magis ostendere: **Amo** amas amat. **Quod** igitur habeant nomi/
 num: idest genera & casus in fine ostendunt. quae uero uerborum in pri/
 cipalibus syllabis uitandae causa confusionis: quaeritur iter mei tui sui
 nostri uestri genitiuos primitiuorum & possessiuorum quid interest:
Ad quod dicendum quae primitiuorum genitiuis omnes casus adiungi
 possunt & numeri: ut mei ager est: mei agri & mei agrorum: & meis
 agris: & mei agros dicimus. **Similiter** tui agrum: & tui agros: sui agrum
 & sui agros dicimus nostri agrum & nostri agros: uestri agrum & ue/
 stri agros. **Quando** autem sunt possessiua genitiuis adiunguntur so/
 lis eiusdem numeri. mei serui filius tui serui uestis: sui serui ministerium
 nostri serui frater: uestri serui soror. **Nec** mirum cum in omnibus quoque
 hoc idem seruatur. **Nam** primitiuorum genitiuis omnes casus adiungi

Dicitur qd prima & possessiua

possunt: uel numeri ut **T**uli ager agri agro agrum agri agrorū agris
 agros. **I**n possessiuis uero similis casus adiūgitur: & numerus: ut tul
 liani agri: tullianum agrum tullianos agros. **I**n omnibus autem con
 cidentibus hoc sciendum q̄ structura uel ordinatio orationis dubita
 tionem repellit. **N**ulla enim alia re discernuntur a se tam partes ora
 tionis q̄ accidentia eis nisi significatione: ad quam & constructio fit.
Nam inueniuntur uoce saepe similia: ut amator accusator hortator &
 nomina sunt & uerba. **S**imiliter poetæ musæ dici rei & genitiui sunt
 & datiuī. **S**ignificatione igitur discernuntur a se quæ attentissime est
 in omnibus inspicienda. **Q**uæritur etiam illud cur quum apud græcos
 tertia persona pronominum primitiuorum & singulari numero habe
 at nominatiuum ut ἐγώ οὗτος. **E**t in plurali apud latinos sui: & nomi
 natiuo deficit & pluralia separatim non habuit: & existimo eam esse
 causam quod necesse erat: uel cum aspiratione proferre nominatiuū:
 & hi dicere qui pluralis erat alterius pronominis uel loco aspirationis
 s̄ præponere & si dicere quod est cōiunctio. **E**rgo iure deficit ne dubi
 tationem faceret sicut & sis in genitiuo pro sui pluralis quoq; qui ē οἱ
 apud græcos in hi transfertur. **O**mnia enim pluralia apud græcos oi
 desinētia mutant eam in i: λατῖνι latini sic οἱ hi & quomodo λατῖνῶν
 latinorum sic ὧν horū & sicut λατῖνοις latinis sic οἷσ' his & quemad
 modū λατῖνοὺς latinos sic οὗτοσ' hos. **F**æmininum quoq; λατῖναι lati
 næ sic αἱ hæ λατῖνῶν latinarum ὧν harū λατῖνας latinæ ἅσ' has. **V**n
 de aspirationem quoq; ubiq; seruauit. quæ & in græcis ex quibus nas
 cuntur pronominibus hoc tamen interest q̄ tertia persona primitiua
 apud græcos relatiuū est: quomodo & sui sibi se a se: & is eius ci hic ue
 ro & hæ & hoc apud nos demonstratiua sunt proprie & præpositiua
 quæ a relatiuo græco uideantur genita. **N**ecessario igitur cum tria p/
 nomina pro uno habuimus deficit sui nominatiuo, & communes ha
 buit numeros. **N**ec mirum cum apud græcos nominatiuus supradi
 cti pronominis idest οἱ rarus est in usu. præterea q̄ non solum οὗ uel
 αὐ τούτῃ sed etiam ἔγω τόν significat frequentius: quod nec apud græ
 cos habet nominatiuum: quia ipse in se agere qui patitur per hoc pro
 nomen ostenditur. **N**am eget recto casu quem uerbum habet in se.

De his uis facta q̄m̄ uicima secundæ
 De his formate p̄ eam p̄nōia q̄.

De Secunda declinatione pronominis.
Secundus est modus eorum quæ i ius terminant genitiuos
 quorum datiuī abiecta us genitiuorum solent proferri. **I**lle

Illius illi ipse ipsius ipsi iste istius isti is eius ei hic huius huius quod so-
 lum assumptum e per omnes casus singulares absq; illis qui in s desinūt
 hoc est genitiuo singulari: & datiuo & ablatiuo & acculatiuo plurali-
 bus. Quibus tamen frequenter auctores solebant addere ee syllabam
 huiusce: quomodo & pluralibus eius in eandem terminantibus con-
 sonantem: ut hifce hofce hafce: quis reliquis quoq; casibus uetustissi-
 mi addebant eandem ee syllabam hiecc hæcce hocce. Vnde uocali
 quoq; sequente ablata per tinalimpham manentibus duabus e sole-
 bant producere hoc. ut Virgilius in secundo aeneidos Hoccerat alma
 parens q; me per tela per ignes Eripis: Sed scriptorum negligentia
 prætermissit nunc e. Et sciendum q; accusatiui singulares & genitiui
 plurales in in n conuertunt e sequente: ut hunc hanc: horunce harun-
 ce. Genitiuus & datiuus supradictæ declinationis in ius terminantiū
 communis est trium generum: ille illius illi: & producitur penultima
 i genitiui quam tamen pœtæ etiam corripuit absq; uno alterius quod
 quia solum duabus uicibus syllabis proprium nominatiuum: corripuit
 penultimam semper. Reliqui uero casus secundum mobilium regulā
 nominum declinatur: illum illam illud ab illo ab illa ab illo. Similiter
 plurales: illi illæ illa: illorum illarum illorum: illis illos illas illa ab illis
 Sic cætera eiusdem formæ: tam pronomina q; nomina. Et sciendum
 q; in e quidem terminantiā m sculina mutatione e in a faciunt fœmi-
 nina: ille illa ipse ipsa iste ista. Is uero ea facit q; solum litteram princi-
 palm mutauit in fœminino. masculinum enim abi: fœmininum ab
 e incipit: hic enim & hæc ab eadem littera uidentur incipere: cum aspi-
 ratio in principio utriusq; ascribitur quomodo & apud græcos εἰς τοὺς
 & εἰς τὴν uel εἰς & εἰς quis diuersas habeat uocales: ab eodem tamē inci-
 piunt spiritu. Eorum neutrum hoc: quia & principium & finem serua-
 uit masculini mediam uocalem mutauit. Illud etiam attendendum:
 q; cum ille illud: iste istud: is id faciunt neutra. Ipse solum: q; & ipsius
 inuenitur a uetustissimis prolatum neutrum in um desinens fecit. Te-
rentius in andria. Ipsus mihi dauus qui intimus est eorum consiliis
 dixit. Idem in eodem. Istuc ipsum. Atqui hoc ipsum nihil periculi est
 me uide. Illæ enim quæ quibusdam uisa est ratio non adeo firma uide-
 tur: ideo in um facere neutrum: quia in us desinit masculinum. Nam
 alius cum in us terminetur: neutrum tamen aliud fecit. Omnia neu-
tra pluralia similia sunt singularibus fœmininis ut illa ea hæc.

Et tua met pœtæ p ducit
 q; in uicibus
 Corripit a lly & p ducit a lly.

Supradictorum pronominum declinationem sequuntur nomina octo: in us quidem desinentia quinque: unus totus solus alius ullus: quod tamen ab uno diminutivum esse plerisque videtur. Sicut a uino uillum: & quod ab eo componitur nullus. In er duo uter alter: & ab eis composita: uterque alteruter neuter. In is uel in i unum: quis uel qui: & quae ex eo componuntur. Haec tamen ipsa secundum mobilium regulam nominum solebant apud uetustissimos terminare etiam genitiuos & datiuos: ut Terentius in andria. Tam iners: tam nulli consilii: pro nullius consilii. Idem in hautontumerumeno. Dum loquitur altere pro alteri, & in eunuchos. Sola mihi ridiculo fuit: pro soli, & cuiusmodi pro cuiuscuiusmodi. Cicero pro Sex. Roscio. Vreor. n. cuiusmodi est Roscine. Ita huc uidetur serua re: ut tibi omnino non pepererim. Cum igitur iuniores frequentius supradicta nomina secundum in us terminantium pronominum formam declinauerunt. In uno ex eis magis nominum declinationem sequuntur: neuter neutri neutro dicentes cum apud ueteres etiam in ius secundum simplicis sui declinationem inueniatur desinens genitiuo & in datiuo. Plautus in uidualaria. Neutri redibo donicum res diiudicata sit. Cum igitur supradictae formae nomina soleant in utri, facere neutra: unus unum solus solum totus totum ullus ullum uter utrum alter alterum duo tantum in d finiunt ea. quis quid alius aliud.

De Genitiuo nominis alius.

Alius quoque antiquissimis pro alius protulerunt: eius genitiuus rarus est in usu. Et cum debuit una syllaba uincere suum nominatiuum: & datiuum tamen par est syllabis: sed producit in penultimam semper. Nec non etiam secundum nominum secundae declinationis regulam in i quoque inuenitur. Marcus celius de uestitu & uehiculis. Nam per iniuriam si & cum mihi ob eos mores: quos prius habui honos detur: ubi datus sit: tum uti eos mutem: atque alii modi sim. Quintus in secundo. Peruersum esse alii modi postulare peritum in te: atque in ceteris fuisse. Cecilius in primo. Neque ipsi eos alii modi esse atque amilcar dixit ostendere possunt aliter. Idem etiam in quinto. Nullius alius res nisi amicitiae eorum causa. G. Caesar in anticatone priore. Vno enim excepto quem alius modi atque

omnis natura finxit suos quisq; habet caros. **G. Fanius** in primo **annalium**. Cum in uita agenda dicimus multa quæ in presentiarum bona uidentur possunt inueniri: & multa amplius alius modi atq; ante iussa esse. Sed quod est mirum feminini etiam generis genitiuum quidam in i protulerunt. **Celius** in primo anteq; bartha perierat alii rei causa aphricam missus.

De Quis.

Quis etiam communis esse generis putauerunt uetustissimi: sicut apud **græcos** **ἄνθρωπος**. **Terentius** in eunucho. Hunc oculis nostrarum quisquam non uidit phædria: nostrarum quisquam dixit pro quæquam. **Plautus** in uidualia: Dic mihi si audes quis ea est quam uis ducere. & obliquos eius casus tam secundum tertiam quam secundam declinationem terminabant. **Vn** de nunc quoq; accusatiuus masculini in em secundum tertiam proportionem profertur quauis feminini in am: ut quemquam. **Ablatiuus** non solum in o: sed etiam in i: a quo uel a qui: & a qua uel a qui: **Virgilius** in undecimo: **Accam** ex æqualibus unam qui cum partiri curas: pro qua cum. **Terentius** in eunucho. Qui cum parmenone. **Nominatiuum** quoq; pluralem non solum in i & æ: sed etiam in es: qui quæ uel ques: accusatiuum etiam quos quas uel ques: **Vt** **Pacuius** in medo. **Ques** sunt isti **Cato** Quæscunq; romæ reguauissent accius in eo petholomeo. Sed quæsdam. Nam datiuum & ablatiuum nunc quoq; tam per is: quam per bus proferimus quis uel quibus. **Sciendum** autem q; qui quando pro interrogatiuo uel infinito. idest pro quis ponitur circumflectitur. Quando autem pro relatiuo acuitur per se in lectione grauatur. **Similiter** obliqui casus generalem accentuum regulam seruant quando sunt infinita: uel interrogatiua. **Quædo** uero relatiua acuitur p se. **In** lectione uero grauatur p omnes syllabas. **Quæritur** in hoc modo declinationis cum omnis datiuus una syllaba minor sit genitiuo: ut illius illi istius isti ipsius ipsi unius uni solius soli utrius utri alterius alteri. an huius huic: cuius cui: eius ei: **An** monosyllaba sint accipienda in datiuo: quod regula exigit. Et pleriq; poetarum metris comprobant: ut **Virgilius** i quarto **ancidos** Cuiq; loci leges dedimus connubia nostra **Repulit**. **Idem** in primo **georgicorum**. Huic a stirpe pedes temo protentus i octo: & ubiq; hoc

seruat. Inueniunt tamen: sed raro bissyllaba: & maxime ei differētia
causa ne interiectio esse putetur: quod de nomine quoq; tractantes
memorauimus, unde pluralis etiam datiuus & ablatiuus secundum
analogiam in ius terminantium genitiuum singularem. quorum da/
tiuus singularis in i terminans: & pluralis in as desinens pares habet
syllabas: ei eis uel iis: ut cui quis huic. In quo c per adiectionem diffe/
rentia causa accedit his: quanuis & hibus pro his antiqui protule/
runt. **Plautus in gurgulione.** Eodem hercle uos paro & propono pa/
ratissimi estis hibus: qd per dieresim autem ei & eis inuenitur bissylla/
būm ostendit. **Iuuenalis in quinto:** Implet & ad mœchos dat eisdem
fetre cinædis. **Statius quoq;** huic uidetur protulisse per dieresim syl/
labarum in primo. **Lætus huic domo uideas dare iura nepotes.** Idem
in eodem. **Falsus huic pennas & cornua sumere terræ.** Cui quoq; terē
tiamus de litteris: **Verum ut cuiq; ē proximitas loci forori.** Est enim
foradicum ex duobus ionicis a maiore & tribus trocheis. **Idem in eo/
dem.** Ex ordine fulgens cui dat nomen sinopes.

De Tertia declinatione.

Tertius modus declinationis pronominum est: qui sequitur
per omnia mobiliū declinationem nominum meus mea
meum tuus tua tuum suus sua suum noster nostra nostrū
uester uestra uestrum. Notandum tamen q; meus cum se/
cundum regulam uocatiuum deberet facere o mee euphonia causa
duas e breues in i longam conuertit. **Terentius in adelphis.** O mi as/
china: o mi germane. Idem in eunucho: **Hic parmeno mi nostin A/
deo autem masculini est uocatiuus possessiui, & non genitiuus uel
datiuus primitiui per syncopam: quod quibusdam uidetur: q; nunq;
uocatiue positum feminino uel neutro adiungitur: cuius quidam
nominatiuum etiam minus dixerunt uel mios: quod Carisius & Cel
sus ostendunt.**

De Quarta declinatione.

Quartus modus est qui sequitur per omnes casus tertia de/
clinationis nomina nostras nostratis quod ideo in extrema
circumflectitur syllaba q; per syncopam profertur. **Vetustis
simi enim similem genitiuo nominatiuum quoq; proferebant.**

Non esse pronomen

Non esse pronomen nec articulum multis modis ostenditur. Nam ex quo sit nominatiuo. Tu enim quod est secunda personae eundem habet nominatiuum & uocatiuum: qui assumit o: ut o tu: hic & haec & hoc sunt tertiae personae quae carent uocatiuo. Non est igitur pronomen nec articulus cum semper in demonstratione ponitur o: quae contraria est relationi: quam articulus significat: deinde articulum Romani non habent. Nam idem quod est $\delta\upsilon\tau\omicron\varsigma$: quod est articulus praepositiuus: cum pronomine significet apud nos tamen non ex articulo & pronomine componitur quae admodum apud graecos: sed ex pronomine & aduerbio is & demum qui quoque $\delta\omicron\tau\iota\varsigma$ significatione & interpretatione uidetur habere articulum subiunctiuum. Simplex est tamen nomen apud Latinos: quod uo modo plurima quoque alia inueniuntur apud nos simplicia quae apud graecos composita sunt ut felix $\epsilon\upsilon\tau\upsilon\chi\eta\varsigma$ Sanctus $\delta\epsilon\upsilon\sigma\alpha\omicron\eta\varsigma$ pius $\epsilon\upsilon\delta\epsilon\upsilon\eta\varsigma$ & alia mille: non tamen ideo significationem graecam attendentes debemus ea composita dicere uel quae ex contrario inueniuntur simplicia apud illos composita ut incestus $\alpha\omicron\varsigma\chi\omicron\varsigma\alpha\iota\mu\omicron\alpha\iota\kappa\tau\alpha\omicron\varsigma$: ineptus $\mu\omicron\pi\omicron\varsigma$ superfluus $\pi\epsilon\rho\iota\tau\omicron\varsigma$ sicut & multa alia: Sine igitur dubio o aduerbium uocandi: & optandi est etiam interiectio. Nichil tamen interest inter o hoc est uocatiuum & heus. Quomodo enim dicimus eius: Iuuenes sic o iuuenes. Itaque omnibus uocatiuis praepositur o tu: o mi: o noster. Quippe aduerbium uocandi quod nulli alii casui nisi uocatiuo huiusmodi aduerbia possunt adiungi. Sicut etiam uerba secundae personae: ut uenisti ad me. Virgilii: & pronomina fecisti tu homere uenisti: tu Terentii cum substantiuus uel uocatiuis adiungantur uerbis. Tunc enim etiam nominatiuus utimur quomodo & in prima & in tertia persona: ut tu es doctus: ego sum prudens: Priscianus ego uocor: tu uocaris Herodianus.

Tale igitur secundam personam nominatiuum non putauerunt habere. Si enim nomina quae semper sunt tertiae personae tamen si cum supradictis uerbis sint iuncta possunt etiam primam & secundam significare: ut Socrates sum: Socrates es: Socrates est: Socrates uocor. Socrates uocaris Socrates uocatur. Quomodo non in pronomine quoque quae maxime discer

nunt personas accipiamus nominatiuum etiam in secunda persona. **E**go sum bonus tu es bonus ille est bonus. **N**ō igitur nominatiui nominū uel participiorū semper tertiā sunt psonā: sed quādo carent uerbo substantiuo uel uocatiuo. **N**emo enim recte dicit Apolonius ābullo: Aristophanes ambulat. **P**ronomina enim primā & secundā personā ideo maxime accipiuntur: ut loco priorum fungantur nominū cum uerbis earundem personarum: ut ego ambulo tu ābulas. Itaq; loco tertiā personā melius nomen ponitur: & maxime si abest: ego facio tu facis. **T**ullius facit: nisi praesens sit uel iuxta: & demonstratiue hoc ipsum uolentes indicare dicamus hic uel iste uel longe uideatur & dicamus ille uel si absit quasi de iam cognito utimur relatiuo is dicentes. de quo iam nouimus aliquid uel locuti ante sumus. **C**um igitur semper in demonstratione sit primā & secundā persona. **H**oc autem nominis carcat nominatiuus: iure ad tertiā personam retruditur. **S**ubstantiuus autem & uocatiuus solis ideo adiunguntur uerbis: & primā & secundā personā nominatiui nominum q; uidentur ipsa haec uerba uim demonstratiuā habere. **O**stēdūt enim substantiā ipsarū psonarū uel nominationē in qua similiter substantia demonstratur: nō egēt pronomibus qua demonstrationem substantiā significant.

q; nominatiuus uocatiuo i diuersis psonis adiūgi nō potest. **U**m igitur omnia qua sibi coniunguntur in diuersis posita personis casualia siue disiungantur siue copulentur eundē seruant casum. **V**ocatiuus hoc solus seruare non potest. **D**icimus enim uel **P**robis uel donatus: & **P**risicianus & **T**heotistus & ego & ille: uel mei uel tui. & mihi & tibi: uel me uel te & a me & a te. **V**ocatiuus autem nisi in una eademq; persona conferantur diuersa nomina iungere nō potest: ut bone & caste & formose quia alia psona hūc casum habere nō potest nisi secūda: & ideo secūdas psonas iungere nō possumus. **C**eteris uero casibus diuersas psonas iūgimus: quippe cū i omnibus illi iueniunt psonis. **E**rgo q̄do dicimus ego & tu & ille: sine dubio nominatiuus ē tu. **I**dēq; maxie dignoscit i plurali numero q; pluralia cōceptionē habēt psonarū. **E**rgo q̄do dicimus ego & tu docti sumus sine dubio tu nominatiuus itelligit. **E**t q; pnoia iisdē casibus adiūgūt i noibus: **E**go uirgilius tu uirgilius ille uirgilius: mei uirgilio tui uirgilii illius uirgilii. **E**t q; ad interrogatiōes nominatiui reddūt quis scripsit: ego: quis scripsit tu: quis scripsit ille.

Quicquid habet uocatiuum: hoc etiam nominatiuum ha-
bet. quicquid autem nominatiuum non omnimodo uoca-
tiuum neque enim interrogatiua nomina: nec infinita nec
abnegatiua nec distributiua uel imperatiua nec relatiua: quae omnia
caerent demonstratione uocatiuos pollicentur ut quis uel qualis qui ta-
lis quantus tantus alius nullus alter alteruter uter uterque singuli bi-
ni terni quaterni: & similia. Nec prima & tertiae personae pronomi-
na. **C**etera autem nomina per uocatiuos casus etiam si sint appella-
tiua loco priorum funguntur cum demonstratio ipsa diffinit se-
cundam praesentem personam: & habet in se uim & significationem
pronominis tu uocatiui. **I**llud etiam sciendum est quod omnia prono-
mina apud Latinos absoluta sunt: & tam praepositiua quam subiun-
ctiua recteque accentus apud Latinos: id est ὄροτονί αενα cum apud
Graecos sint quaedam inclinatiua: ut εἶπὼ εἰπὼ εἶπε εἶπε εἶπε
tu dicis dicis tu ille dicit dicit ille. **A**bsolute autem dicuntur quae cum
aliis sociari possunt uel non. **N**am dicendo. **E**go dico: possum & so-
lus intelligi & cum alio. **S**olet tamen met addita plerumque signifi-
cantiam uel discretionem ostendere: quam Graeci Δις εἶπὼ dicunt
egomet: ego & non alius. **N**ec non etiam ipse ego: uel egomet ipse: ut
Terentius in *adelpis*. **E**gomet rapui: ipse ego solui argentum: id est
ego & nullus alius. **S**ui hoc solum apud Latinos reciprocum fit in ea-
dem tertia persona: quod Graeci ἀντανεκελεσόν uocant: id est quando
ipsa in se actum reflectit persona: ut eadem sit: & agens & patiens:
quod Διοπαισειον uocant potest significare εἶπὼ τοῦ sui εἶπὼ τοῦ & εἶπὼ
τοῦ: quod est primae & secundae personae non habemus: sed pro eis
simplicibus primitiuis utimur: quae tam in reciprocatione quam intransi-
tione poni possunt: ut mei misereor: & mei misereris. **S**imiliter tui mi-
sereris & tui misereor. **N**ec mirum cum apud Graecos quoque uetu-
stissimus omnium fere auctorum. **H**omerus simplicibus utitur pro
compositis εἶπὼ εἶπὼ τοῦ pro εἶπὼ τοῦ. **S**ui quoque tam εἶπὼ τοῦ quam οἶ
significat quod semper est relatiuum. **N**ec mirum: cum hoc quoque
apud **H**omerum inueniatur saepe simplex pro composito. προεἶπὼ
τοῦ φεύγοντα: id est ante se fugientem εἶπὼ τοῦ pro εἶπὼ τοῦ dixit.
Nominatiuum autem ideo non habet hoc pronomen id est sui sibi
se a se: quia necesse est quando εἶπὼ τοῦ significat tam actio-
nem quam passionem in eadem intelligi persona. **N**ec aliter igitur

potest proferri is in quem agitur aliquid nisi per obliquos casus
Euenit enim ut a nominatiuis actus proficiscentes ad obliquos siue
intransitione personarum intelligantur. siue in una eademque perso-
na intransitione. ut Aristophanes Aristarchum docuit: ego te honora-
ui: tu mihi dedisti: & per sola quoque uerba nominatiuis intelligitur
& transit rursus ad obliquos: dedi tibi honorauit te: In una quoque ea-
demque persona hoc idem fit: ut Pheuius sedocuit: docenti enim
transitio non ad alteram personam: sed ad ipsum Pheuium recipro-
catur. Ajax se interfecit: rursus enim interfecit ad ipsum Aiace[m] reci-
procatur. huiusmodi igitur structuris primitiuorum pronominum
cum uerbis accidit una eademque uoce: & transitiuam demonstrare
personam & reciprocam. Vnde Homerus quoque antiquitatis au-
ctor in simplicibus semper pronomibus & intransitiuas ponit: ut
dictum est personas & transitiuas. ut εμοῦ σοῦ pro εαυτοῦ. Vnus
enim & idem loquitur εαυτῷ autem εγώ transitiue: Alter. n. cognouit
& alter est cognitus. Postea uero iuniores addidere composita prono-
mina quæ intransitiuas significarent personas simplicibus uero usi
sunt transitiuis. Itaque ἰδιοπαθεῖς: compositas. i. ipsas agentes: eas-
demque patientes dixerunt. Illas uero hoc est simplices ἀλλοιοπαθεῖ-
ς hoc est in alias passionem facientes nominauerunt. Iure igitur nos
qui in plerisque antiquitatem seruauimus. græciæ: in pronomibus
quoque secundum homericam auctoritatem simplicibus utimur etiã
pro compositis: id est non solum cum in aliam personam agit: sed etiã
cum ipsa in se. In aliam. Vt Virgilius in quarto æneidos Cui me mo-
rituram deseris hospes: Terentius in adelphis. Facto te apud illum
deum in se. Idem in andria. Nec quid nunc quæ faciam scio: Idem
in adelphis. Edepol sirsice te curasti molliter. Queritur igitur cur si
mei pro εμοῦ & εαυτοῦ: & tui pro σοῦ & εαυτοῦ accipiuntur: &
tamen nominatiuos habent sui cum pro οἱ & εαυτοῦ. Τοῦ accipitur: nõ
habet nominatiuum: ad quod multa sunt dicenda. primum quia si
loco aspirationis ut supra diximus: quæ in principio tertiæ personæ
apud græcos. i. οἱ præponeretur s nominatiuus esset dubitatio ad con-
iunctionem. quomodo enim οἱ sui: & οἱ sibi: & ε se: sic nominatiuus si
debuisset esse & in aliis. n. dictionibus quibusdam solent latini æoles se-
quætes uel in digamma u: uel in s couertere aspirationem ἡμισυ semis εἰ
lex εἰτα septē & fortasse ideo ex eo p anastrophe factū est is aliud p/

nomen quod propterea puro: & relatiuum esse quomodo apud graecos.
Deinde quod huius ipsius id est nominatiui rarus est etiam apud graecos
usus. **P**ostremo quod nunquam potest hoc pronomen inueniri. hoc est sui sibi
se a se: siue reciprocum siue transitiuum: ut non intelligatur actus: uel
ab ipsa in se. uel ab ipsa in alium simul: & ab alia in ipsam nisi posses-
siuis uel adiunctis copuletur. **T**unc enim agere solum non etiam pa-
ti significat: ut ille misereatur sui seruum: & sui similem: & se sequen-
tem: & se ducentem **A**b ipsa in se. **V**t **T**eren. in andria. Ipse sibi esse in-
iurius uideatur. **P**assiuam enim quoque ab actu aliquo fiunt. **I**n aliam
ab ea: & in eandem ab alia ut idem in eodem. **H**anc fidem sibi me ob-
secrauit: qui se sciret non deserturum ut darem. **H**uiusmodi igitur
structura nominatiuum habere quantum ad transitionem non potest.
Omnis enim genitiuus uel uerbo adiungitur ad perfectionem sensus:
ut mei uel illius potior: uel possessioni ut mei seruo loquor. **A**lii uero
casus non ad possessiones: sed aduerbia solum feruntur. **I**gitur sui pro-
nomen uel aduerbium semper ponitur reciprocum id est sui passionem
significans uel retransitiuum: uel ad possessionem: ut sui seruo loqui-
tur: uel sui misereatur: uel rogat me uidua ut sui miserear. **N**unquam autem
absolute quomodo alia: ut ego loquor & tu loqueris: & ille loquitur
Cum enim sicut supradiximus necesse sit actum uel a semetipsa in se
uel ab alia in eam intelligi nunquam potest uerbum uel reciprocari uel tra-
sire nisi in obliquos casus. **O**mnis autem obliquus nominatiuus adiu-
gitur transitionem personae ad personam significans: uel uerbo in se
nominatiuum demonstranti: ut ego te docui: ille mihi profuit: tu tibi
profuisti: ille profuit sibi: me accuso: te uituperas. **N**ominatiuus enim
per se positus transitionem non significat: ut ego scripsi. **V**na enim ea-
demque persona intelligitur. **N**ec potest esse nominatiuus: cuius et-
iam obliquus eidem uerbo possit sine transitione uel reciprocatione
adiungi: ut scribo ego: mei autem scribo dicere non possumus: **I**lle fe-
cit: illius fecit: illius facit nemo dicit. **C**um igitur sibi loquitur dici-
mus in hoc uerbo: quod est loquitur nominatiuum intelligimus ille:
cum sibi uero coniungimus ad eum casum: hoc est datiuum qui est
unus ex obliquis proferri actum significamus. **N**on mirum autem sui pro-
nomen & reciprocum & transitiuum aliquando esse cum $\epsilon\alpha\delta\upsilon\ \tau\omicron\upsilon$ quoque & $\sigma\alpha\upsilon$
 $\tau\omicron\upsilon$ apud graecos $\epsilon\alpha\upsilon\ \tau\omicron\upsilon$ quando ad actum hoc est ad uerbum proferuntur
reciproca sunt: ut $\epsilon\alpha\alpha\upsilon\ \tau\omicron\upsilon\acute{\alpha}\kappa\omicron\upsilon\upsilon$ id est egomet ipsemet audio:
quando autem ad possessiones adiungantur quod per solum geniti-

uū transitiva sunt: ut τοῦ δουλοῦ ἐκταρα: idest mei seruum cecidi.
Hoc autem idest sui sibi se a se tertia esse personæ primitiuorum con/
iunctum illis personis quas συνυγιον Apollonius uocat. **C**ompro/
bat etiam ipsa declinatio in qua semper sequitur declinationem pri/
mæ & secundæ personæ: quomodo apud græcos εαου σου οὐ εμοί σοί
δι εαεσέσθι sic & apud nos mei tui sui mihi tibi sibi me te se a me a te a
se. & quæ admodum prædiximus loco aspirationis quam habet ὄυ
tertia apud græcos persona s̄ habet principalem per omnes casus. In
hoc autem quoque: idest ut hoc pronomine modo transitiuo: modo
reciproco utamur: **H**omerum sumus ut iam dictum est secuti: quia
tertia quoque persona primitiui modo reciproca modo transitiva uti/
tur: ut ἦν Αἰάων τοσούτην τὴν οἰκονομοῖ βδδ δπολων ἦν dixit p
ἐῖν. **I**dem. **G.** pro. **G.** **I**dem. **G.** Itaque apud nos quoque modo p̄ ὄυ modo
εοῦ potest sui accipi. **S**imiliter sibi p̄ δι εω & le pro εἶδόν. **E**t sciendū quæ
quotiens hoc pronomen reciprocum est eiuſdem personæ uerbum ha/
bet cōuenienti casus adiunctū: ut sui meminit sibi placet. **E**t manife/
stū ē quæ cōiunctio uerbi uim habet nominatiui casus cū actione aliqua.
Si igitur pronominis quoque huiusmodi significationē habentis hoc
ē in se recurrentis. ponas nominatiuū & cum eo uerbū eiusdē personæ
erūt duo nominatiui. **D**uo autē nominatiui p̄ se ubi actio & passio ostē
ditur coniungi non possunt sed obliquus & nominatiuus. nec solum in
reciprocis: sed etiam in illis: quæ in transitione habent alteram per/
sonam: non igitur sui nominatiuus potest constare. **Q**uis ideo a qui/
busdam pronomen esse putatur quod declinatur ad similitudinem
quorundam pronominum. quis cuius cui: sicut ille illius illi. **E**t pro/
omni nomine ignoto nobis tam proprio quā appellatiuo poni potest:
ut quis fecit quis dixit. **V**nde respondentes ad huiusmodi interro/
gationem: uel proprio utimur uel appellatiuo. quis fecit? **V**irgilius
uel poeta **E**t quod substantiam significat sine aliqua certa qualitate
quod est suum pronominis. **A**d quod dicendum quod non simi/
litudo declinationis omnimodo coniungit uel disceruit partes ora/
tionis inter se: sed uis ipsius significationis. **N**am & pronomina
multa declinationem nominum sequuntur. ut omnia deriuatiua
meus tuus suus noster uester nostras uestras. **E**t rursus nomina
declinationem pronominum: ut nūus unius uni: solus solius solī: to/
tus totius toti: ullus ullius ulli: nullus nullius nulli: alius alius alii.
Cuius genitiuus quia par syllabis est nominatiuo p̄ducit semper pe/

nultimam: cum alterius contra: quia duabus uincit syllabis nomina
tiuum suum semper corripit penultimam: alter alterius alteri uter ue
ro utrius: quia una superat syllaba: licet in metris & producere & cor
ripere: & quæ ex eis componuntur, quanuis hæc quoque quidam eo
dem errore declinationis inducti pronomina esse putauerunt. **C**um
enim omnia hæc ad certum numerum & quantitatem referuntur: quo
modo possunt esse pronomina quæ etiam omnia qualitate & quanti
tate carent: & loco propriorum quæ sunt indiuidua: hoc est nihil com
mune uel generali habentia accipi soleat. **S**upradicta igitur cum ge
neralem substantiam & qualitatem significant: neque loco proprio
rum finitorum accipiuntur sine dubio nomina sunt. **A**ppellatiua simi
liter illa quæ infinitam qualitatem significant: qualis talis. **Q**uomodo
enim infinita uel interrogatiua pro nominibus accipiuntur propriis:
quæ interrogationem sibi proprie uniuscuiusque substantiæ uel quã
titatis uel qualitatis significant. **Q**uis quoque quanuis substantiam
sine aliqua certa qualitate demonstrat, hoc tamen interest inter substã
tiam illam quam significant pronomina: quod illa pro speciali & pro
pria uniuscuiusque accipiuntur substantia: quæ demonstratione præ
sentium: & relatione absentium personarum intelligitur. **H**oc autem
generalem & infinitam substantiam quæ pertinet ad uniuersarum re
rum genera: & species & partes demonstrat. **Q**uomodo igitur nume
ros & quantitates inter species qualitatis nominum accipimus: sic
etiam infinitam & generalem substantiam quæ est in hoc nomine: hoc
est quis uel qui: & quæ ex eo componuntur in hoc esse dicimus qua
litate: habet igitur etiam qualitatem quam desiderat nomē: **U**t bre
uiter igitur hoc totum colligamus: pronomina quoque loco propri
orum accipiuntur nominum. **I**taque finitas exigunt sibi personas
quas nullum ex supradictis potest habere nominibus. **Q**uid au
tem sic incogruum quam omnia numerorum nomina sine dubio ab
omnibus nomina accipi: **U**nus autem & alter & uter & solus de
clinationis causa pronomina esse putare. **S**in autem in declinatione
& in deriuatione quedam inæqualitas inueniuntur: ut quis quæ
quod alius alia aliud. **N**ihil mirum cum in omnibus partibus ora
tionis de quibus nulla dubitatio est hoc inueniatur: ut in nominibus
supellex supellectilis: hospes hospita gracilis gracila. **I**n pronomibus
ipse uel ipse ipsa ipsū. **I**n uerbis sum fui: fero tuli. **I**llud quoque quidã

obiciunt quod demonstratio est propria pronominum: ut hic ego & talis & tantus: sed falso. Nam aduerbia quoque inueniuntur demonstratiua: ut en ecce. Ergo & nomina possunt esse demonstratiua & pronomina tamen inueniuntur carentia demonstratione: quae sunt relatiua: ut is sui. Hoc tamen interest inter demonstrationem nominum & pronominum: quod id quod demonstratur per pronomem solum ostenditur per se nec ad alium pertinet extrinsecus. quod uero pronomem non solum ipsorum quae ostenduntur: sed etiam illorum ad quos referuntur demonstrationem habet: ut talis Pyrrhus apparet qualis pater eius: & quod pronomina demonstratiua in eodem genere & numero manent cum eo qui demonstratur. Nomina uero demonstratiua diuersos possumus ostendentes ad diuersa referre: ut si aspicientes mare dicamus talem esse nilum: cum sit nilus masculini: mare autem neutri: uel si quis dicat statuam Herculis cernens: tanti fuerunt mei parentes: quantus iste Hercules. Cum enim unum aspiciat plurali uti potest numero. Si igitur similitudinis causa huiusmodi nominum demonstrationes proferuntur: quae est in communi qualitate uel quantitate qua carent pronomina: quae dubitatio est nomina magis haec esse appellatiua. Itaque interpretantes quid est talis uel tantus: dicimus similibus huic de quo loquimur. Ergo cum adiungimus substantiam qualitati: nam huic substantiam significat: simul uero qualitatem: tantus talis pronomina esse non possunt: neque pronominibus redduntur sed nominibus hoc est quantus uel qualis. **T**ria autem sunt demonstratiua nomina: talis tantus tot. Et quod a pronomine componitur & nomine: huiusmodi. Vnde hoc quoque aliud intrinsecus demonstrat. i. substantiam: & aliud extrinsecus intelligitur. i. qualitas: quam pro se pronomem sine adiunctione nominis habere non potest. Sciendum tamen quod talis & tantus & tot: si ad praesentes dicantur etiam demonstratiua sunt. sin autem ad absentes relatiua uel redditua tantum: ut qualis Hercules talis Theseus fuit. Illud quoque notandum quod in uocatio omnia nomina eius capacia possunt esse demonstratiua. Itaque in hoc solo finitam uidetur secundam habere personam. Nam in aliis casibus infinita sunt personae & tertiae nisi quando substantiuo adiungant uerbo. Tunc enim secunda personae & prima copulantur: ut supra memorauimus. Priscianus sum: Priscianus uocor: Virgilius: Virgilius diceris. Omnia autem infinita uel relatiua uel interrogatiua cum semper de

tertia dicantur ad secundam : ea est enim ad quam naturaliter interro-
gatio dirigitur non possunt habere uocatiuos : qui proprii sunt secun-
da: alius quoque caret uocatio cum abnegationem habet tam pri-
ma quam secunda. **D**icimus enim neq; ego : neq; tu : sed alius igitur
quod caret demonstratione presentis : uocatiuum habere non potest .
Ergo nec pronomen hoc esse certum est . **N**on solum enim non sunt perso-
nas : sed etiam abnegationem habet finitarum . **T**ertiam quoque incer-
tam significat : quod est illi pro qualitate : & quod in a priori solent dici
quam in duobus : pronomina loco nominum accipiuntur priorum
Ut Cicero scribit : idem recitat : & unum & idem significat . **S**in uero
dicam : Cicero scribit & alius recitat : non est eadem persona . **I**llud quo-
que arguit hoc non esse pronomen quod ipse omni potest subiici prono-
mini : ut ego ipse tu ipse ille ipse non tamen etiam alius ipse dicimus .
Alter quoque & uter : & quae ex eis componuntur : & ambo uocatiuos
habere non possunt cum partiuntur uel referuntur : quod ante partitur
in diuersis est personis : uocatiuus autem ad unam dirigi uult personam
Itaque in his esse non potest quae partiuntur . **Q**uid est enim uter nisi
ego uel tu : siue tu uel ille . **S**imiliter alter ex me & te : uel te & illo . **Q**uo-
modo ergo in significatione diuersarum personarum possit esse uoca-
tiuus : qui ad unam pertinet solam secundam . **R**elatiua quoque cum
demonstratione carent uocatiuum habere non possunt : ut ambo uter
que alter uter : ullus etiam & nullus cum semper in abnegatione poni-
tur : & nemo caret uocatio .

Liber .xiiii. de praepositione.

Q**UONIAM DE OMNIBVS VTPOT VI DE**
clinationibus supra differui : est de nomine & uer-
bo & participio & pronomine : nunc ad indeclinabi-
lia ueniam : quae iure extrema ponuntur . **E**a enim
sine illis sententiam complere non possunt . **I**lla au-
tem sine istis sapissime complent : **I**taque cum
mihi uideantur praepositionem ceteris indeclina-
bilibus graecorum doctissimi praeposuisse . & maxime apollonius : cu-
ius auctoritatem in omnibus sequendam esse putavi : ego quoque ab
ea incipiam . **N**omini enim : quae principalis est omnium orationis
partium : & ceteris quae casus ad nominis similitudinem sumunt

& prapositionum. Coniunctio prapponitur etiam carentibus casu : p
apositionem solam : cum igitur prappositio per compositionem du/
taxat potest illis prapponi. **S**unt autem uel unius syllabæ prappositio/
nes : uel duarum uel trium : **E**t aduerbia quidem deriuatiua possunt
esse. **P**rappositiones uero posituæ : idest primitiuæ sunt omnes si se/
quemur auctoritatem græcorum. Itaq; aduersum extra infra intra in
ter cum sint deriuatiua magis aduerbia esse uidentur prappositiua q̄
prappositiones. **P**ossunt enim hæc sine casualibus uerbis etiam adiun/
gi : ut ego in campo curro : tu extra Ego supra aspicio : tu infra : sic etiã
similia. **S**ciendum tamen q; omnia aduerbia quæ solent casibus adiun/
gi. **R**omani artium scriptores inter prappositiones posuerunt : quia sũt
prappositiua casualium : & quia grauantur omnibus syllabis : uel quia
interpretatio eorum apud græcos modo prappositionis modo aduer/
bii uim optinet : ut ante ora patrum : hic ante τὸ πρὸ significat : quod ẽ
prappositio græca. **A**t uero. **A**nte leues ergo pascentur in æthere cerui
& **A**nte pererratis amborum sinibus exul : hic ante τὸ πρότερον signi/
ficat : & est sine dubio aduerbium. **S**imiliter contra quando kata signi/
ficat loco prappositionis est accipiendum : ut contra contionem **M**e/
telli : cum uero τὸ ἐναντίον : quod proprium eius significat aduerbium
est sine dubio : ut ego in hanc partem specto tu contra. **I**uuenalis in
primo **S**tat contra starique iubet. **A**duersum quoque idco prappositi/
onem esse putauerunt quia pro ἐπί græca prappositione solet aliquan/
do poni : **V**t **T**erentius in andria. **I**dque aduersum te gratum fuisse
habeo gratiam. **Q**uando autem τὸ ἐναντίον significat magis aduer/
bium ostenditur : **V**t **T**erentius in phormione. **E**i loco ex aduersum
tonstrina erat quædam **S**ecundum quoq; quando pro kata & meta
accipitur : loco prappositionis est. **S**alustius in iugurtino. **S**ecundum
ea uti debetis uterer. & **L**ucanus in octauo. **S**ecundum emathiam lis
tanta datur. **A**ccentum habet prappositiones acutum in fine : tam apd
græcos quam apud latinos : qui tamen cum aliis legendo in grauem
conuertitur : nisi prapostere proferantur : quod æoles quoque quãuis
fugiãt in fine acutum : hac parte solent seruare : quos in plerisq; secuti
in hoc quoq; sequimur. **C**um uero prapostere monosyllabæ ponan/
tur acuto dissyllabæ penultimo acuto proferuntur : nisi aliqua diffe/
rentia ut prædictum est impediãt : **V**t **V**irgilius in primo æncidos.
Maria omnia circum. **F**inalem enim acuumus syllabam : ne si penul/
timam acuamus nomen uel aduerbium putetur esse. **T**antum autẽ

18.

præpositioni tenorem mutationem facit ordinis commutatio: quæ in quibusdam pronominebus etiam enclitici uice fungitur: quæ sunt hæc mecum tecum secum nobiscum uobiscum: de quibus latius in pronome tractatum est: Nec mirum in hac parte orationis Romanos in fine ponere accentus: quauis sint dissyllabæ necnon æoles contra conuetudinem suam idem facere cum annitur semper præpositio sequenti dictioni: & quasi una pars cum ea effertur: quæ per appositionem etiam proferatur. Unde & acutum in grauem conuertit. Idque donatus etiam in secunda arte de præpositione se intelligere confirmat his uerbis: separata præpositiones acuumtur. Coniunctæ uero casibus aut loquelis uim suam sæpe commutant & graues fiunt. Censorinus uero planissime de his docet in libro quem de accentibus scribit Et compositæ quidem tam in nominatiuo quàm in obliquis casibus ab eo nominatiuo composito flexis inueniuntur: ut indoctus indocti in docto indoctum indocte. Apositæ autem non nisi cum accusatiuo uel ablatiui: ut in hostem pro patria. Cum uerbo semper in compositione ut induco extorquero percurro. Cum participiis in compositione quidem secundum uerborum figuram ex quibus nascuntur: ut iducens extorquens percurrens. Et præterea per appositionem accusatiui & ablatiui secundum nomina: ut in amantem producente: Pronominebus uero per appositionem solam præponitur duobus supradictis casibus obliquis: ut in illum: de illo: & sibi præponitur in compositione ut iperterritus inexpugnabilis. Necnon etiam coniunctioni inuenitur præposita. Sed non seruat uim suam: ut absque unde: ut supra memorauimus additio magis putatur quæ. Ergo a præpositione abs: deriuatum est absque quomodo ab extra. Similiter aduerbiis præponitur per compositionem ut perinde: desubito deinceps abhinc. Igitur nomini quidem & per appositionem & per compositionem. pronomini uero per appositionem solam: licet quibusdam mecum tecum secum nobiscum uobiscum composita esse uideantur. Participio uero per deriuationem uel consequentiam compositorum uerborum uel per appositionem. Cæteris autem partibus per solam compositionem præpositio iungit loco etiam coniunctionis accipi solet casualis: ut per desidia mali: nascuntur: id est causa desidia: similiter propter & ob. Virgilius in quarto. Te propter libyæ gentes numadumque. Idem in undecimo. Cuius ob augurium infaustum. Sunt autem apud nos multo plures quam apud græcos Apud illos enim cum sint decem & octo præpositi

tionem diuersas singulae habent significationes quae complent multarum apud nos demonstrationem: ut $\pi\epsilon\pi\iota$ pro circum: & circa & erga & de & super quando memoria est. **P**onitur similiter $\pi\epsilon\pi\epsilon$ pro apud & prope & propter & praeter: nec solum id sed etiam illud causa fit: ut sint ampliores apud nos: quod omnia aduerbia localia quae solent casualibus praepositionibus nostri posuerunt ut supra diximus. tenoremque earum in eis quoque seruauerunt: ut pone tribunal: aduersum hostem: citra forum contra inimicos: infra tectum: supra montem: extra muros intra urbem ultra alpes. Huiusmodi enim omnia graeci aduerbia dicunt esse quia & certam aliquam habent significationem etiam per se posita: quae praepositiones habere nolunt per se prolatae. Aduerbia uero habent: & pleraque eorum componi non possunt. Omnes autem praepositiones apud illos: & componi & apponi solent. Praeterea haec quae certissimam habent locorum significationem etiam per se posita possunt. Apud Latinos quoque sine casualibus proferri: quod rarissime patitur praepositio. **V**irgilius in secundo aeneidos: **P**one subit coniunx. Inueniuntur igitur apud Latinos in praepositionibus tria contraria obseruatione Graecorum: quae certae sunt significationis quaedam praepositiones: ut apud erga circa inter: & quaedam nunquam componuntur: ut haec ipse apud erga: & quaedam nunquam separantur con se re di dis. **N**ulla praepositio habet aspirationem sicut nec coniunctio. cum in aliis sex partibus orationis sunt quae habent aspirationem: & quae non: ut hanc habeo habens hic huc heu.

Praepositiones quae rarissime praepostere proferuntur.

Rarissime apud profam scribentes praepostere proferuntur praepositiones monosyllabae ut etiam apud poetas difficile mutant ordinem: ut apud Terentium in andria. **I** praesequar: nisi cum. Ea enim sola tam apud poetas quam apud reliquos praepostere cum pronominebus ponitur: ut praedictum est his: mecum tecum secum nobiscum uobiscum. necnon etiam quocum quicum quacum quibuscum. Mediae quoque ponuntur: ut quaderere quamobrem quasobres qua in parte. Necnon habent quamdam cognitionem cum aduerbiis localibus plerumque praepositiones: ut in & ad locum: & in loco: & ab: & e & ex de loco.

Sciendum tamen q̄ nulla alia pars in x desinit apud lati-
nos nisi nomina: & ex præpositio quæ græca est: & uix &
mox & pax πῶ τελεῶσ. Aduerbiū comicū quo utitur
Terentius: quod similiter græcum est. Sunt quæ in compo-
sitione elisionem patiuntur ut cum sequente uocali: coeo coarguo co-
arto coherceo coarquo. Contra pro sequente uocali d assumit: ut pro-
des prodest proderam prodesse. Quædam etiam syncopam passæ
sunt ut supra pro supra infra pro infra extra pro extera. Nam anti-
qui trisyllabæ ea proferebant: ut Cicero in arato. Toruus draco serpit
subter iuperaq; retorquens sese. Tenuit tamen usus. ut dissyllabæ ma-
gis ea proferrantur: Nec solum præpositiones sed etiam aduerbia sunt
ea pro uaria significatione accipienda: Oportet autem scire q̄ græci
propriū dicunt esse præpositionis: ut nihil certum per se politæ sine
aliis partibus orationis significare possunt: ut supra dictum est qua-
les sunt pene apud nos quoq; omnes monosyllabæ: ut ad ob per præ
ab abs cum de e ex. Necnon dissyllabarum quædam: ut ante præter:
Hæ enim ad sensum sequentium significationes suas accommodant
ut ad modo personæ: modo loco. Est quando tempori adiungitur.
uel numero personæ: ut Virgilius in primo æneidos. Ad te confugio
& supplex tua numina posco: loco ut idem in eodem Prima q̄ ad tro-
iam pro caris gesserat argis. Tempori ut Salustius in primo historia-
rum. Ad bellum Persu macedonicum numero ad quinquaginta mi-
lia. In compositione quoq; modo intentionum est: ut approbat affir-
mat. Modo ad personam aliquam uel rem dirigitur: ut alloquitur ar-
ridet. Similiter aliæ supradictæ diuersas habent significationes. Quæ
uero certæ alicuius sunt significationis quæ secundum græcorum ra-
tionem pleraq; inter aduerbia poni debeant idest supra infra extra po-
ne & huiusmodi alia tamen quia casualibus plerunq; præponuntur
& grauantur more præpositionum: & loco plerunq; græcarum acci-
piuntur: ut dictum est præpositionum: ut supra cælum ὑπὲρ τοῦ οὐ-
ρανοῦ infra terrā: ὑπὸ τῆ γῆς. Ideo òn penitus irrationabiliter ab arti-
um scriptoribus latinarum inter præpositiones quoq; sunt receptæ.
Inueniuntur tamen in aliis partibus præpositiua: non tam est sem-
per: nec omnes ad eandem speciem ptinentes: ut ne aduerbiū dehor-
tandi: & hic prænomen præpositiuum: quod tamen licet etiam post-
ponere: ut hic homo: & homo hic nulla ordinis confusione tā a partibus
quam a sine metro scribentibus bene dicitur: Iure igitur sola hæc pars

id est præpositio a loco quem proprium possidet nomen accipit. **Sæ-**
pe & uerbis desunt præpositiones: ut uirgilius i primo aeneidos. **Vna**
eurusq; notusq; ruunt pro eruunt. & præpositionibus uerba: ut idem
in tertio aeneidos. **O** mihi sola mei super astryanactis imago. **Super** p
super es.

Compositæ uero præpositiones cū aliis partibus in illarum
potestatem concidunt: ut incuruus adoro abhinc pro inde
Nam in absq; magis adiectio est que syllabæ: ut diximus
q̄ coniunctio. **Verba** quæ nominatiuum semper significat
uel uocatiuum: ideo in compositione semper habent præpositiones
quomodo & nominatiui nominum & uocatiui. **Est** quando præposi
tio loco coniunctionis ut dictum est accipitur. tam apud grecos quã
apud nos: ut propter te: hoc est tui causa: **T**unc enim loco causalis cõ
iunctionis accipitur quando **Διὰ** græcam significat. **Virgilius** in ter
tio. **T**e propter libycæ gentes numadumq; tyranni **O**dere. **Quando**
uero **κατά** significat præpositionis uim sine dubio defendit. **Idem** **Vir**
gilius in nono **S**ive padi ripis athesim seu propter amœnum. **Simili**
ter ob loco causalis solet poni coniunctionis. **Virgilius** in undecimo
Cuius ob auspiciu infaustum moresq; sinistros. **Cum** in compositi
one semper præpositionis habeat significationem: ut idẽ in sexto **M**a
gnas obeuntia terras **T**ot maria intrani duce te. necnon cum aliis præ
positionibus coniuncta simul cum illis loco casualis coniunctionis accipitur
ut quamobrem pro qua propter. ut **Cicero** in primo uestinarũ. **Quã**
obrem ut saepe iam dixi. **Cum** apud grecos separata præpositio: tri
bus solẽat casibus præponi genitiuo datiuo accusatiuo. apud nos duo
bus solis præponitur: id est accusatiuo & ablatiuo nisi hollenismo ut
tur auctoritas: ut **Virgilius** in tertio georgicorum. **Et** curuum tenus
a mento palearia pendent genitiuo est usus secundum grecos pro ab
latiuo: quous apud grecos **τόσχιος**: quod est tenus non præpositio sed
aduerbium esse ostenditur. **Itaq;** apud nos quoq; raro præponitur:
ut in secundo georgicorum **H**actenus aruorum cultus & sydera cæli
idem in secundo aeneidos **C**apulo tenus abdidit ensem.

Nominatiuo uero per compositionem addita præpositio p
omnes manet obliquos casus. **I**deo autem nominatiui per
appositionem non recipiunt præpositiones: quia per intrã
sitiuam dicuntur elocutionem: id est non transcuntem ab
y iii

alia ad aliam personam. ut percurrit homo excelsus. Ecce quia nomi
natiui sunt nullā habent transitionem. Accusatiuus uero & ablatiuus
cum transitiui sunt recipiunt separatas prapositiones. Separata enī
hæc semper transitiones significant. itaq; uerba quoq; quia semper ad
iuncta sunt quantum ad intellectum uel nominatiuo uel uocatiuo &
carent casibus iure non possunt per appositionem adiungi prapositioni.
Nihil enim carens casu per se transitiuum esse potest. Prapositio
quando per defectionem uerborum profertur: generalem seruat accē/
tuū regulam: q; ab acuto incipit. Virgilius in tertio aeneidos. O mihi
solā mei super alyanactis imago. Et Terentius in andria. Adeo mo/
desta & adeo uenusta: ut nihil supra & hoc ad similitudinem græcorū
Homerus ξάνω ἐπίδινεν τι τῶ δάϊ ἐι πᾶρ ἐν εἰσ γε οὐδὲν ὄν λοιγόν
ἀδύει. Necnō etiā si prapostere pferatur: ut Virgilius i septimo. De
cus imperiumq; latini Te penes. hoc quoq; a græcis homerius ἄλεν
ἄρ γυρότοξος/ἄρ τέλει διξίν. Est tamē q̄do postposita quoq; grauat
si genitiuus sequatur: redditus ad supra positum accusatiuum: uel ab
latiuum: ut si dicam. Virtutem propter imperatoris. uel iustitia in le/
gum. Sin autem in fine sensus sit prapositio in omni modo generalē
seruat accentuum legem. ab acuto incipit: ut homines mille uenerunt
supra: nisi differentia prohibeat: sicut supradictum est ut circum. Vir
in primo aeneidos. Maria omnia circum in fine acuitur: nec aduerbiū
uel nomen esse putet: sicut & apud græcos. Διά. Et si loco aduerbio/
rum uel interiectionum accipiuntur similiter mutant accentum sibi
destinatum. Terentius in eunucho. Perpulchra credo numina: haud
nostris similia. ut Lucanus in secundo. Proh tristia fata Quis fuit ille
dies marius quo moenia uictor. Hoc tamē quoq; græcis auctōribus
facimus: sicut enim prapositiones loco aduerbiorum: sicut etiam ad/
uerbia loco prapositionū solēt poni. Homerus. τῶ λᾶν τῶ πᾶρ τυρῆ
σῶν πρὸς θεῶν ἀσκάρων πρὸς τετυνητῶν ἀνθρώπων prapositionem
posuit p aduerbio ἰδίον εἰσῶ aduerbiū p prapositione. Nihil igitur
mirū apud nos quoq; prapositiones p aduerbiis: uel aduerbia p prapositionibus
inueniri. Cū etiā loco nominis ea solēt accipi: ut Virgilius
in tertio. Mane nouum sponte sua. Stattius in undecimo: At tu
pudet hostia regni hostia nate iaces ceu mutus & egregie sanguis Hei
mihi primitiis ararum & rite nefasto Libatus rite p ritu posuit. Pra/
positiones quoq; tā pro aduerbiis q̄ pro cōiunctionibus inueniuntur
ut ostendimus. Non tamen bene stoici prapositionem inter coniu-

ctiones ponebant præpositiuam coniunctionem eam nominantes cū
coniunctio & nominibus & uerbis: & omnibus tam declinabilibus q̄
indeclinabilibus per appositionem solet adiungi. **N**ec solum præpo
nitur: sed etiam adiungitur tam apud pœtas q̄ apud sine metris scri
bentes. **P**ræpositio uero ut supra dictum est & præponi uult semper
cum recto ordine ponitur: & uerbis ceterisq; p̄tibus indeclinabilibus
nisi in compositione non adiungit. **S**eparatæ præpositiones uel accu
satiuo uel ablatiua adiungunt. **C**ompositæ tam nominatiua quam
ceteris obliquis: qui ex composito nominatiua nascunt. **E**t est quan
do eandem habent tam in compositione q̄ in appositione significati
onem: ut inuado hostē: & in hostē uado. **I**n utroq; enim contra signi
ficat. **E**st quando diuersas: ut de te loquor: id est tui causa loquor: de
primo. i. infra præmo. **E**st quando abundat syllabica: id est auctoris
syllabarū causa tantūmodo nulla significationis adiunctio: ut emori
p̄ mori. **E**st quando localem uim possident quadripartitā: ut uenio p̄
for: p̄ficiscor ad graciā. **I**n italia sum: a cecilia uenio. **C**um apud græ
cos præpositio cōposita cū dictionibus aliis quibusdam penultimam
habentibus acutā: antepenultimā eam facit. si addit significationi ali
quid. ut πᾶσι ὄντοισιν. **A**pud nos quoq; in uno aduerbio hoc so
let facere. **I**nde deinde exinde subinde: ne si grauet præpositio. p̄ appo
sitionem esse putetur ante aduerbium quod fieri non licet. **E**st quādo
significantiæ causa assumitur præpositio ut **Virgilius in prio georgi
corum: Nūq̄ imprudentibus obsuit imber.** **E**st quādo priuationem. i.
abnegationē significat: ut impius expers. **S**unt q̄ similem habent po
testatem ut ab a ex e q̄ etiam localem possident significationē: **E**x uero
& p̄ causali cōiunctione potest accipi: ut ex insidiis illius hoc patior. i.
insidiarū illius causa. **P**riuationē quoq; ut supra dixi significat: ut ex
pers exlex. & ordinē: ut **Virg. in. viii. ænei. Ex i gorgoncis alecto infe
ta uenenis.** **E**t loco aduerbii extra fungit: ut exul extra solū: & exclu
do extra claudo: quis extra quoq; oīa localia ut sæpe memorauimus
aduerbia: quæ solēt casibus adiūgi nostri iter præpositiōes posuerunt
Tēporalia quoq; & localia aduerbiorū quædā in præpositiōes trāsferū
tur & noīa: ut pridie calendas & aduersus uel aduersum hostes. **S**ub
tracta quoq; nominibus quibusdam loco aduerbiorum ea faciunt ac
cipi: ut domo uenio pro a domo: & domi sum pro in domo: & domū
eo pro ad domum: **E**t inuicem pro se ponuntur præpositiones: ut in
urbem uenio pro ad urbem: & per urbem sum pro in urbe. **A**deo autē

plerunq; localem habent significationem prepositiones : q; aduerbia
quoq; ex his localia nascuntur: ut ex extra extrinsecus: sub subter : in
infra intra intus, sed etiam hæc ut supra dictum est: quia loco prepo-
sitionum sæpe solent preponi etiam cum casibus adiunguntur: artium
scriptores inter prepositiones numerant. Cum igitur ut supra memo-
rauimus per appositionem duobus casibus adiunguntur prepositiones
accusatiuo & ablatiuo de singularum significatione differamus. Et pri-
mo de his quas accusatiuus sequitur uni syllaba ut plerisq; latinoium
uidetur sunt hæc: ad ob per post cis trans. Bissyllaba: apud ante citra
contra erga extra iter intra infra iuxta prope pone ultra præter propter su-
pra usq; penes. Trissyllaba circiter aduersum secundum.

Xhis pleraq; apud græcos inter aduerbia ponuntur: ut sæ-
pe docuimus q; certam habent significationem: etiã per se
posita: q; in prepositionibus abnegat esse p se positis. Et q;
licet tam poetis q; oratoribus sine reprehensione & preponere & post-
ponere ea casualibus cum prepositiones: de quibus nulla dubitatio e-
nisi poetica sit auctoritas postponi non solent: & q; pleraq; eorum com-
poni non possunt: cum prepositiones omnes apud illos talem natu-
ram habeant: ut & componi & separari possint. Nostri uero iter præ-
positiones eas dictiones posuerunt: quia prepositiuã semper sunt ni-
si licentia hoc poetica mutauerit: ut grauantur prepositiuã quod præ-
cipue suum est prepositionis. Sunt autem pleraq; huiuscemodi ad-
uerbia localia: ut cis trans apud ante contra circum: & reliqua similia. De
singularum igitur uis & significatione ut ualeamus differere conemur
Ad tam in compositione q; in appositione plerunq; proximitatem si-
gnificat: ut adeo acurro aduenio assideo: ad Troiam pro iuxta troiã:
ad urbem pro iuxta urbem: ad balneas palatinas pro iuxta balneas.
Est etiam causalis: ut ad quid hoc fecisti: hoc est huius causa. Et simi-
litudinis: ut accommodatus adæquatus ad similis ad unguem. Signi-
ficat etiam contrarietatem: ut ad illum mihi pugna est: hoc est contra
illum. Pro temporali quoq; accipitur: ut **Salustius** in primo historia-
rum. Ab bellum **Persii** macedonicum: hoc est usque ad bellum **Per-**
sii. Additionis quoque: ut ad hæc mala. **Ob** tam in appositione q; in
compositione inuenitur: sed quando p appositionem ponitur uim ob-
tinet. **Ad** græce prepositionis: qua p casuali accipit. **Virgi.** in xi. **Cu-**
ius ob auspiciu infaustum moreq; sinistros. Et loco p uel kata græca

ad

ob

cum accommodatiua sunt intelligitur. Idem poeta in quarto georgi-
 corum. Haud quanq̄ ob meritum: id est pro merito κατὰ μῆτρον. In com-
 positione uero significationem contra uel circa: ut obuius occuro op-
 pono obicio. **Circum** uero & obumbro obambulo. **Per** & cōponit̄ &
 separatur: & significat Διά græcam localem: **Vt Vir. in. i. geor.** Circū
 perq; duas in mortem fluminis arctos Περύπορ Διομήγευσσι. Sci-
 endum autem q̄ omnia localia possūt eadem etiā tēporalia esse: ut p
 medium forū & p medium diē dicimus. Neenō etiā aliis rebus ad cā-
 dem significationē oīa localia possunt adiūgi: ut p uirtutē fio lauda-
 bilis in quo quasi laudabilis ostēdit̄ fuisse uirtus. Est etiā iurādi i quo
 uim obtinet πρὸς græce: quæ apud illos quoq; in iureiurādo accipitur
 ut p Iouem πρὸς τοῦ Διός. **Virgi. in. xi.** Per te per qui te talē genuere
 parentes. Est etiā pfectiuum plerunq; in cōpositione: ut p̄ficio p̄curro
 p̄seuero p̄cipio poro. Ad uerbii quoq; uim obtinet quando p ualde ac-
 cipitur: **Vt Ter. in andria.** Per ecastor scitus puer ē natus Pamphilo.
 Abnegationem quoq; significat in compositione: ut p̄fidus perurus.
Post & cōponitur & separatur: & significat ἀπὲρ græcam præpositi-
 onem: sed non quando loco δὲ accipitur: sed quando magis ordinē
 significat siue loci: siue tēporis: siue cuiusq; alius rei: **Vt Virgili. in. ii.**
 georgi. Post montē oppositum. Similiter dicimus: post multū tēpus
 & post pietatem utilitas ponēda est: loco etiā aduerbii ponit̄: ut **Ter.**
 in adelphis. Post faciet tamen pro postea. **Virgi. in. vi.** Ille admirans
 uenerabile donum Fatalis uirga lōgo post tempore uisum. Nā quan-
 do præpositio est ablatiuo iungi non potest. Deriuatur ex hoc poste-
 rus & postica. **Cis** & componitur & separatur: & magis localem hēt
 significationem ut cis alpina gallina: & cis rhenū. Possumus tamen
 p trālationē & in tempore & in aliis rebus ea ut: ut cis diffinitū tem-
 pus: sicut ultra diffinitū: uel cis naturæ leges uel ultra uaturæ. deriua-
 tur ex hoc citra. **Trans** quoque & cōponitur & separatur: ut trāffero
 trāffueho: trāffadū: trāfftyberim: Est tamē quādo in cōpositione amittit
 n & s: ut traduco trado trāfficio trano. Et cōposita quidem Διά græ-
 ce uel πρὸς: uel ὑπὲρ loco fungitur: ut trāffueho Διακομίζο trado:
 πρὸς Διάω αὶ trāffredioor: ὑπὲρ αὶ ω: **Vt Salustius.** Com-
 mune habitum trāffgressus pro supergressus: πέραιν uero significat
 quod est aduerbium apud græcos separata: ut trans mare πέραιν τῆς
 ἑλλάδος: Sciēdum quod omnes monosyllabæ præpositiones tam
 accusatiuo q̄ ablatiuo casui seruiētes componi & separari possunt:

per

post

cis

trans

excepta cum: pro qua in compositione semper inuenitur præpositiua
eandem significationem habens q̄ cum præpositio: ut concuro con /
ficio: nec scriptura tamē multū discrepat at̄iqui. n. pro cū cō scribebāt
& saepe tamē i n m cōuerti solet: ut cōmunis impator: eūdē tātūdem.
Præposlere tamen ut quibusdā placet cū ablatiuo p̄nominū cōponi /
tur cū præpositio: ut mecū tecū secū nobiscū uobiscū. Aliis uero ideo
enclitici uice fungi postposita uidentur ne si acuat aduerbiū esse pute /
tur. de quo tamē in p̄nomie latius differimus: **Clam** enim magis ad
uerbiū ē cū nec localē hēat aliquā significationē: quā plerūq; præposi /
tiōes possidēt & qualitātē demōstret: q̄ in aduerbiis inueniri solet: &
diminuitur: q; nulla præpositio hēt ut clāculū: **Et** potest ēt absq; casu
p̄ferri: ut bona aperte facit mala aut clam & quod apud græcos absq;
ulla dubitatione aduerbiū ē. **N**ihil mirū tamē q; præponatur casui cū
multa aduerbia. & maxie localia & apud græcos & apud nos soleant
casibus præponi: quos; pleraq; nostri ut supra diximus præpositiōes
esse dixerūt. **S**ed sciendū q; aduerbia qdē & line casibus & cū casibus
p̄ferri possūt: ut cōtra circū clā pone cū: eādē in utroq; seruāt signifi /
cationē. **P**ræpositiōes uero suā significationē iei uātes sēp casibus adiū /
gunt: ut p̄ quādo præponitur casui **Antē** significat: quādo autē aduer /
biū ē mutat significationē & p̄ ualde accipit. **B**isyllabæ sunt præpo /
sitiōes q̄ acculatino iūgunt secūdū plerūq; artiū scriptores hæ apud
ante citra ultra præter supra usq; penes. **A**pod unā hēt significationē
in loco: ut apud numātiā: adiūgit tamē etiā p̄sonis: ut apud amicum
apud atheniēses: & significat πρὸς quādo locū apud illos demōstrat
ea autē præpositio in cōpositiōe nō inuenit. **A**nte & cōponitur & sepa /
ratur ut ante pono ante domū: & significat πρὸ græcā localē uel tēpo /
ralē: ut ante eo πρὸς ἔρχομαι ante annū πρὸς ἐπίστυτον. **I**nuenit etiam
sine casu: in quo loco aduerbii accipitur: significat enī ātea qdē apud
græcos πρὸς τῆρον: ut **Virg.** in buc. **A**nte perratis ambos; finibus exul
Aut ararim partus libet aut germania tigrim. **D**eriuat ex hoc nomie
antiquus & antiqua & antiquū ex quo antiquarius **C**itra nunq̄ com /
ponitur: & pene eandem habet significationē quā cis. nam apud nos
locum significat: sed inuenio quod propriis nominibus fluminū uel
montium solet præponi plerunq;: **R**eliquis uero magis citra. ut cis
rhenum: cis alpes cis padum citra saniam citra cruorem citra forum:
& a cis quidem deriuatur citra: a citra uero citer ceterior: & citimus: te
ste **Capro.** **C**ato de agna pascenda. **C**iter agnus alligatus ad sacra erit

Vtriusque tamen interpretatio apud grecos aduerbium est: id est
ὡς ἐπὶ τόδε. **Circum** quando περί significat præpositio accipitur
tam in compositione quam in separatione ut circumfero περιφέρω cir
cummontem περί το ὄρος: quando uero περίξ demonstrat aduerbi
um est locale. **Vt Virgilius in quarto aeneidos: Anna uides toto pro
perari littore circum:** ex hoc nascitur circiter περιφέρωδ. **Circa** quoque
περί græcam significat: quando pro iuxta accipitur ut circa forum cir
ca templum circa uiginti annos: & nunquam præpositiua componi
tur: postposita tamē inuenitur apud Virgilium post ablatiuum: quo
loco coniunctionis prolata est casualis: ut in primo aeneidos. Quo cir
ca capere ante dolis: & cingere flamma Reginam meditor. Est tamē
quando circum præpositioni eam subiungimus: & circum circa di
cimus. quod & donatus in secunda arte docet his uerbis. Aut uerbū
præcedit ut perfero: aut aduerbium: ut expresse: aut participium ut
præcedens: aut coniunctionem ut absque: aut se ipsam: ut circum cir
ca. Et hoc tamen fit quando ἀνεπί περί significare uolumus. ut Hæsi
odus. ἀνεπί περί κρήνον. **Circiter** uero cum significat similiter περί
cum pro iuxta accipitur. ad tempus tamen solum pertinet: ut circiter
kalendas ianuaris. **Erga** etiam περί græcam significat: sed affectum
demonstrat: ut bonus est erga propinquos: & separata inuenitur solū
contra & separatur & componitur quando κατά uel ἀντι significat:
& tunc proprie est præpositio: ut cōtra adulterum dico κατά μοι χόσ
λέγω: contradico ἀντιδέγω: controuersia ἀντιρρησις: quando uero
sine casu ponitur τόξεναν τίας indicat: quod est aduerbiū. **Iuuenia**
in primo. **Stat** contra statique iubet. Ex eo deriuatur cōtrarius. **Extra**
quoque: quod significat τόξτος: apud grecos est aduerbium deriua
tiuū a præpositione ex tam apud illos quam apud nos. **Nostri** autē
ideo non solum inter aduerbia: sed etiam inter præpositiones accepe
runt: quia & sine casualibus uerbo adiungitur & præpositum casuali
bus grauatur: **Vt Persius** Pingue duos angues pueri sacer est locus ex
tra meite. **Terentius in phormione.** Extra unam aniculam. **Nihil** ta
men mix loco præpositiōis extra accipi: cum ex quoque in quibusdam
dictiōibus loco extra fungitur: ut exlex qui est extra legē: exul qui est
extra solū exterminatus qui ē extra terminos exspes id est extra spē ex eo
extra eo. Et sciendū q̄ extra p appositionē solū aliis iungit partibus ora
tionis: ex eo deriuatur extraneus & externus. **Inter** quoque & cōposita
& apposita inuenit: ut iternūcius itercapedo iteruallū iterpres: cuius

simplex idest pres in usu non inuenitur. **I**nter amicos: inter muros.
Hoc quoque apud grecos sine dubio aduerbium est. significat enim
τόαεταξίω nec solum casualibus praepositur apud nos & grauat: &
quod suum est praepositionis: sed etiam uerbis potest adiungi: & pe/
nultima aeui ut si dicam. **T**u dextrorsum ille sinistrorsum: ego curro
inter. **Q**uomodo autem a sub subter deriuatur: & a cis citra & ab ex
extra a pra: quoque praeter: & a pro propter: sic ab inter proficiscitur.
Significat autem modo τοδιά ter ut interrumpit Διαρρηγνυσι: inter
nuncius Διακτοπος: interapedo Διασημα: interuallum: Διαστασι.
Modo τόςεν: **V**t Virgilius in undecimo. Conuersique oculos inter se
atq; ora tenebāt. **I**nter se έν έαυ τοίς. **I**nterea loci έν τοσουτω modo
μεταξύ: ut inter reges & inter uicinos. **H**ic ergo quoque admono
quod saepe dixi omnia ea quae supradicta sunt apud grecos sine du/
bio aduerbia sunt. **L**atinos etiam inter praepositiones praepone
quae frequentissime casualibus praeponuntur & grauantur: quod suū
est praepositionum & q; interpretatio ostendit etiam praepositivum
quarundā loco ea poni: ut iter mó τόςάτ mó τόςέν ostēdimus demō
strate. **I**nterea uero quia nunq̄ praepositur casuali sine dubio aduer/
bium accipitur. uerbo enim semper adiungitur. **E**x inter praepositioe
deriuatur interea άση τοσουτω. **I**ntra quoque uidetur ab in deriuatū:
uelut ab ex extra: a sub subter: sicut ab in inter & intra: & significat
τόςέντός: quod est aduerbium apud grecos. **L**uca. in. v. **I**ntra castro
rum timuit tentoria ductor huic contrarium est τόςεκτός: idest extra
Quomodo autē inter & intra deriuatur ab in: sic etiam intus & intro
quae sine dubio aduerbia sunt etiam apud nos. **S**ed intus & intro ca/
sualibus nunquam apponuntur. **I**nter uero. & intra frequentissime
sicut extra casualibus praeponuntur. **F**oris autem uel foras minime: ab
intra deriuatur intrinsecus & internus: sicut ab extra extrinsecus & ex
ternus extraneus. uerbum etiam ab intra intro intras: infra: etiam ab
in esse natum puto: & significat τόςάτω: quod est apud grecos ad/
uerbium. **I**d quoque propter supradictas causas. inter praepositiones
recipit a latinis. **F**requentissime enī praepositur casualibus & grauat
Teren. i eunucho. **E**go te esse infra omnes infimos puto. **E**x hoc deri/
uatur inferus: ueluti a nuper nupetus: quod approbat **C**aper uel infer
ut ceter exte & infernus inferior infimus. **E**t sciendum q; oīa aduer/
bia locorū quae solēt casibus praeponi: ideo nostri inter praepositiones
quoq; enumerauerūt quia saepissime iueniūtur huiuscemodi aduerbia

locum prapositionum accepta: uel loco eorum prapositiones posita:
ut intra uiscera pro in uiscera: & absque latione pro extra lationem
& in adulterium dicitur pro contra adulterium: & sub terram pro in-
fra terram. **Iuxta** etiam quod significat $\tau\omicron\pi\lambda\eta\sigma\iota\omicron\nu\ \tau\omicron\epsilon\gamma\gamma\upsilon\varsigma$ quod a-
pud graecos sine dubio aduerbium est: quia loco prope siue propter:
quod est $\pi\alpha\rho\acute{\alpha}$ fungitur. Est autem prapositio $\pi\alpha\rho\acute{\alpha}$ graeca: & quia
casum sequitur: nostri inter prapositiones posuerunt. **Quando** uero
uerbo per se coniungitur: aduerbium id esse existimant: **Vt** **Salustius**
in catilinario. **Horum** enim uitam mortemque iuxta aestimo: **Pridie**
quoque more prapositionis accusativo adiungitur. **Cicero** in primo
inuectiuarum. **Pridie** kalendas ianuarias pridie nonas: pridie idus.
Liuius ab urbe condita decimo septimo. **Monosyllaba** prapositiones
quae casui ablatiui seruiunt duntaxat sunt haec: a ab abs ex e de pro pre cu
addunt etiam clam: quod apud graecos aduerbium est. **Dissyllaba**
autem coram palam sine absque tenus: quarum omnium interpreta-
tiones apud graecos aduerbia sunt: sed dixi sapissime: quod nostri hu-
iuscemodi dictiones quando prapponuntur casibus accusatiuis uel ab-
latiuis per transitionem personarum inter prapositiones accipiunt: &
grauantur omnibus syllabis. **Quando** uero uerbis coniunguntur: &
intransitiue sunt & generalem seruant accentuum rationem inter ad-
uerbia numerant: & tunc licet ea nominatiuo uel prapponi uel sup-
poni: ut legit **Cicero**: & ultra nihil facit: uel ultra **Cato** fecit quae **Cicero**
sine tamen & absque & tenus non inueni: nisi cum ablatiuis: & sem-
per transitiue: **Vt** **Virgilius** in .xii. aeneidos: **Haud** quicquam nihil dulce
meorum: **Te** sine frater erit: **Suum** uero est aduerbium: ut dixi intransitiue
posse perferri: & similiter omnibus casibus adiungi: ut non bonus ille ho-
mo est: non boni hominis officium facit: non boni homini loquitur: sic & per
liquos casus: in quibus non aduerbii causa ulla transitio fieri ostenditur:
Ac si dicam. **Coram** **Cicerone** dixit **Catilina**: uel absque consule egit praetor:
transitionem sine dubio facio diuersarum personarum: id est ab alia ad aliam
transseo personam: quod est suum prapositionis.

Haec igitur quoque ratio compulit artium scriptores lati-
nos huiuscemodi dictiones quauis interpretationes earum
aduerbia sunt apud graecos: tamen inter prapositio-
nes ponere apud nos quando casibus supradictis prapponuntur.
Quae uero his possunt sine casibus uerbis adiungi: & inter aduer-
bia ponunt: quod **Celsorinus** quoque de accentibus approbat sic dicens.

Super prapositio ē apud **Virgilium** in primo **aneidos**. **M**ulta super primo rogitans super hēctore multa. **Salustius** uero in historiis aduerbium hoc protulit. **V**bi multa nefanda casu super ausi atque passi sed sed mihi uidetur **Salustius** quoque loco prapositionis hoc praposte reprotulisse. **Sed Virgilius** in quinto **aneidos**. **Satis** una superque **Vidimus** excidia, aduerbium sine dubio in hoc loco accipitur. **Idem Censorius** hac eadem subiungit. **P**ost est prapositio apud **Virgilium** in quarto **georgicorum**. **P**ost montem oppositum. **Idem** in primo **aneidos**, aduerbium **P**ost mihi non simili poena commissa luetis. **A**n te prapositio est. **Virgilius** in primo **georgicorum**: **A**n te iouē nulli sub ige bāt arua coloni: **A**n in tertio **aneidos** aduerbium. **A**n te & trinacria lentandus remis in unda. **S**upra prapositio. **Virgilius** in quinto **aneidos**: **O**lli ceruleus supra caput astitit imber, aduerbium. **Salustius** in iugurtino: **P**auca supra repetam. **C**ontra prapositio est apud **Virgilium** in octauo **aneidos**. **C**ontra neptunum & **V**nerem cōtra que mīneruam. **I**dem aduerbium in secundo **georgicorum**. **C**ontra non ulla est oleis cultura. **P**rope prapositio in septimo **aneidos**. **E**st ingens gelidum lucus prope cerritis annem. **A**duerbium. **T**erentius in andria. **P**rope adest cum alieno more uiuēdum est mihi **V**ltra prapositio apud **Salustium** in iugurtino. **M**aurique uānum genus ut a lia affrica contendebant antipodas ultra aethiopam cultu per sarum iustos & egregios agere. **A**duerbium lego assidue nihil ultra faciens: hac **C**elsorinus ut supra dixi de accentibus tractans. **N**ec mirum accētum uel ordinem differentiam facere prapositionibus & aduerbiis: quibus easdem habeāt syllabas, cum hoc in aliis quoque partibus inueniatur: ut pone uerbum, & aduerbium siue prapositio accentu discernitur: **S**imiliter uerum coniuñctio est & nomen: **S**ine prapositio est & uerbum. **E**rgo causalis & rationalis est coniuñctio & nomen: in multis quoque aliis dictionibus hoc inuenies.

Nunc singularem uim prapositionum casus ablatini inquiramus: a & ab & abs & e & ex eandem fere uim significationis habent. **N**am & locales & temporales & ordinales similiter inueniuntur. **S**ed quando consonans sequitur a & e magis prapouuntur in appositione: ut a domo e iure. **A**b uero & ex sapissime in compositione non solum uocalibus: sed etiā consonantibus ut abigo abduco exuro excurro. **I**n appositione uocali

quidem sequente semper : ut ab illo : ex illo consonante raro .
Nam a quidem & e uocali sequente non praeposuntur . **A**b autem &
ex consonantibus sequentibus solent ut dixi praeponi : si nulla asperi-
tas uocis prohibeat : **V**t **Virgilius in secundo aeneidos** . **E**x quo me di-
uum pater atque hominum rex . **A**bs tam in compositione qua in ap-
positione consonantibus solet praeponi : sed ab omnibus in composi-
tione praeposuit litteris : absque c uel q uel t : ut abduco affatur . **N**a
b in f est couersa . **A**ufero b in u couertitur : tam euphoniae q differetiae
causa : ne si affero dicas ab ad & sero coponi uideatur : abluo abnigo
arripio in quo b in r couertitur : asporto in quo b in s comutatur : sicut
& aspello differetiae causa . ne si apporto & appello dicamus ab ad co-
posita existiment : ab m uel u loco consonantis incipientibus solet in copo-
sitione praeponi a : ut amedo amens aueho . **A**n te q in appositione abs
absquolibet . **A**n te c uero uel t in compositione : ut abscondo abscedo abstra-
ho abstrudo abstineo . **E**t in appositione & in compositione iuenitur ate
b d g l m n r : & ante u & i loco consonantiu positas : ut ebibo ebullio edo
educio egero elimo eludo eminco emico enarro eneruo enodo eripio
eueho euoco eicio . **R**eliquis uero sequentibus ex praeposuit : excubo
excludo efficio effundo effero : in quibus x in f comutatur euphoniae
causa : exhorreo exhibeo expello exequor expiro : quae rationabilius
absq ; s scribuntur : ut de litteris docuimus . **E**xquiro extendo uocalibus
quoque sequentibus tam in appositione quam in compositione ex ut
supra diximus praeposuit : ut exaro exegi : exigo exoletus : exulcero
exequatus exaudio . **E**t omnia quidem supradicta consimilem : ut di-
ctum est uim habent . **F**requentius autem a & abs & ab uerbis passi-
uis : uel ablatiuo iunguntur : ut amor a uiro uel ab alio accipio ab alio
uel abs quolibet uel aufero . **E** uero uel ex frequenter temporalia inue-
niuntur : **V**t **Virgilius in octauo aeneidos** . **E**x illo celebratus honor lac-
tique minores seruauere diem . **E**nim in compositione uel priuatiuum
ut eneruus enodis : uel intentiuum ut enectus enarro eludo : uel pro-
extra accipitur : ut educio elumino egero . **E**x quoq ; modo p extra ac-
cipitur : ut excludo extermino extorris exlex expes excors : modo pri-
uatiuum : ut explico expedio extraho extirpo : modo intentiuum uel pfe-
ctiuum : ut expleo exoro efficio effundo extedo . **D**eriuatur aut ab eo q
est abs absq ; . **N**aq ; quando uim & significatione coniunctionis no ha-
bet syllaba est non pars orationis quomodo in ubiq ; undiq ; itaq ; de-
niq ; & similibus : ab ex quoq ; deriuatur extra . **D**e non solum τοῦ ἀπὲ

significat sed etiam $\tau\acute{o}\pi\epsilon\pi\iota$ memoratiuum; ut de partibus orationis accipitur etiam pro kata locali in compositione: ut deduco descendo detraho deicio despicio derideo. Est etiam intentiuum: ut deprehendo dedo deprauo deprimio deminuo dehisco deterreo decurro delego. Est etiam primatiuum: ut desperatus demens desum deiero. Pro est quando localis inuenitur: tam in compositione quam in appositione: ut pro templo pro curia pro oculis. **Salustius in catilinario:** Quod nimirum pro curia signum loci dare: pro curia dixit: pro antecuriam: procurro prouenio. Et etiam temporalis: ut prouideo prospicio. **Terentius in heaut.** Tibi prospexi & stultitiae tuae: prouius: sed hoc quidem ab aduerbio procul compositum affirmant: unde & corripitur & omnia similiter pro correptam habentia: ut profatur proteruus. Alii uero ad imitationem graecorum apud quos pro praepositio corripitur. Nostros quoque quorundam in compositione hoc fecisse dicunt: loco etiam uel super accipitur: ut prominet proeminet: uel supereminet: & ante quod supra quoque ostendimus: ut procliuus procumbens prostratus prosubigens. Et ad: ut pro uiribus suis: hoc est ad uires suas. **Virg. in. v.** Summis incuruant uiribus arcus: pro se quisque uiri: hoc est ad suas uires. In quoque loco inuenitur: ut pro testimonio dixit hoc est in testimonio. Plerumque tamen separata $\tau\acute{o}\ \acute{\upsilon}\pi\epsilon\rho$ significat pro Milone: pro Claudio: Necnon etiam interiectionis loco ponitur: & circumflebitur. **Ut Salustius in catilinario.** Pro deum atque hominum fidem. Prae per appositionem & per compositionem inuenitur. Significat autem modo ad: ut Terentius in eunucho. Hic ego illum contempsi praeter me pro ad comparationem mei. Idem in eadem. Hic uero est qui si occiperit ludum iocumque dices fuisse illum alterum: praeter ut huius rabies quae dabit: pro ad quae dabit: modo pro ab. **Terentius in eadem:** Ut sit misera praeter amore hunc exclusisti foras. Idem in andria. Praeter studio dum id efficias quod cupis. pro ab studio: loco super etiam fungitur: ut praesidio praefectus. Necnon pro ualde inuenitur ut praecelsus ualde celsus: praualidus ualde ualidus: Præco quoque a ualde & canendo est dictus: praegestio ualde gestio. **Oratius in primo carminum.** Ludere cum uitulis saliceto praegestiens. Pro ante quoque accipitur. ut praedico praecurro praefero praecipio praematurus. **Lucanus in quinto.** At praematuras fegetum ieiuna rapinas. **Iuuenalis in quarto.** Non praematuri cines. Videtur deriuatiuum ex hoc esse praeter: quomodo a sub subter: in inter: pro propter. Cum & aduerbium potest esse quando

το ποτε significat & prapositio : quando δὲν est copulatiua : ut cum
ducibus pugno: cum imperatore proficiscor: cum amico habito : & p
solam appositionem inuenitur: nec mirum cum loco eius in compo-
sitione semper componitur: ut concurio coniungo contraho conspiro
Et sciendum q̄ con & in tunc mutant n in m. quando b sequit uel m
uel p. tunc uero conuertunt eam in sequentes consonantes quando l
uel r sequitur: cōbibo comburo inbuo cōmunis imunis compello im-
pello colligo illido corripio irruo irritus quis raro l & r sequentibus
solent hoc scribentes seruare. **S**ed cū græcorum auctoritatem in om-
nibus pene sequi solemus: in hoc quoq; imitari debemus. ut *δυναβου*
λενω συμπάχω συλλέγω συρρέω ἐμβάλλω ἐπιπίπτω ἐπιγυυαί
ἐλλείπω ἐμμένω uides in bis omnibus prapositiones συνέν muta-
re n in m b uel m uel p sequentibus : l uero uel r in eas conuertere n.
Cum prapositio quando pronomibus postponitur primæ uel se-
cundæ personæ. uel etiam se: quæ est tertiæ enclitici uice fungitur: ut
supra dictum est mecum tecum secum nobiscum uobiscum. Aliis ue-
ro postposita acuitur: ut quocū quacum quibuscum. **C**lam ut dixi-
mus apud græcos aduerbium est: apud nos autem ideo prapositio ac-
cipitur: quia & casualibus prapponitur: & graui accentu pronunciat
ut **T**erentius in andria **N**ec clam te est q̄ illi nunc utræq; res inutiles
potest etiam apud nos aduerbium ostendi cum uerbo inuenitur iun-
gi non seruiens casui: ut **V**irgilius i primo **a**ncidos. **C**lam ferro incau-
tum superat securus amorum. **N**ec in compositione inuenitur: & ad-
iungitur non solum ablatiuo: sed etiam accusatiuo teste **D**onato. ha-
bet tamē etiam diminutionem quæ & in prapositione nunq̄ inuenit
in aduerbio est quādo inuenitur: ut bene belle longe lōgule: sic ergo a
clam clāculū deriuatur. **E**x hoc etiā clādestinus **E**t attende q̄ ea q̄ sūt
aduerbia apud græcos: certam aliquam possident significatiōē : cū
prapositiones soleāt eam uariare. **C**oram quoq; & palam apud græ-
cos aduerbia sunt: quæ propter supradictas causas nostri etiam inter
prapositiones assumpserūt. **S**ed mihi uidetur cū iter aduerbia quoq;
eadem pleriq; ponant: quippe q̄ sine casualibus uerbis possunt adiun-
gi: aduerbia ea dicere quæ prapositiva possunt esse etiam & casualiū.
Virg. in. i. **a**nci. **C**orā quē quaritis adsum. **I**dem in codē. **P**ostq̄ itro-
gressi & coram data copia fandi. **S**al. in. iiii. **h**isto. **S**i nihil aduentum
suū inter plebem & partes conuenisse: coram se daturū operam: & ha-
bet significatiōem contrariam clam: semperq; in appositione iuenit

sed coram magis ad personas: palam ad omnia accipitur. **Terentius** i
eunu: ho. **Si** falsum aut fictum cōtinuo palam est: **Sine** etiā & absq;
apud græcos aduerbia sunt: ut supra dictum est: quæ prædicta ratio
fecit apud latinos præpositiones putari habent conuilem signifi-
catione: quæ est negatiua: nec in cōpositione inueniuntur. **Sine** aut eti-
am uerbum est & imperatiuum: sed accentu differt quando præponi-
tur: quomodo pone: **Præposita** enim grauat utraq; syllaba: ut **sine** ti-
more: postposita penultimam acuit: ut **Virgilius in decimo**: **Se** sine
pace tua atq; inuito nomine teucrī. **Idem in primo georgicorū**. **Te** si-
ne nil altum mens inchoat. **Absq;** quibusdam composita a præpositio-
ne abs & q; coniunctione uidetur: sed nunq; q; coniunctio in cōpositi-
one suam uim amittit: ut atq; neq; quoq;. Ergo quando amittit signi-
ficationem syllabica magis adiecta uidetur. Est igitur ut mihi uidet
ab abs absq; quomodo ab unde undiq; ibi ibiq; ita itaq; quis quisq;
in quibus coniunctionis significatio nulla remanet. Ostendimus ta-
mē in superio. ibus q; etiam græci soleant addere de: sine aliqua cōiū-
ctionis significatione: ut **ὁδε ἢ δε τὸ δε**. **Tenus** **τὸν χρισ** significat q;
sine dubio aduerbium est. Et quis pene semper postposita inueniatur
tamen quia sine casuali non potest poni quomodo alia: quæ quis sint
aduerbia: tamen hoc ipso: q; casualibus iunguntur: præpositiones ea
esse existimauerunt. hoc quoq; inter præpositiones enumerāt: qd nō
solum ablatiuo: sed etiam genitiuo casui. **Virgilius more græco** adiu-
git ut in tertio geor. Et currum tenus amento palearia pendent. **Re-**
stant quattuor præpositiones: quæ pro uaria significatione modo ac-
cusatiuo modo ablatiuo præponuntur: in sub super & subter. In quā-
do eic uel kata si significat. i. si ad locum: uel contra demonstrat accu-
satiuo iungitur: ut in urbem uado: uel in adulterium duco. Inuenitur
tamen etiam pro ad: cum huic casui præponitur: idest accusatiuo: ut
Virg. in primo ænei. **Impulit** in latus pro ad latus. **Lucanus in tertio**
In puppim rediere rates: pro ad puppim: quādo uero **p** **εὑ** græca præ-
positione accipitur apud nos ablatiuo seruit: ut in italia: in urbē in tē-
pore. in cōpositione quoq; diuersas habet significationes q̄ in apposi-
tione. modo enim priuatiua ē: ut indoctus iniustus inutilis iniquus
impius infirmo improbo. modo intentiua: ut imprimo incuso irum-
po ipingo iniitio immitto icumbo incurro irideo **Sub** quoq; quando
ad locum habet significationem: uel pro ante: uel pro p ponitur accu-
satiuo iungitur: ut **Vir. in secūdo æne**. Postelq; sub ipsos nitunt gra-

dibus. Idem in primo georgicorum: At si non fuerit tellus fecunda
 sub ipsum Arcturum. Idem in tertio georgicorum: Sub lucem expor
 tant calathis: pro ante lucem. uel per lucem. Idem poeta in primo aene.
 idos. Vrit atrox iuno & sub noctem cura recusat: pro per nocte: quan
 do autem in loco significat ablatiuo praepositur: ut Vir. i octauo. Ar
 ma sub aduersa posuit radiantia quercu. Idem in sexto. Ibāt obscuro
 sola sub nocte per umbrā. Idem in eodē. Quale per obscuram noctem
 sub luce maligna Est iter i syluis. Omnes enim praepositiones locales
 etiā in temporibus & rebus similem habent constructionē. Quomo/
do. n. dico ad templum: sic dico ad tempus: sub diē sub iustitiam sub
 hominē & sub templo sub diē sub iustitia sub homine sub muliere. In
 cōpositione uero modo localem uim retinet: ut subeo suppono subi/
 cicio sūmitto subduco subtraho. Modo diminutiua: ut subrideo
 subtristis suffundo: mutat b in sequentē cōsonantē: quādo a c uel f uel
 g uel m uel p incipiunt ea quibus adiungit: ut succūbo succurro suffi
 cio suffero suggero summitto suppono. Super & subter contrarias ha
bent significationes: & utraq; tam accusatiuo q̄ ablatiuo coniungitur
 quibusdam tamē uidentur ablatiuo figurate adiungi: quomodo post
 & ante & circū. Virg. in sexto aenei. Ille admirans uenerabile donum
Fatalis uirgæ longo post tempore uisum. Idem in primo geor. Omnia
quæ multo ante memor prouisa reponas. Idem in quarto aenei. Anna ui
des toto properari litrore circū. Sic in sexto aenei. Sedibus optatis ge
mina super arbore sidunt: idest in gemina arbore sidunt super. Et i bu
colicis. Frōde super uiridi sunt nobis mitia poma. Et in octauo: Ferre
iuuat subter densa testudine casus. q̄ si accipiamus figurate i huiusce
 modi locis prolatis loco aduerbiorum necesse ē eas accipere: quomo/
do & post & ante: & circum quādo cum ablatiuo inueniuntur: Super
tamē quādo loco de ponitur. sine dubio ablatiuo iungitur. ut Multa
super priamo rogicans super hectore multa. Inuenitur tamen etiā cū
 uerbo adiuncta uel nominatiuo participii: in quo sine dubio aduerbiū
 esse ostendit: ut Virg. in prio aenei. His accēsa super iactatos æquore
toto. Et in xi. aenei. Ecce super mæsti magna diomedis ab urbe Lega/
tis responsa ferunt. In cōpositiōe quoq; iuenitur: ut superfedeo sup
uacuis superuolo supereminet superficies: & super tamē & supra a
 supera illud p apocōpā hoc p syncopā facta sunt. Sic enim ātīqui fre/
quēter ptulerūt & maxie Cicero in pœmatibus suis. ut in arato. Tor
uus draco serpit subter supera q; retorquens sese. Idem in eodem. Huic

supera duplices humeros adfixa uidetur **S**tella micans tali specie: ta-
liq; nitore. **A** super deriuatiua fiunt: superbus superus supremus. **C**ū
apud gracos omnes prapositiones quæ sunt decem & octo: ut supra
diximus & cōponi possunt & apponi. apud latinos quadā sunt quæ
& cōponuntur & apponuntur: ut ad ob per a ab abs de e ex ante cir-
cum contra intra post trans cis prater pro præ. **S**unt quæ nunq̄ com-
ponuntur: ut apud citra circa erga extra infra iuxta pone prope secū/
dum ultra supra: quorum pleraq; aduerbiorum uim habent: ut osten-
dimus. **S**unt quæ nunq̄ apponuntur ut di dis re se an con. **H**æc enī
sex in compositione semper inueniuntur. quæ quīs cum per se poni
non possunt separate in contextu orationis. **I**deoq; partes orationis
dici uera ratione non possunt: tamen quia uim & significationē præ/
positionum habent: & in ipsa compositione semper prapositioniua sunt
Ideo prapositionibus connumerauerunt. **E**t di quidem & dis eādē
significationem habent: quomodo ab & abs. **S**unt autem separatiua:
ut diuido diduco distraho discuro: quod apud gracos dia praposi-
tio facit. **E**t sciendum q̄ tunc dis prapponitur cum sequitur c uel f uel
p uel s uel t uel i loco consonantis: ut discum discutio differro diffido
diffundo: in quibus s in f conuertitur euphonia causa displiceo dispu-
to disperdo distitio distraho disturbo distorqueo disiectus disiungo.
Aliis uero quibuscūq; consonantibus sequentibus di prapponitur: di/
mitto diruo diduco digero diluo: & ubiq; producit di: excepto diri-
mo & disertus. **L**ucanus in quarto: **Dirimit tentoria gurgēs. Idem in**
eodem. Qui medius castris tutam dirimebat hylerdam. Idem in quī-
ro. Et non amissa diremit suffragia plebis. Virgilius in quinto. Cede
deo dixitq; & prælia uoce diremit. Iuuenalis in tertio. Didicit nam
diues auarus tantus admirari: tantus laudare disertos. Re uidetur a re-
tro per apocopam factū: sicut & ipse sensus manifestat. **R**espicio a re-
tro & spicio: reuertor retro uertor: recurro retro curro: uel ex hoc natū
esse aduerbium: quomodo ab ex extra. **S**e quoq; p dia græca præpo-
sitione separatiua est: ut secubo separo seduco. **E**st etiam abnegatiua:
ut securus sine cura. **P**raterea seorsum fit aduerbiū a se: ut a de deorsū
a sup sursum quibusdā se a semis: q̄ separationē facit: quibusdā a secus
uidet̄ pfectū. **A**liis autē magis ea uident̄ a se præpositione esse deri-
uata. **A**m etiā $\pi\epsilon\pi\iota$ græcā præpositionē significat: ἀπlector ἀputo am-
bio: in quo etiā additio b cōsonantis fuit ppter m. **C**ō pariter loco cū
prapositionis cum de ea differēbamur accipi supra docuimus.

Non tibi tendaridis facies inuisa lacena' **Culpat**usue paris: uerum in
 clementia d'uum **Has** euertit opes. **Subiunctiuo**: ut **Virgilius** in **sex**
 to: **Non** mihi si lingua: centum sint oraq; centum **Ferea** uox omnes
 scelerum comprehendere formas. **Omnia** poenarum percurrere no/
 mina possim. **Opratiuo**: ut **Virgilius** in **secundo** georgicorum. **Non**
 illa quisq; me nocte per altum **Ire** neq; a terra moneat conuellere fune
Nunquid quoq; **indicatiuo** soli adiungitur: ad quod pertinet interro
 gatio. **Terentius** in **phormione**. **Nunquid** meministi. Idem nunquid
 lubdolet patris. **Et** uerbum quidem sine aduerbio perfectam potest
 habere significationem. **Aduerbium** uero sine uerbo uel participio: q;
 uim uerbi possidet: non tamen plenam sententiam habet quis enim
 ab aliqua persona per se pferantur aduerbia necesse est ea uel ab ante/
 dicta: ab alia persona referri uerba: ut si quis me interrogauerit: bona e
 superbia & respondeo non: uel per eclipsim dici: ut si recitante aliquo
 dixerō bene diferte eloquenter: ubiq; enim subauditur dicis. **Similiter**
 si dicam **Non** malus homo q; pro uiribus suis subuenit cliētibus: sub
 audio est. **In** multis quoq; alijs per: hanc figuram inueniunt sine uer
 bis uel participiis aduerbia: ut **Virgilius** in **i**. **Genus** unde latinū sub/
 auditur e. **Et** sciendum q; ut supra dictum est participiis quādoq; ap
 tissime adiunguntur aduerbia **Quid** enim est participium nisi uerbū
 causale. **Vnde** bene lego bene regens: sapiēter loquor sapiēter loquēs
 q; si aliud uerbum subiūgas uerbo idem significat. **Sed** hoc interest q;
 participium nō eget coniunctione: uerbum uero eget: ut bene legens:
 disco: bene lego & disco: sapiēter loquens doceo: sapiēter loquor &
 doceo: accidit autem aduerbio species significationis figura: **Species** pri
 mitiua & deriuatiua. **Primitiua** quidem quæ a se nascitur ut non ita
 ceu clam sape. **Deriuatiua** uero quæ ab alijs nascitur: ut a clam clam/
 culum: a sap e sapius sapissime: docte a docto: cursim a cursu: ducti
 e' a ductu. **Deriuatiua** igitur aduerbia uel ab alijs aduerbijs
 deriuantur. ut a prope propius: & ultra ulterius: citra ceterius: uel a
 nominibus: ut **Tullius** tulliane latinus latine scelix sceliciter. uel a uer
 bo siue participio: uel participiali nomine: ut sentio sensus sensim: sto
 stas statim: singultio singultus singultim. **Horatius** in **primo** sermo
 num. **Vt** ueni coram singultim pauca locutus: tractus tractim. **Vir**
 gilius in **quarto** georgicorū. **Tractim**q; susurant. **Vel** a nomine & uer
 bo: ut a pede & tento: pededentim: uel a p nomine: ut hic illic: ab hic
 & ille uel a prapositione ut ex extra in intra con contra sub subter.

Nunquid.

Vm sine aduio plenay pr hore prio
 q aduio su uo ut p h non.

Nota

Ad mo aridē 73

ppca prima
 diuana.

Ad ma duat aboika paby oap

Est quando & nominum terminatio diuersorum casuum cōstructi-
onem aduerbialē suspiciēs loco aduerbioꝝ accipitur: Vt Virgi. in. vi.
Nimium uobis romana ppago Visa potens superi: nimium dixit p
nimis. Similiter in. i. aene. Multū ille & terris iactatus & alto. Idē in
octauo. Iam primū faxis suspensam hāc aspice rupem. Idem in. i. ge /
orgi. Sublime uolans. Similiter idem in. i. aenei. Vna eurus notusq;
ruūt. Pronomina quoq; pro aduerbiis ponuntur: Vt Vir. in octauo.
Hoc tunc ignipotens caelo descendit ab alto: hoc pro huc: idē in pri /
mo aeneid. Nanq; uidebat uti bellantes pergama circum Hac fuge /
rent grai premeret troiana iuuentus Hac friges. Neq; enim ea indu
bstanter aduerbia esse accipimus: sed nomina uel pronomina esse di /
cimus: loco aduerbioꝝ posita per diuersos casus Per nominatiuum:
ut in. xi. Virgi. Fors & uota facit cumulatq; altaria donis. Et in ter /
tio georgicoꝝ: Sole recens orto: per genitiuum: Vt Romae Cicero p
ligario. ne sint ne ue cum fratribus. Salustius in primo historiarū. Ac
cede inde milicia: & domi gestas composui. idem in hist. Atque serui
lius agrotum tarenti collegam prior transgressus. Per datiuū: ut uel /
peri ruri forti. Terentius in andria. Quem ne ego uidi ad uos. afferri
uesperi. Virgilius in quarto georgicorum. Sunt quibus ad portas ce
cidit custodia forti. Terentius in phormione. Cui opera uita erat ruri
fere se continebat. Per accusatiuum ut Romam athenas. Terentius
in andria. Quid tu athenas insolens. Per ablatiuum. Virgilius in bu
colicis. Forte sub arguta confederat illice daphnis. Idem in eodē. Al
terius dicetis: amant alterna camenae. Cum autem loco aduerbiorum
accipiuntur manent indeclinabilia: licet iungantur nominū uel par /
ticipiorum diuersis casibus: ut sublime uolans: sublime uolantis: sub
lime uolanti. Sic igitur discernens nomina uim aduerbioꝝ recipiētia
uel non. Et primitiua quidem uniformi a sūt: uec regulam aliquā ad si
militudinē: uel collationem alioꝝ possūt accipere: ut cras cur heus sic
nempe. Deriuatiua uero quæ sub aliqua certa. proferūtur forma inter
se se adhibita collatione: rationē plerunq; regulæ possunt accipere p
similitudine terminationum. Plerunq; autem diximus propter accep
ta anomala: ut bene male duriter. Ergo per singulas terminatiōes ne /
cessarium est eorum formas inspicere. A igitur terminantia uel pri /
mitiua sunt: ut ita: quod solum a correptam habuit quibus quidam pu
ta quoque aduerbium esse accipiant Ideoque Persium id cortipuisse:
ut hoc puta non iustum est illud male rectius illud: uel composita: ut

Non p. m. g. d. g. i. s.

P. noia p. ad. d. o. y. o. p. o. m.

Ad uia da.

Nota bene

praeterea interea postea antea: quae omnia producunt a terminakē. Vel
ablatiui sunt nominum qui pro aduerbiis accipiuntur: ut una qua ne
qua roma: **Vt Virgilius in primo aeneidos. Vna eurus notusq; ruunt**
creberq; procellis. Idem in eodem. Qua data porta ruunt: & terras
turbine perflant. Idē in eodē. Ne quis scire dolos mediū sive occurrere
possit. Et sciendum quod propria nomina ciuitatū si primae uel secū-
dā sint declinationis in genitiuo quidem casu pro aduerbio in loco
accipiuntur: Vt Romae sum uel Tarenti. Accusatiuo uero ad locum
cuiuscūque sint declinationis: Vt Romam eo uel Tarentum: uel Car-
thaginem: uel Athenas uel delphos. Ablatiuo de loco uel per locum
ut Roma exeo: Tarento transeo. Sin tertiae sint ablatiuo: tam in loco
quam de loco quam per locum: Vt Carthagine sum Carthagine ue-
nio: Carthagine transeo. Idem in pluralibus semper inueniuntur: ut
athenis sum: athenis uenio: athenis trāseo. Inueniuntur tamē & cū
praepositionibus nomina ciuitatum saepe prolata & maxime apud hi-
stóricos: Liuius in octauo ab urbe condita. & ab Lauinio uenerant
antiqua auxilia. Salustius in catilinatio. Nam tum Brutus ab roma
aberat. Idem in iugurtino. Ad cirtham oppidum iter constituunt. Li-
uius in octauo Et fauus supplementum ab roma abduxit. Salustius
in primo historiarum. Ad olympum atq; pharselidam: in eodem ad
tortium. In eodem apud Coricum. Et apud Ictete oppidum & repul-
sus a Ictete oppido: & apud hylerdam cum multa opera circumdata.
Idē apud praeneste locatus: idem apud numantiā. Inueniuntur tamē
quaedā et appellatiua supradictā regulā seruatiua: ut militia militiā mi-
litiā: domi domū domo: humi humū humo. In e correpta uel primiti-
ua sunt: ut pone penē: ex quo etiā aliud deriuauit Plautus in muste-
laria. ita mea consilia peruertit penissime. Ne prope nempe quippe
saepe inde: & ex eo composita: deinde subinde perinde exinde p inde:
quae omnia a te penultimā habēt accētū acuto: uel quia p adiectionē
habēt de ut quibusdā uidet unde frequēter inuenimus & exin & de in
Virgi. in. iiii. Exin gorgoneis alecto infecta uenenis: uel magis: quia
praepositiones separatae grauantur: ut coniunctae esse ostēduntur acū-
tum in his assumpserunt accentū: quomodo & coniunctio si & ne ad
uerbiū cū praeponuntur quādo ut si quādo nequādo: nā aliquādo dif-
ferētiae eā ad aliquāto q; cōsimilē sonū habere uidētur: acuit antepe-
nultimā: uel deriuatiua sūt: ut pago peregre punio impune abūdo ab-
unde rito sūde irrito rite. Noīa quoq; p aduerbiis i e correptā desinetia

In e correpta.

inuenimus. **Vt Salustius in iugurthino.** Cetera aut facile comperta
narrauerim: **Virgilius in quarto.** Forte fuit iuxta tumulus quo cor-
nua summo **Virgulta.** **Idē in quinto.** Sed sublime uolans mihi se im-
miscuit atre: quāuis facile & sublime accusatiui sunt: forte autem abla-
tiui. Sic etiam sponte sua & mane primo nomina esse ostenduntur cō-
iunctione aliarum casualium: ut domi sua. **Sunt etiam composita in**
e correptam desinentia aduerbia: ut supradicta exinde perindē proin-
de: & punio impune. **Virgilius in secundo georgi.** Et saepe alterius ra-
mos impune uidemus. **Mittere in alterius:** utpote quoq; compositū
est ab aduerbio & nomine. **Pote enim ab eo quod est potis nascitur**
hic & hac potis: & hoc pote: unde **Persius.** Qui pote uis dicam nu-
garis cum tibi calue. i. quomodo possibile est. **Ab eo autē quod ē hic**
& hac potis & hoc pote fit comperatiuū hic & hac potior & hoc po-
tius: & suplatiuū potissimum. **Ex quibus etiā aduerbia potius & po-**
tissime. **In e productam primitiua non inueni nisi ne: sed deriuatiua**
a nominibus secundae declinationis: quorum datiuus in o desinens
in e longam conuertitur: & facit aduerbium: huic claro clare optimo
optime: pulchro pulchre affabro affabre. **Cicero in. vi. uerriua.** **Deū**
nullum qui ei paulo affebre factus: huic sano sane: sero fere. Excipitur
bene & male: a bono & malo in e breuem desinentia. **Multa autē ex**
supra dictis nominibus ipsa terminatione datiuus pro aduerbiis accipi-
untur: ut falso consulto postremo sedulo auspicato augurato manife-
sto priuato praecario merito. **Terentius in eunu.** **Seu ui se clam seu praeca-**
rio. **Idem in andria.** **Haud auspicato huc me attuli.** **Idem in phormi.**
Merito te amo. **Idem in eodem.** **Postremo si nullo alio pacto uel se-**
nore. **Liuius in. xiiii.** **Priuato nos tenuissemus: dicitur tamen & pri-**
uatim. **Salustius in catilinario:** **Et priuatim & publice rapere: & saepe**
corripiuntur o terminalem: quando in aduerbia trāseunt: ut cito sero
modo. **Auuenalis in. iiii.** **Et cito rapturus de nobilitate comesa** **Quod**
superest. **Vir. in. iiii. aene.** **Tu mō polce deos ueniā: sacrisque litatis.** **Sta-**
ci. in. i. the. **Sero memor thalami mcestae solatia mortis** **Phoebe para-**
Idē in. ii. **Quarrit quae fide tā sero reposcit: necessario dicit & necesse:**
sed necesse eget uerbo substatiuo. **Ter. in eunu.** **Quod des paululū ē**
& necesse ē multū accipe. inuenit tamē & necessariū. **Sunt tamē qdā**
ex eadē declinatione neutra quae p aduerbiis accipiuntur: ut multū mi-
nimū: res: & uero: primū & primo. **Terentius in andria.** **Primo hac**
pudice uitā parce ac duriter agebat: quod autem etiam prime dicitur

in e
duo.

ostendit idem **Terentius** qui compositum ab eo in andria. protulit. **N**āid arbitror apprime in uita esse utile: ut ne quid nimis. **N**imum quoque pro minis frequenter inuenimus: & parum pro paruū. **L**ucanus in quinto. Et quam nimiumq; parumq; **D**istulimus. **E**xcipiunt a duro dure: & duriter: large & largiter: ab humano humane etiam humaniter: inhumano inhumane inhumaniter: a firmo firme & firmiter. **T**erentius in andria. **P**rimo hęc pudice uitam parce ac duriter agebat. **C**icero in tertio uerri. **R**espondit illa ut meretrix non inhumaniter. **I**dem in xiii. philippicarum. **P**utare aliquid moderate aut humane factarū. **I**dem de repu. in sexto. **F**irmiter enim maiores nostri stabilita matrimonia esse uoluerunt. **I**dem ad pansam in primo. **D**e anthioco fecisti humaniter. **I**nueniuntur & alia quibus tamen non est utendū. **P**omponius in autorato: **L**udit nimium insaniter pro insane seueriter quoque pro seuerē **T**intinūs in proelia. **S**eueriter hodie sermōnem amica meum contulit. **I**dem blanditer benigniter. **P**lautus amicititer auariter munditer seueriter mœstiter acquiter asperiter. **N**onius festiniter. **L**ucilius āpliter ignauiter. **V**arro prohibiter mutuiter **E**nnius proteruiter ignauiter inimiciter iracunditer superbiter temeriter præclariter toruiter puriter reuere cunditer miseriter prosperiter. **D**icitur enim abunde ab abundo & abundanter abundans.

¶ q̄ quedā aduerbia nō seruāt plene significationē.

Sciendum tamen q̄ quædam aduerbia non plene seruant significationem: quæ in omnibus est: e quibus deriuantur ut ferus fere: sanus sane: sensus sensum. **I**deo autē diximus non plene: quia potest esse aliqua ratio: ut fere dicuntur quæ omni corpore feruntur. quippe cum quattuor pedibus utantur: fere ergo pro iuxta quod celeribus omnia iuxta sunt. **S**anus pro ualidus accipitur: ergo & sane pro ualide. **H**oc quoque norandum quod a ualido ualde pro ualide p̄ syncopam profertur: sensim pro paulatim quia ea maxime faciunt sensum quæ morantur. **A**rito uero uerbo uel ritu rite pro recte: quia nihil traditur ritibus: nisi quod rectum esse creditur. **A** quinta quoque declinationis nominibus composita e producunt: ut pridie hodie postridie: meridie quoque pro aduerbio accipitur cum sit nomen. **I**n i quoque desinentia inueniuntur aduerbia: sed pauca primitiua: ut heri ubi ibi: dicitur tamē & here. **I**uuenalis in .i. **R**es hodie minor ē here q̄ fuit: atq; eadem cras **D**eteret exiguis aliqd

adua m7.

Horatius in secundo sermonum. Nam mihi cum uiuam quærenti
dictus here illic de medio portare die. Alia uero nomina sunt loco ad
uerbii posita per genitiuum pleraque: ut domi taurominii lampfaci
tyræphesi belli. Liuius in secundo ab urbe condita. Duo nefanda fa-
cinora decem uiri belli domique adiicit. inueniuntur etiam per dati-
uum: ut uesperis & forti. Terentius in andria. Quem ne ego uidi ad du-
os efferri uesperis. Virgilius in quarto georgico. Sunt quibus ad por-
tas cecidit custodia forti. Nec non etiam per ablatiuū: ut qui pro quo
modo uel unde. Vt Terentius in andria. Nam qui tibi istæ incidit
suspicio: qui quia te noueram. Idem in eadem. Audiui & credo mul-
ta concurrunt simul: qui coniecturam hanc hunc facio. Est enim abla-
tiuus a quo uel a qui. In o primitiua quidem: ut quādo temporale &
ex eo composita: siquando nequando aliquando: quæ antepenulti-
mam habent acutam: ne duæ partes ut supra dictum est esse putentur
diuisa: uel differentia causa: deriuatiua uero a cis citro: unde dicitur
ultra citroque. Cicero pro roscio. Postea homines cursare ultra citro-
que non destiterunt. Ab in quoque intra & intro & intus & inter. Sūt
etiam composita præsto profecto: Alia uero nomina sunt uel prono-
mina aduerbialiter prolata: ut falso merito sedulo cito sero uero utro
utroque. Liuius in octauo ab urbe condita. Vtroque exercitus missi. Si-
militer quo aliquo eo illo. Sed quando pro aduerbiis accipiuntur inter-
dum inueniuntur corripientia o: sicut ostendimus. In u pauca inue-
niuntur denominatiua ut diu: & ex eo compositum: ut interdium: & a
noctē noctu. Nam astu est nomen indeclinabile: quomodo cornu:
Terentius in eunu. Hem quid amat an scit ille quid meretrix fiet: in
astu uenit: quod nisi esset nomen præpositio separata ei non præpo-
neretur. In æ diphthongum nomina genitiui casus loco aduerbii po-
sita: Vt Romæ Cosæ Capuæ. Salustius in iugurthino. Hæc ubi Ro-
mæ cōperta sunt. Idem in i. histo. Res populi romani Mario lepidoque
catuloque cōsulibus. ac deinde domi & militiae gestas. in æ au eu ei oh
ah terminatia interiectiones sūt quas græci aduerbiis cōnumerat. Ho-
ratius in carmi. Heu hohe bacche precor. Idem in ii. car. Heu hohe recē
ti mens trepidat metu. Ter. in eunu. Hau obsecro ne cōserēdus hic q/
dem cum illo est. Idem in eodem: Hoei. idem in eodem: Oh illud ui/
de os: ut sibi distorsit carnifex. Idem in andria Dictura ne es q/rogo
au ei. Vt Virgilius in secundo æneidos. Hei mihi qualis erat quan-
tum mutatus ab illo Hectore. Idem in eodē. Heu fuge nate dea teq/

qui p quo.

In o.

In u.

his aut eripe flammis: in e primitiua inueniuntur: sic donec: quod etiã donicum antiqui dicebãt. **Plautus in captiuis.** Auscultatum scies ego me amitti donicum ille huc redierit. Et deriuatiua pronominum illic istic huc illuc istuc: hinc illinc istinc: hac illac istac. & omnia uel natura uel positione producunt extremam syllabam: excepto donec: & in fine circumflectuntur si uocalem longam habuerint natura. **Composita** quoque inueniuntur: ut adhuc abhinc dehinc. **In l pauca** inueniuntur: ut semel pol edepol: uel etiam coniunctio pro ualde frequenter inuenitur. **Cicero pro murena:** Vel maximum bellum populo Romano cum rege Anthioco gessisse. **In am primitiua** clã corã: deriuatiua uel composita nequicquã nequaquã neutriq;. **Præterea** quam quãdo est similitudinis uel comparisonis siue electionis aduerbium accipitur. **Virgilius in undecimo.** Quam facile accipitur saxo sacer ales ab alto. **Salustius.** Mare ponticum dulcius est quam cætera maria quã uis interpretatio eius idest ἡπέρ apud græcos coniunctio sit electiua. **Bifariam** etiam & trifariam omnifariam composita sunt a fando: & præpositis dictionibus. **In em primitiua:** item tãdem. **Composita:** ut itidem ibidẽ indidem idẽtidem. **Cicero pro Roscio.** Indidem ne a meria. **In im & denominatiua** inueniuntur: & uerbalia siue participialia: ut a parte partim: a uiro uiricim: a uice uicissim: ab hostio hostiatim: a statu statim: a raptu raptim: a saltu saltim & saltatim: a curso cursim: a stricto etiam strictim: a furto furtim: a sensu sensim: a singulis singulatim: ab affatu affatim. uel magis a genitiuo: idest abunde: & corripitur sa: a priuato priuatim: a paulo paulatim: a singulto singultim. **Horatius in primo sermorum.** Ut ueni coram singultim pauca locutus: præsertim cõfestim: a tractu tractim: a capto carptim: & a ductu ductim. **Plautus i gurgulione.** Sine ductim: si hac abiit hac psequar. **In um primitiua** pauca sunt iterum sursum rursus & rursus profum & profus. **Deriuatiua** uel composita dextrorsum & sinistrorsum. **Horatius in secundo sermorum.** Ille sinistrorsum hic dextrorsum abiit unus utriq; error. **Sed antiqui** etiã dextrorsum dixerunt. **Plautus in rudente.** Sed dextrorsum autem uersa est in malam crucem: sursum deorsum horsum uersum: orientem uersum occidentem uersum. **Terentius in adelphis.** Similiter utroque uorsum **Plautus in captiuis.** Utroque uorsum rectum est ingenium meum. **Hæc** enim quoque composita esse uidentur: cum sub uno accentu proferantur. **Melius** tamen dicimus q̄ inclinant si supra posita noia

De donico

In l.

In am

In em

In im

In um

Similiter actutum deriuatum est ab actu: id est celeritate. **Virgilius** i octauo. **T**um cetera reddet. **A**ctutum pius aeneas: atq; integer cui **Alcarius**. Nomina quoq; loco aduerbiorum in eadem terminatione inueniuntur ut primum multum minimum: parum pro paruum. **Lu**canus in secundo. **E**t q̄ nimiumq; parum **Distulimus**: pro & nultum & parum. **Cicero** in quarto de republica. **N**on enim facile uolenti populo resistitur: si aut nihil impetias iuris: aut parum: pro paruum. **I**n n pauca inueniuntur: ut en non forsan forsitan. **I**n r primitiua cur & p quando pro ualde accipitur. **D**eriuatiua a nominibus uel participiis reetiue declinationis ueniunt in ter exeuntia: sed si in es desinat nomi natiuus: is genitiui in r conuertitur: ut sapiens sapientis sapienter: pru dens prudentis prudenter: indulgens indulgentis indulgenter: dili gens diligentis diligenter. **A**lia uero datiuo ter addunt penultima cor repta: ut fortis forti fortiter: utilis utili utiliter: foelix foelici foeliciter: audax audaci audaciter sed per syncopam in usu est frequentiore au dacter. **Terentius** in phormione. **M**inus multo audaciter qua nunc laedit laederet. **Salustius** tamen historiarum secundo audaciter protu lit secundum analogiam. **E**t **Cicero** pro sexto roscio. **M**ulta scelerate: multa audaciter multa improbe fecisti. **E**xcepitur facilis: quod pro fa cilitate facile aduerbii loco habuerit in usu. **Virgilius** in decimo. **Q**ua facile accipiter saxo sacer ales ab alto. **D**ifficilis autem difficulter facit pro difficiliter. **E**t ab omni omnino. **P**raeterea a tribus & quattuor nas cuntur aduerbia: ter & quater obiter enim compositum est ab ob & in ter. **S**imiliter paulisper tantisper parumper composita sunt. **V**etustissi mi tamen quadam contra supradictam regulam protulerunt. **S**ed si quidem sint nomina neutra pro aduerbiis. ut sublime uolans assumat ur aliter uero reiciatur: ut **P**oponius de philolophia. **C**um istac me more meminit: pro memoriter. **A**lter quoq; ab eo quod e hic alis hu ius alis huic alii pro alius alii secundum supradictam analogiam pferunt. **I**n as denominatiua inuenio a extrema circūflexa alias. **I**n es produ ctam sodes hercules. **P**leraq; tamē a numeris nascuntur: id est a quicq; usq; ad mille: ut semel bis ter quater quinquies sexies decies uicies ce ties quingenties milies. **I**n is correptam nimis: quod etiam nimium dicimus: satis quod etiam loco nominis positiui accipitur. **I**taq; etiā comparationem recipit fatius. **Terentius** i eunucho. **A**ccede ad ignē hunc iam calefces plus satis. **Lucanus** in primo **T**u satis ad uires ro mana in carmina dandas. **I**uuenalis in quarto. **H**oc fatius quam si

&

In
In

In
eo

In

dicas sub iudice uidi: quod non uidisti: satius pro melius. **In** us correptam peuitus rursus & rurtum: prorsus & prorium: secus caelitus a caelo stirpitus a stirpe: funditus a fundo. **Virgilius** i tertio aeneidos. **Rur-** sus & alterius: **In** eodem: **Rurtum** ex diuerso caeli caecisq; latebris. **Radicitus** a radicibus. **Virgilius** in secundo aenei. **Radicibus** eruta pinus. **Mordicus** diuinitus humanitus dicitur tamē & diuine & humane & humaniter. **Sed** diuersas habent significationes. nam diuinitus a diuis: & humanitus ab hominibus monstrant. **Diuine** autem & humane uel humaniter: similiter diuis & hominibus significat: **Eminus** quoq; & cominus localia sunt. **Aduersus** quoq; quod etiam & nominatiuus est quomodo nullus pro minime. **Terentius** in andria. **Liberratus** sum **Daue** hodie tua opera: ac nullus quidem. **Similiter** fors cū sit nominatiuus accipitur pro aduerbio. **Virgilius** in undecimo: **Fors** & uota facit cumulatq; altaria donis. **Et** omnia comparatiua quæ nominum comparatiuorum generis neutri similia sunt: ut clarius prudentius otius satius. **In** ens totiens a tot: quotiens a quot: & a multo multotiens: & aliquotiens ab aliquot. **Salustius** in primo historiarū **Nec** detrusus aliquotiens teretur. **In** t fat pro fatis: & dūtaxat: quod ab aduerbio componitur & uerbo: & forsit pro forsitan. **Horatius** sermorum primo. **Dissimile** hoc illi est: quia non ut forsit honorem Iure mihi inuideat quisquis. **In** x: uix mox: pax quod est græcum quādo significat tantummodo. **In** ne nunc hinc **In** ps deinceps. **Inueniunt** diuersa aduerbia formæ ex eisdem deriuatiua nominibus: ut a fors forte forsan forsitan forsit fortasse fortassis. **Virgilius** in decimo. **Fors** & uota facit: cumulatq; altaria donis. **Idem** in bucolicis. **Forte** sub arguta considerat illice daphnis. **Idem** i primo aeneidos. **For**san & hæc olim meminisse iuuabit. in bucolicis. **For**sitan illum **Aut** herba captū uiridi: **Idem** in undecimo **Cæ**lumq; animum fortasse ferebat. **Et** fors quidem & forsan & forsitan dubitandi sunt: forte uero euentus pro fortuitu: quod a fortuitus deriuatiuo nomine sit. **Fortasse** autem & fortassis pro temere quomodo a diuino quoq; diuinitus θεῖον diuine θεῖον. **Similiter** a fato fatuitu. αἰσθητικόν fato & fataliter αἰσθητικόν ab omni omnino παντελῶς: & omnifariam etiā in omnem partem uel ex omni parte. **Deriuatiuorum** aduerbiorum species etiam in comparatiuis & superlatiuis. **Præterea** etiā in diminutiuis: quod apud græcos non est: & plerunq; denominatiua sunt hæc: ut clarus clarior clarissimus: clare clarus clarissime: felix felicior felicissimus

In us

In us

In us

In us

In us ps.

felicitate felicitus felicitissime: bonus bellus bone belle: primus primu-
 lus primum primulum: longus longulus longe longule. Inueniunt
 tamen pauca: quae quis a nominibus non deriuentur: tamen habent
 comparatiua uel diminutiua: ut saepe saepius saepissime. Antiqui ta-
 me & sapior saepissimus ptulisse inueniuntur: sicut ultra ulterius ulti-
 me ulterior ultimus. Nō enim aduerbia a nominibus sed ab aduerbi-
 is huiuscemodi nomina nascunt: supra superius supreme superior su-
 premus: citra citerius citime citerior citimus. extra exterius extreme
 exterior extremus infra inferius infime inferior infimus: diu diutius
 diutissime: diutius diutissimus: nuper nuperius nuperime. Antiqui
 nuperus nuperior nuperimus: ocior quoq; ocissimus & ocius ocissi-
 me: a graeco est ὀκίστος. Satis quoq; pro sufficiens accipitur quomodo
 supra diximus: & iccirco habuit comparationem satius. Attendendū
 igitur q; non inueniuntur comparatiua nisi sint adiuncta comparati-
 uis nominibus. Diminutiua tamen rarissime: ut clam clanculum.
 Deriuantur autem aduerbia a nominibus: sapiens sapienter: a prono-
 minibus: ab ille illic: a uerbis detero deterius: a participiis indulgēs in-
 dulgenter: a praepositionibus ex extra: sub subter in intro.

Figura aduerbiorum sunt tres: Simplex composita & deco-
 posita. Simplex: ut diu huc: Composita ut inter diu adhuc
 Decomposita quae a compositis deriuantur: ut a potente
 potenter: a misericorde misericorditer: ab indocto indocte:
 ab imprudente imprudenter. Haec tamen quae & simplicia habent ad-
 uerbia & composita possunt esse: ut docte indocte prudenter impru-
 denter. Nam efficaciter sine dubio decompositum est cum a simplici
 aduerbio non componitur: sed a nomine composito deriuatur.

Significatio aduerbiorum diuersas species habet. Sūt enim
 temporalia: quae praeteritum tempus significant solum: ut
 pridem nuper antea nudius tertius. Sunt alia quae praesens
 ut nunc praesto uel & praesens: & non multo ante praeteri-
 tum perfectum: ut modo. Terentius in andria. Modo dolores meatu
 occipiunt primulum. Idem in heautontimeru. Age modo hodie scro-
 ac nequicquā uoles. Idem in andria. Praeteriens modo mihi apud fo-
 rum dixit. Vxor tibi ducenda est Pamphile Idem in eunucho. Venit
 cherea frater ne: ita: quando: hodie quam dudum: modo. Accipitur
 & ii

Nota.

Ab ipso

Age de capite

etiam pro infinito quomodo & nunc. Idem in eadem. Modo ait modo negat. Inuenitur etiam pro duntaxat. Virgilius in quarto aeneidos: Si modo quod memoras factum fortuna sequatur. Alia futurum ut cras postredie perentia. Alia communia diuersorum temporum: ut olim dudum: quo quondam. Virgilius in quarto georgicorum. Deprensus olim statio tutissima nautis: infinite dixit. Olim pro praeterito. Horatius in primo sermonum. Olim truncus eram ficulnus inutile lignum. Præsentis Virgilius in secundo georgicorum. Ac iam olim teras posuit cum uinea frondes Frigidus & syluis aquilo decussit honorem Iam tum acer curas uenientem extendit in annum Rusticus: idem in quinto Quod tumidis submersum tunditur olim fluctibus: futuri: idem in primo aeneidos. For san & hæc olim meminisse iuuabit. Dudum præteriti. Terentius in andria. Ego dudum non nihil ueritus sum Daue. Præsentis temporis Virgilius in secundo aeneidos Iam dudum sumite pœnas. Quondam præteriti. Cicero in primo inuectiuarum. Fuit ista quondam in hac republica uirtus Futuri. Virgilius in bucolicis: Quodam tua dicere facta Tempus erit. Præsentis Virgilius in secundo aeneidos: Quondam etiam uictis redit in præcordia uirtus. Futuri: ut Tempus erat quondam. Similiter aliquando Cicero in primo inuectiuarum. Ibis tandem aliquando. Idem in secundo. Tandem aliquando quiritis uel catilinam. Quando quoque simplex & ex eo composita omnia: aliquando siquando nequando: quæ infinita sunt: & antepenultimæ accentu acuto proferunt: Quomodo etiam ab inde composita: exinde perinde subinde deinde proinde. Quando autem & interrogatiuum & relatiuum est & infinitum. Interrogatiuum: ut quando uenisti. Relatiuum: ut quando eram iuuenis peccaui. Infinitum: Quando ueniam faciam. Accentu tamen discernitur: quomodo & nomina interrogatiua & relatiua. Inuenitur tamen etiam pro aliquando & pro causali conjunctione. Virgilius in decimo. Aspera quis natura loci dimittere quando suasit equos: quando pro aliquando. Idem in primo aeneidos. Hic tibi labor enim quando hæc te cura remordet. quando pro quoniam hic accipitur. Alia localia: hæc quoque uel discretas uel communes habent locorum significationes Discretas ad locum: ut huc illuc quo: In loco ut illic hic ubi quod interrogatiuum penultimam acuit: ut si dicam. Vbi est Paphilus: Relatiuum grauatur: Vt Virgilius in primo aeneidos. Sæuus ubi eacida telo iacet hector: ubi ingens Sarpedon: ubi tot simois correperit

Quæbo in i. t.

Localia

ra sub undis. Quomodo & unde: ut Horatius i secundo sermonum
Vnde & quo cautius. Interrogatiuum penultimam acutam habet.
Relatiuum grauatur. Virgilius in primo Genus unde latinum. De
loco. ut hinc illinc istinc inde. Per locum: ut hac illac qua: hoc quoq;
quomodo omnia, infinita: idest quo ubi unde qua. quando relati-
uum est grauatur: aliter suum accentum seruat. Communes ut pere-
gre sum peregre abeo peregre adueuio peregre transeo. Similiter po-
ne super intra infra extra ultra citra: quæ etiam casibus frequenter so-
lent iungi grauariq;. Atq; ideo a quibusdam præpositiones esse putan-
tur: sed illa proprie est præpositio quæ separata nunq̄ potest sine casu
alibus proferri: ut e ex a abs de pro sub in: & similia. Aduerbia uero
quæ coniungi solent casualibus etiam per eclipsim casualium licet p-
ferre: ut Pone subit coniunx: & ultra citraq; nihil est. Et q; aduerbia eti-
am per se habent aliquam certam significationem: præpositio uero nõ
ut si dicam de uel in: nescio per se q; significant nisi coniungantur cum
aliqua dictione. Si enim dicam de partibus orationis aliam habet si-
gnificationem. & si dicam de loco in locum aliam. In superiore enim
Τὸ πρῶτον: in sequenti Τὰ πρόθρον significat. Similiter deduco κατέγωω descen-
do: κατέρχομαι. Extra & pone: & supra uero indubitabilem habent
loci significationem ex quo ostenduntur magis aduerbia esse: Sunt
quædam loci unam significationem habentia: quæ est ad locum: ut
horsum istrossum deorsum sursum sinistrorsum dextrorsum. Simili-
ter aduerbia ostenduntur composita: Italiam uersus. Siciliam uersus
quæ ipse accentus ostendit esse composita: nisi si dicamus: q; uersus
inclinat sibi supraposita nomina. Dehortatiuum est ne: hoc etiam ac-
cipitur pro neq; & pro ut non. & pro ualde: pro neq; ut Cicero i quar-
to inuectiuarum Ne dici quidem opus est: pro neq; opus est dici: pro
ut non. Terentius in adelphis. Ne dicam dolo: pro ut non dicam pro
ualde. Idem in andria. Ne illa illum haud nouit: cuius causa hæc inci-
pit. Abnegatiuum est: ut non haud: nequaquam minime. Sciendum ta-
men q; etiam aliæ partes accipiuntur pro aduerbiorum diuersis signi-
ficationibus. & est quando duæ pro una: ut nullomodo nullatenus:
quomodo & aduerbia loco nominum posita inuenimus. Virgilius in
septimo Sponte sua: similiter & mane nouum: ut Lucanus in primo
Tu satis ad uires romana in carmine dandas. & Salustius in catilina-
rio: Satis eloquentiæ sapientiæ parum. Confirmatiua ut profecto sci-
licet quippe uidelicet nempe: ut Persius Nempe hæc assidue. Duæ
& iii

Dehoratium
Ne in multis.

Abnegatum

Confirmatiua

quoque partes pro his ponuntur: ut quidni curno: sic est quidistic quo
 frequenter Terentius utitur in confirmatione: ut in adelphis. Quid
 istic accedo ut rectius dicas. Similiter militia in loco solum inuenitur
 quomodo uesper in tempore. Et sciendum quod pleraque aduerbia localia
 pro temporalibus accipiuntur. Virgilius in secundo aeneidos. Inde
 toro pater aeneas sic orsus ab alto: pro deinde dixit: & in primo. Hac
 ubi dicta cauum conuersa cuspide montem: pro postquam: & Terentius
 in eunucho. Hic ego illum contempsi praeter me pro tunc. Temporalia
 autem pro localibus non accipiuntur: ut nunc modo nuper postquam
 Iuratiua edepol castor hercle medius fidius. Per quoque praepositio po
 test etiam pro aduerbio accipi iurandi. Per te per qui te talem genuere
 parentes. Idem tamen etiam confirmatiuum est aduerbium: ut Teren
 tius in andria. Tu quoque perparce nimium: non laudo. Sic quoque quo
 modo perconiunctum casualibus: & graui accentu prolatum iurati
 uum est. Virgilius in bucolicis. Sic tua crineas fugiat examina taxos
 Oportatiua utinam o ut si: ut Virgilius in primo aeneidos. Atque utinam
 rex ipse noto compulsus eodem afforet aeneas: Idem in octauo: Ad
 sis o tantum: & propius tua numina fumes. Idem in sexto. Si nunc se
 nobis ille aureus arbore ramus: Ostendat nemore in tanto: ut autem
 & si sunt etiam coniunctiones causales. Sed ut est etiam similitudi
 nis aduerbium: potest etiam pro temporali accipi: ut uidi ut perii: &
 ex hoc componitur utinam. Inuenitur etiam ut pro utinam: ut Horati
 us in secundo sermonum. O pater & rex Iuppiter: ut pareat iugine
 ferrum: ut pro utinam: uti enim & ut idem est. Hortatiua eia age. Et
 notandum quod uidetur hoc aduerbium etiam plurale habere: ut agite:
 ut Virgilius in octauo. Ergo agite o iuuenes tantarum in munere lau
 dum. Remissiua sunt superioribus contraria. ut pedetentim paulati
 sensim. Qualitatis: ut bene male. Quantitatis: ut nimium parum. haec
 autem pleraque a nominibus adiectiuis sunt: ut disertus diserte: celsus
 celse maximus maxime paulus paulatim. Necnon etiam a participiis
 siue uerbis: ut cursim strictim minutim. Dubitatiua forsant fortassis
 & fortasse fors forsit. Virgilius in undecimo Fors & uota facit: cumu
 latque altaria donis. Idem in primo aeneidos: Forsan & haec olim me
 minisse iuuabit. Terentius in andria. Forma bona fortasse. Horatius
 in primo sermonum Dissimile hoc illi est quia non ut forsit honorem
 Iure mihi inuideat: quiuis ita te quoque amicum. Congregatiua loci
 sunt & temporis communia: ut simul una pariter. In eodem loco: &

Nota adu. localia ponuntur quibus
 plerumque non agitur.

Iuratiua
 Per et per

Sic

Oportatiua

Hortatiua
 Ago agite

Remissiua
 Qualitatis
 Quantitatis

Dubitatiua

Congregatiua

in eodem tempore. **Virgilius**. Simul hoc simul ingens: & in primo
Vna curusq; notus. **Discretiua** seorsum deorsum secus separatim
utrinque diuise singularim bifariam multifariam. **Similitudinis**: ut
quali ceu uelut ueluti: sic sicuti ut uti. **Hæc etiam coniuunctionum**
uim habent causalium quando $\text{in}\alpha$ uel $\delta\tau\iota$ significant græcas coniu-
ctiones. **Virgilius in undecimo**. Capias ut digna camilla **Pramia**.
Cicero in tertio inuectiuarum. Illud uero animæ ita præsens est: ut
nutu **Iouis optimi maximi** factum esse uideatur: ut cum hodierno
die mane per forum meo iussu: & cõiurati: & eorum indice in adem
concordia ducerentur: eo ipso tempore signum statueretur. **Ordina-**
tia sunt deinde continuo protinus postea præterea. **Intentiua**: ut ual-
de nimium prorsus penitus omnino. **Comparatiua** ut magis minus
hoc cum aduersa qualitate coniunctum: contrariæ qualitatis com-
paratiuum significat: ut minus stultus pro prudentior. **Superlatiua**
maxime minime ocissime. **Et sciendum q;** omnia quæ ab aliis deriuã-
tur illorum significationum uel qualitatem generalem seu specialem
seruant. ut a propriis. **Demosthenes demosthenice** dicitur. **Tullius**
tulliane: **Salustius salustiane**. Similiter ab appellatiuis generalibus:
a corpore corporaliter a quali qualiter ab alio aliter a genere generali-
ter a specie specialiter a latino latine a græco græce a uiro uiriliter. **A**
muliere muliebriter. **Et nota q;** pleraq; ex nominibus sũt deriuatiuis
a græcis quoq; nominibus deriuantur aduerbia: ut $\alpha\kappa\upsilon\delta$ ocius ocis-
sime. **Habent tamen nomina ocior ocissimus**. **Præterea** quomodo
apud græcos anormale. $\alpha\pi\omicron\tau\omicron\upsilon\epsilon\iota\varsigma$ $\alpha\pi\omicron\tau\omicron\upsilon\epsilon\iota\varsigma$ aduerbium dicitur: sic & a
pud nos inæqualiter ab uno semel profertur. **A** duobus quoq; p græ-
co $\Delta\iota\varsigma$ nos bis dicimus. **Cæteri enim numeri a uocibus suis faciunt**
aduerbia: tres ter quattuor quater. **A** quinq; uero usq; ad mille in es
productam desinunt aduerbia: ut quinquies sexies septies: sic reliqui
ut supra dictum est. **A** quot uero & tot in ens terminantur: quotiens
& totiens. **Sunt igitur hæc numeralia**. Inueniuntur apud nos præ-
terea aduerbia diminutiua. quæ apud græcos non sunt ut clam clan-
culum benebelle bellissime. **Quomodo autem sunt nomina synony-**
ma & polionima: sic inueniuntur aduerbia: uel in una significatione
multas habentia uoces: uel in una uoce multas habentia significatio-
nes: ut ubi $\tau\omicron\upsilon\kappa\alpha\iota\delta\omicron\pi\omicron\upsilon$. **Similiter quo: qua: quando: & ifinita sunt**
& interrogatiua & relatiua. **Quando autem etiam & pro coniuñtio-**
ne causali inuenitur. **Tandem quoq; nō solum pro aduerbio tempo-**
& iiii.

Discretiua
Similitudinis

Ordinatio
Intentiua
Comparatiua

Superlatiua

Nota

Nota

Diminutiua

○ m. l. v.

V. ad uia deant p. m. ut p. p. m. v. s.

rali: sed etiam pro coniunctione repletiva inuenitur: ut **Cicero** in primo inuectiuarum: **Q**uouſq; tandem abutere catilina paciētia neſtra. **O** quoq; diuerſas habet ſignificationes: eſt enim aduerbium uocandi ut **Virgilius** in primo **æneidos**: **O** regina nouam cui condere **Iuppiter** urbem. **E**ſt admirandi: ut **Iuuenalis** in quarto: **O** qualis facies & quali digna tabella. **E**ſt indignādi: ut **Cicero** in primo inuectiuarum **O** tempora o mores. **E**ſt oprandi: ut **Virgilius** in duodecimo: **A**dſis o tantum & propius tua numina firmes. **E**ſt etiam nomen ipſius litteræ. **I**n alijs quoq; multis aduerbijs inuenis diuerſas ſignificationes in una eademq; uoce: quomodo etiam ex contrario in diuerſis uocibus unam ſignificationem: ut quando aliquando olim dudum cito prope celeriter actutum. **D**e ordine quoq; aduerbiorum quaeritur utrū præponi aut ſupponi uerbis aptius poſſint. & manifeſtum eſt q; aptius quidem præponuntur quomodo adiectiua nomina: ut bonus homo bene agit: fortis imperator fortiter pugnat. **L**icet tamen tam hæc q̄ illa præpoſtere proferre: exceptis monosyllabis quidem omnibus: ut non ne dum cum tēporali: per quod aduerbium eſt quādo affirmationem ſignificat: ſicut etiā aduerbiū eſt: uel cū p̄ uel ponitur. **D**emonſtratiua quoq; & interrogatiua præponunt uerbis: ut en ecce cur quare quāobrem. **S**imiliter hortatiua & ſimilitudinis: & uocandi & optandi: ut cia age quaſi ceu ueluti heus o utinam. **T**erminus: **V**tinam quod cum ſalute illius fiat uelim ita ſe defatigarit. **Virgilius** i **bucolicis**. **S**ic tua crineas fugiant examina taxos. **I**dem etiam in octauo: **N**ō ita me referat tibi magnus **Iuppiter**.

De Interiectione.

Interiectionem graeci inter aduerbia ponunt: quoniā hæc quoque uel adiungitur uerbis: uel uerba ei ſubaudiuntur: ut ſi dicam pape quid uideo uel per ſe pape etiam ſi non addatur miror: habet in ſe ipſius uerbi ſignificationem: quæ res fecit romanorum artiū ſcriptores ſeparatim hæc partem ab aduerbijs accipere. quia uidet effectū habere i ſe uerbi: & plenā motus animi ſignificationē: etiā ſi nō addatur uerbum demonſtrare. **I**nteriectio tamen non ſolū illa quæ dicunt graeci οχρηλιας αὐν ſignificat ſed etiam uoces quæ cuiuſcūq; paſſionis animi pulſu per exclamationem interieciuntur. **H**abent igitur diuerſas ſignificationes gaudiū: ut

... 23

euax: doloris ut hei. **Virgili. in primo aeneidos.** Hei mihi qualis erat
 quatum mutatus ab illo **Hectore.** Et Odolor atque decus magnum
 redire pareri. **Virgilius in .xi. & i bucolicis.** Ah scilice in nuda con-
 xa reliquit. Idem in eodem. Ah tibi ne teneras fecet aspera platas **Ti-**
 moris: ut at at: mi homo formidolosus es. **Terentius in cunu.** Admi-
 rationis: ut idem in eodem. **Pape** exuperat ipsam thaydem. **Inter** has
 ponunt etiam sonitum litterarum mutationes ut risus haha hehe &
 phi ha: hœ & hau. **Possunt** tamen esse quaedam dubia inter aduerbia
 & coniunctiones: ut o quâdo indignationē significat uel dolorē: uel
 admirationem: interiectionē hoc accipiunt. **Quando** uero uocâdi est
 uel oprandi aduerbium. potest tamē etiam nomen esse ipsius litteræ
 ut supra diximus: **A** quoq; & præpositio est & interiectio & nomen.
 præpositio ut a summo ad imum. **Interiectio** ut præmostrauimus in
 bucolicis esse positum. **Nomen** ipsius litteræ. **Pro** quoq; tam præpo-
 sitio q̄ interiectio: præpositio: **Vt Virgil. in .xii.** Prolator obtestor: p-
 maieltate tuorum: & in .v. Pro se quisq; uiri: depromūt tela pharetris
Interiectio: ut **Luc. in tertio.** Prohi remeasset in urbem Gallorū tan-
 tum populis arctoq; subacta. **Optime** tamen de accētibus earum do-
 cuit **Donatus** q; non sunt certi. **Quippe** cum & abscondita uoce: id est
 non plane expressa proferantur: & pro affectus cōmoti qualitate con-
 fundantur in eis accentus. **Aliæ** tamen quoq; partes orationis singu-
 læ uel plures solent interiectiue proferri: **Vt Virgilius in primo aenei.**
Nauibus infandum amissis unius ob rem. **Infandum** pro interiectione
 posuit. **Proprie** tamē uoces interiectionum primirimæ sunt: ut pape
 euax hei heuheu ha: hœ & similia.

Liber decimussextus de coniunctione.

CONIUNCTIO EST PARS ORATIONIS

Quoniam indeclinabilis coniunctiua aliarum partium orati-
 onis: quibus consignificat uim uel ordinationem
 demonstrans. **Vim** quando simul esse res aliquas
 significat: ut & pius & fortis fuit **Aeneas.** **Ordi-**
nem quando consequentiã aliquarum demonstrat
 rerum: ut si ambulat mouetur: sequitur ambulatio

nem motus: non tamen etiam motum omnino sequitur ambulatio.
Possunt enim aliqui & accumbentes moueri: ambulare autem sine mo-
tu non possunt. **A**ccidunt igitur coniunctioni: figura & species: quā
alii potestatem nominant: quæ est in significatione coniunctionum.
Præterea ordo. **F**igura simplex quidem: ut at et sed: **C**omposita uero
ut atq; etenim sedenim. **H**æc enim ex accentu composita esse noscun-
tur. **S**pecies sunt coniunctionis: copulatiua: continuatiua: subconti-
nuatiua: adiunctiua: causalis: effectiua: approbatiua: disiunctiua: ubi
disiunctiua: difertiuua: præsumptiua: aduersatiua: abnegatiua: collecti-
ua uel rationalis: dubitatiua: cōpletiuua. **C**opulatiua ē quæ copulat tā
uerba quā sensum: ut & q; ac atq; quidem quoque quando pro q; po-
nitur at aut sed autem uero quando pro autem accipitur: **H**æc enim
copulant cum confirmatione intellectum. **I**nueniuntur tamen mul-
ta tam ex supradictis quā aliis coniunctionibus diuersas significati-
ones una eadem quæ uoce habentes: sicut uilibus ostendemus ut q; in-
uenire tiam completiua: **U**t **Virgilius**: **A**lexandrumq; aliumq; neo-
monaq; priuatimq;. **A**c non solum pro &: sed etiam pro q; accipitur.
Virgilius in tertio æneidos. **H**aud tecus at iussi faciunt: tecto q; per
herbam. **T**erentius in phormione. **N**unq; æque inquit ac modo pau-
partes onus uisa est mihi & miserum & graue. **S**alustius in iugurtino
Præterea trāsueris itineribus quotidie castra mouere iuxta: ac si ho-
stis adesset uallo atq; fossa munire. **S**imiliter atq; **T**erentius in phor.
Ne simili utamur fortuna atq; usi sumus. **C**ontinuatix sunt quæ
continuationem & consequentiam rerum significat: ut si cum ey græ-
cum significat. **Q**uando enim ean causalis est: similiter siue sin seu tā
continuatix sunt quā causales. **P**roprie autem continuatix sunt:
quæ significant ordinē præcedentis rei ad sequentem: ut si stertit dor-
mit: & si ægrotat paller: & si febrī uexatur calet. **N**ō enim uerso ordine
in his consequentiam sententiæ seruat oratio. **N**on enim qui dormit
omnino stertit: quomodo qui stertit dormit: nec qui calet omnino &
febrī uexatur. **E**t hæc quidem: id est cōtinuatix qualis ē ordinatio &
natura rerū cū dubitatione aliqua essentiæ rerū significat: **S**ubcōtinua-
tiua uero causā cōtinuationis ostendūt cōsequētē sine aliqua dubita-
tione cū essentiæ rerum: ut quoniā quia: ut quoniā ambulat mouetur
quia sol sup terrā ē dies ē. **U**trūq; enim significat fieri ordine cōsequē-
ti. **Q**uidā tamen & has continuatix & subcōtinuatix iter species
causalium posuerūt: quō & adiunctix & effectiux: nec irrationabiliter.

Et continuationis. n. & subcōtinuationis & adiūctionis & effectiōis
per has causa reddi ostenditur. Continuationis: ut si ambulat moue-
tur. Adiūctionis: ut moueatur ambulat. Effectiōis mouetur ambu-
lat enim. Est autem quando ut etiam pro ὅτι græca ponitur. **Terent.**
in phormione. Si est patruæ culpā ut antipho in se admiserit non cau-
tam dico. Sunt etiam causales quasi proprio nomine quoniam pro-
dest tibi lege: & heu quia nam tanti cinxerunt athera nimbi. **Virgili.**
in quinto. Et quōbrem discede. Causales igitur quas alii in una specie
posuerunt. Apollonius pater herodiani in quinto. Species diuidit quas
supra ostendimus: id est continuatiuas subcontinutiuas causales ad-
iunctiuas effectiuas. Adiunctiuæ sunt quæ uerbis subiunctiuis adiū-
guntur: ut si cum ubi dum quatenus quando in græcam cōiuncti-
onem significat. Similiter cū quādo in græca intelligitur: ut si uenias
faciam: & ut profit tibi facio. **Virgilius in primo æneidos.** Multa quo-
que & bello passus dum conderat urbē: Inferetq; deos latio. Similiter
quatenus id libenter faciat. Et **Virgilius in buco.** Cum faciam uitulā
pro frugibus ipse uenito. Inueniuntur tamen ex his quædam simul &
causales: ut ur exerceo te ut sis sanus: Eris doctus si legas. Et hoc inter
est inter adiunctiuas & proprie causales quæ hæ causales cum affirma-
tione: illæ cum dubitatione proferuntur. Inueniuntur tamen nomina
uel pronomina uel etiam præpositiones uel etiam aduerbia: quæ loco
causalium accipiuntur coniunctionum: pronomina ut ideo eo. Noīa
qua causa qua gratia quapropter quāobrem & quāobres. Ne quoq;
quando in græca significat cōiunctio est causalis. **Virgilius in secundo
æneidos.** Ne recipi portis: aut duci in cœnia possit. Neu populum an-
tiqua sub religione tueri. Et nota autem quoq; & neu hic pro copula-
tiuis etiam cōiunctionibus. inuenitur etiā ne pro neq; quæ copulati-
ua est cōiunctio. Sub una enim abnegatione copulat res quomodo
& nec. **Luc. in. i.** Nec si roma ferēs. **Cice. in. iiii. inuecti.** Ne dici quidē
opus ē quāta diminutione ci iū. Hoc autē id est nequādo in græca si
gnificat aduerbiū est. Inuenit tamē etiā uerba pro aduersatiua cōiuncti-
one cū aduerbio: ut quāuis pro quāq; & pro & si quomodo licet & licebit
Virgilius in undecimo. Dicam equidem licet arma mihi mortemque
minetur: pro quanquā minetur. **Luc. in septimo.** Omnia maiorū uer-
tamus busta licebit: Et stantes tumulos: & qui radice uetusta Effude-
re suas uictis compagibus urnas. Plus cinerem hemoniae sulcis tellu-
ris aratur. & proprie causales sunt: quæ causam antecedētē ostendūt:

causatiua .i. res ex causa antecedente euenientes significant : ut doctus sum nam legi. **A**cole nāque tibi diuum pater atq; hominum rex. **E**t mulcere dedit fluctus & tolerare uentos. **V**irgilius in primo ancidos. **E**t sic tibi labor enim quando hac te cura remordet. **A**pprobatia sunt quae approbant res: **V**t **V**irgilius in .xii. **E**quidem merui nec de precor inquit. **T**erentius in phormione. **I**ta cognatam quidem at nos unde. **I**nueniuntur & casuales pro approbatiuis: **V**t **V**irgi. in secūdo ancidos. **D**ii si qua est caelo pietas quae talia curat. **I**dem in primo **S**i quid usq; iusticiae est: **I**dem in quinto **S**i concessa peto: si dant ea mea parce. **E**t sciendum q; quando approbatiuae sunt: indicatiuo modo iunguntur. **D**isunctae sunt quae quis dictiones coniungant: sen // sum tamen disunctiuum habent: & alteram quidem rem esse: alterā uero non esse significant: ut ne uel aut: **V**t **V**irgilius in septimo. **S**ive errore uia: siue tempestatibus acti: & uel dies est: uel nox. **I**uuenalis i primo: **A**ut die aut accipe calcem: **V**irgilius in secundo ancidos. **A**ut aliquis latet error equo ne credite teucris. **A**ut hac in nostros fabricata est machina muros. **E**t est quando indicatiuae dicuntur. est quādo dubitatiuae: ut **A**ut lux est: aut tenebre: **D**ubitatiuae: ut aut prodest aut non prodest diuicias querere. **S**ubdisiunctiuae sunt quae uoce dis iunctiuarum utrunq; tamen esse significant: uel simul: ut copulatiuae uel discretae simul: ut **T**erentius in eunuc. **V**el rex semper maximus mihi gratias agebat: pro etiam rex. **I**dem in phor. **V**el oculum excludito: est ubi uos ulciscar locus. & **A**lexander siue **P**aris: pro alexāder qui paris dicitur. **S**imiliter mars siue mauors: gradus uel maspiter praesul est bellorum. **D**iscrete tamen utrunq; simul esse significat: ut tota die uel legit iste uel cogitat. significat enim & legere & cogitare: sed non simul utrunq; facere sed alius horis legere: etiā aliis cogitare. **S**imiliter remex uel expellit remum uel attrahit. cum simul pene utrunque fieri intelligo sed distincte. **A**lius est enim motus pellentis alius trahentis. **S**imiliter si dicam uel tunicam mihi accommoda: uel etiam penulam. **S**ubdisiunctiuum est. uideor enim in alterius petitione libenter utrunq; accipere. **S**ed potest hic etiā dis iunctiua esse. **A**liud est enī alterutrum petere: aliud utrunq;. **E**rgo si dicam uel tunicā uel penulam alterutrum ostēdo: cū uero addā ibi etiā tunicam: ostēdo uel unā rem uelle uel duas: qd dis iunctiuū ē. **I**nuenitur tamē uel con iunctio ēt diminutionē significās: ut **L**ucanus in .iii. **O** felix si te uel sic tua roma uideret. **D**isertiuae uel electiuae sūt quādo diuersis psonis

aliquod nos ex eis eligere ostendimus : ut diues uolo esse q̄ pauper .
Terētius in andria. Quæ inhoneste hic uoluit diuitias parare q̄ hone
ste in patria paup̄ uiuere. Est aut̄ q̄ accusatiuus quæ infiniti nominis
& aduerbii similitudinis. **Vt Terē. i phormi.** Quam iniq; cōparatum
est put & dupl̄scatum: p̄ cōstructione aduerlatiua accipitur. **Vt Vir.**
in sexto. Quāq; o sed superent quibus hæc neptune dedisti. **Idē in. i.**
æneidos. Quāq; an̄imus meminisse horret: Aduerlatiua sunt quæ
aduersum cōuenienti significant: ut tamē quāq; quis & si etiam si sal
tem: Hæc etiam diminutiua significationem habet: **Vt Vir. in. iiii.**
æne. Saltem si qua mihi de te suspecta fuisset **Ante fugā ioboles.** **Idē**
in secundo: **Et magis atq; magis quāq; secreta parentis Anchisæ do**
mus: arboribusq; obtecta recessit. **Clarefcunt sonitus.** Aduersum enī
conuenienti significat. at quoq; pro saltē & uel & aut inuenitur. **Vir.**
in sexto. **Si te nulla mouet tantæ pietatis imago** **At ramum hunc ape**
rit ramum qui ueste latebat **Agnoscas: & si non uis dicere uel intelli**
ge: pro saltē intellige. Similiter si nō factis debitum reddis: aut uer
bis age gratias: p̄ saltē uerbis. **Ne quoq; in eadē inuenitur significati**
one. **Salustius in catilinario:** Quippe secundæ res sapientiū animos
fatigant: ne illis corruptis moribus uictoriæ temperarent. **Inuenitur**
etiam in hac significatione nec & neq;: ut nec una hora auarus negli
git lucrum neq; pius iusticiam: neq; unū assē præstat illi egēti: nec
hic abnegat petenti aliquod profus: quod potest & decet. **Abnegati**
uæ sunt apud græcos κεν & αν: quæ uerbis cōiunctæ posse fieri rem o
stendūt: sed p̄pter causam aliquā ne fiat impediri: ut **ετοι ησσανει Δο**
νησει ηνκαί γνησει κεν πρία μοσ πρία μοι οτε πια Δεσ. Nos autem si
ne cōiunctionibus abnegatiuis: subiunctiuis utimur uerbis in huius
cemodi sensibus: ut fecissem si potuissem. **Et gaudeat Priamus si au**
deat: Vir. in. xi. Tu quoq; nūc stares imanis truncus inermis esset p̄
ætas. & idem. **Si robur ab annis stares εσασσαν:** **Collectiua uel rōna**
les: ergo igit̄ itaq; quādo ante penultima acuitur: quin alioquin im
mo utiq; atquin. Hæc enim per illationem colligunt supradictum :
hoc est ratione confirmant: **Vt Cicero pro ligario.** **Habes igitur qd̄**
est accusatori maxime optandum cōfitemtem reum. **Lucanus i nono**
Ergo pari uoto gessisti bella iuuentus. **Inuenitur tamen etiam pro**
expletiva: Vt Terentius in andrianis. mihi ne tibi ergo: **Virgilius in**
decimo. **Quin occidit una serpedon mea progenies.** **Terēti. in eunu.**
At qui ita opus est Cicero pro ligario. **Itaque quo me uertam nescio**

Dicuntur tamen hæ eadem illatiua quod præpositis aliis inferuntur
Vt Catilinam Cicero solus sapientia domuit. Solus igitur Cicero pa-
triam seruauit Dubitatiuæ sunt quæ significant dubitationem : ut an
ne correpta necne: **Vt** Virgilius in.iii.ænei. Eloquar an silcã gemitus
lachrymabilis immo. **Idẽ in primo æne.** An phœbi soror an nympha
rum languinis una. **Idem i undecimo.** Iustitiã ne prius mirer belli ne
malorum. **Frequentissime** tamen hæ eadem interrogatiuæ sunt : **Vt**
Virgilius in tertio æne. Hectoris andromachæ pyrthin cõnubia ser-
uas. **idem in decimo.** Tanton me crimine dignum. **Hæ eadem** inue-
nitur & pro confirmatiua. **Horatius in secundo sermonũ** Clarus erit
fortis iustus sapiens ne etiam & rex. **idem in eodem.** O seri studiorum
qui ne putetis difficile. & mirum rhodio quod phitæ leonti contigit.
Terentius in and. Nunc ne demũ istud uerbum in te incidit. **Hic eni**
ne coniunctio nec interrogatiua nec dubitatiua : sed cõfirmatiua ẽ. **Vir-**
gilius in. x. Tanta ne me tenuit uiuendi nate uoluptas **Vt** pro me ho-
stili pateret succumbere dextra. **Est enim** ne pro etiã. **Sola hæc apo-**
strophem accipit apud latinos. **Necne** quoque pro an non accipitur :
ut sit sensus. in morte necne prodest recte uiuere **Completiuæ** sunt ue-
ro autem quidem equidem quoque enim nã [nãq; & fere quæcunque
cõiungationes ornatus cã uel metri nulla significationis necessitate
ponuntur hoc nomine nuncupantur. **Omnẽs** tamen hæ inter alias
species inueniuntur. **Aeneas** uero & pius & fortis fuit completiua ẽ
quia & si tollatur uero significatione integra manet. **Sin** autẽ dicam **Ae-**
neas quidẽ pius fuit: **Vlyxes** uero astutus: hic pro copulatiua accipi-
tur : quia utriusq; rei simul essentia significat cum substantia : potest
tamen & distributiua dici: quia distribui diuersas res diuersis personis
Completiua autem esse etiam **Salustius** ostendit in catili. uerum eni
uero iis demum uiuere & frui anima uidetur. **Hic enim** ornatus cau-
sa uero adiuncta est quã quis possit etiam approbatiua esse. **Similiter** **Vir-**
gilius in. xii. Equidem merui nec deprecor inquit poterat sensus stare
si dixisset sine equidẽ: ego merui nec deprecor **Sed** siue metri cã siue
ornatus cã addidit equidẽ. **Vnde** nec intulit aut uero subiunctiuas
eius uel tamẽ: q̃ ipsa quoq; cõpletiua inuenitur sapissime: ut **Stati. in**
xi. Me miserã uinces: prius hæc tamẽ arua necesse ẽ **Experiare** domi
Sciendũ tamẽ q; quidã equidẽ coniunctionem compositam esse exi-
stimant : ab ego & quidem: sed errant. **Simplex** enim est: & hoc ma-
xime ex ipsa quoque constructione orationis possumus intelligere.

Nam equidem facio: equidem facis equidem facit dicimus. Et potest
& ad primam & ad secundam & ad tertiam transferri personam: quod
minime fieret si esset compositum ex ego & quidem. Nemo enim di-
cit. Ego quidem facis: ego quidem facit: sed ego quidem facio tantum-
modo ad primam personam. Et hoc usus auctorum etiam approbat
qui equidem praeposita ego subiungunt: Vt Salustius in catilinario
Equidem ego sic existimo patres cruciatus. Si esset etiam composita
equidem ex ego & quidem minime ei ego subiungeretur. Quoque qua-
do pro etiam uel et accipitur copulatiua est: Vt Vir. in. vii. Tu quoque lit-
toribus nostris aenea nutrix. Quando autem superuacua ponitur com-
pletiua est. Virgilius in primo. Multa quoque & bello passus. Nisi quod
quidam existimant: ut pro aduerbio similitudinis accipiat: quomo-
do item enim quoque cum sit causalis ὅτι γὰρ significat: ut cole pudici-
ciam: Haec enim fundamentum est omnium animi uirtutum. Inue-
nitur tamen eadem etiam completiua quando δὲ significat gratiam
coniunctionem: ut Progeniem sed enim troiano a sanguine duci Au-
dierat. Virg. in primo. Inuenitur eadem etiam per affirmatiua: ut Te-
rentius in andria. Enimvero daue nihil loci est segnitiae. neque secordiae
& maxime praepositiua haec habet significationem: ut idem in adelphis
Enim non sinam. Similiter nam quomodo enim est: quando γὰρ est
quando δὲ gratiam coniunctionem completiuam uel affirmatiua signi-
ficat: Vt Virgilius in quarto geor. Nam quis te iuuenum confidentis-
sime nostras iussit adire domos ἵσθαι hic repletiua uim habet. Idem
in quinto. Heu quia nam tanti cinxerunt aethera uimbi. Idem in pri-
mo ancidos. Acole: namque tibi diuum pater: atque hominum rex. hic cau-
salis est. Ordo accidere dicitur coniunctionibus qui communis est pene
omnibus dictionibus. Quaedam enim naturaliter praeponunt: ut praepositi-
oef casualibus: & aduerbia pleraque uerbis & interrogatiuis & infinitis relati-
ua subiungunt uel redditua nomina uel aduerbia uel adiectiua nomina praepo-
nunt appellatiuis: ut sapiens homo & citus equus. Est tamen quando
auctoritas praepostere his utitur. Similiter igitur coniunctiones pleraque tam
praeponi quam supponi possunt. Sunt tamen quaedam quae semper praeponuntur
ut at aut ac uel nec neque: si quin quatenus sin seu siue ni. Aliae quae
semper supponuntur: ut quae ne ue: quae etiam encliticae sunt: quidem quoque au-
tem: quod solebant antiqui etiam praepondere. Aliae pene omnes indiffe-
renter praeponi & supponi possunt: ut atque quae poetice praeponuntur
aliter non: Vt Virgili. in. ix. Suspiciens altam lunam: & sic uoce precatur

Horatius in .i. sermone. Cum me hortaretur parce frugaliter. Atque uti uere uti contentus eo quod mihi ipse parasset. Et equidem iustum tamen quam quando quatenus nam enim ita quoniam quapropter ergo igitur quia. Et sciendum quod pleraque coniunctiones quomodo prepositiones diuersas habent in una eademque uoce significationes: quod in multis iam ostendimus. Hoc quoque non est pratermittendum quod coniunctiones sibi prepositae inueniuntur tam eiusdem potestatis cum sint quam alterius: ut Cicero in prognosticis. Ast autem tenui qua candet lumine phatnae Vir. in .i. Atque equidem teuerum memini ludona uenire. Idem in tertio. Nam neque erat astroque ignes. nec lucidus aetherae Sydera polus.

Liber Prisciani Minoris.

QUONIAM IN ANTEEXPOSITIS LIBRIS de partibus orationis in plerisque Apollonii Auctoritatem sumus secuti: Aliorum quoque siue nostrorum siue graecorum non pratermittentes necessaria: & si quid ipsi quoque noui potuimus addere. Nunc quoque eiusdem maxime de ordinatione siue constructione dictionum quam graecis ὑποσημῖον uocant uestigia sequentes: si quid etiam ex aliis uel ex nobis congruum inueniatur non recusemus interponere. In supradictis igitur de singulis uocibus dictionum ut possebat earum ratio tractauimus. Nunc autem dicemus de ordinatione earum: quae solet fieri ad constructionem orationis praefectam. Quemadmodum necessariam ad auctorum expositionem omnium diligentissime debemus inquirere. quod quemadmodum litterae aptae coeuntes faciunt syllabas. & syllabae dictiones: sic & dictiones orationem. Hoc enim etiam de litteris tradita ratio demonstrauit: quae bene ab Apollonio dicuntur prima materiae uocis humanae indiuidua. Ea enim non quocumque modo iuncturam ostendit fieri litterarum sed per aptissimam ordinationem: unde & litteras ueresimiliter dicunt auctores appellari: quae si legitteras: eo quod legendi iter praebent ordine congruo positae. Nec non et a litteris syllabae idem recipiunt cum ex his coeuntes iuncturae pro debito dictionem perficiunt. Igitur manifestum est quod sequens est ut et dictiones: cum partes sint per constructionem praefectam constructionis τῶν κατὰ δὴ τὰς λέξεων ἐν ἁρμῶσθε δὴν τῶν ἀεὶ ἀδύνατον ἐ / χουσαν αὐτοῦ ἐλῆν aptam structuram. i. ordinationem recipiant. Quod enim

ex singulis dictiōibus parat' sensible. i. intelligibile quodāmodo elemē-
tum est orationis perfectæ. & quomodo elementa iuncturis syllabas
efficiunt suis: sic etiam ordinatio intelligibiliū imaginē quādam sylla-
bæ perficit adiunctiōe dictiōnū. **E**st. n. oratio cōprehēsiō dictiōnum
aptissime ordinarum: quomodo syllaba cōprehēsiō litterarū ap-
tissime cōiunctarū: quō ex syllabarū cōiunctiōe dictiō: sic ex dictiōnum
cōiunctiōe pfecta oratio cōstat. **P**ossumus autē ex accidentiū quoq; si-
militudine hoc cōtēplari: Bis idem elemētū accipit: ut reliquias reddo:
sed etiā syllabas leleges tutudi peperit. **S**imiliter & dictiō: ut memē ad-
sum: qui feci fuit fuit illa quondā i hac republica uirtus: **C**icero i quar-
to inuectiuarū. **P**eruenit tamen hoc usq; ad plenas orationes cū semel
dicta iterum reperantur uel necessario uel more causa: ut si dicamus:
pœta magnus fuit **V**irgilius: **V**irgilius fuit magnus pœta. **I**uuenalis
in secundo. **T**u ne duos sauislima uipera cœna: **T**u ne duos abundat
littera non eadem: ut prodest pro proest: & sicubi p siubi. **A**būdat eti-
am syllaba: ut huiuscemodi pro huiusmodi: iduperator p imperator
Necnon etiā dictiō tā in compositione q̄ in appositione. **I**n appositione
ut **T**erentius in phor. **E**x aduersum ei loco pro aduersum & in andri.
Abhinc triēnium. p hic. & in eunuchō: **E**mori fatius est p mori. **I**n ap-
positione quoq; ut **V**irgilius in decimo. **S**ic ore locuta est: abundat
enim ore. **I**dem in nono. **E**t lachrymis ita fatur abortis: **T**e ne inquit
miserande puer cū lata ueniret **I**nuidit fortuna mihi **N**am cū dixisset
fatur: superuacū est inquit. **N**ec mis; cum expletiuarū cōiunctiōes quā-
tum ad sensum plerūq; superuacuarū ponuntur. **N**ecnō orationes inue-
nimus similiter superuacuarū positas: ut ibant qua poterāt: & qua non
poterāt nō ibant. **C**ōtrariarū similiter passiones p defectiōe fiunt litte-
rarū uel syllabarū dictiōis & litterarū orōnis ut sciit p sciuit. audacter pro
audaciter. **S**yllabarū ut cōmorit p cōmouerit **H**or. in secūdo sermonū
At ille qui me cōmorit melius nō tangere clamo fleuit deū p deorum
accestis p accessistis. **H**oratus in. iiii. carminū. **Q**uæ me surpuerat
mihi pro surripuerat. **D**ictiōnis: ut **V**rbs antiqua fuit tyrii tenuere co-
loni. deest. n. quā **S**imiliter **H**ac secum me ne icepto desistere uictam
deest enim dicebat. **I**n cōpositis quoq; idē fieri solet: ut **I**ncubiere ma-
ri totumq; a sedibus imis **V**na eurusq; notusq; ruunt pro eruūt deest
eīm prapositione e ad perfectionem plenæ orationis. **I**n his sunt etiam
illa qbus deest in fine uerbū: ut **V**ir. i. iiii. aeneidos. **O** mihi sola meī
super astianactis imago: deest enim est uerbum ad perfectionem ora-

tionis. Nec enim apocopam possumus eam dicere: quæ sit in plena dictione: sed quæ in littera uel syllaba sensu p se carētibus. Orationis quoq; sit defectio: ut apud Terentium in cuncho Ego ne illam: quæ filiū: quæ me quæ non. Deest enim unicuiq; constructio plenæ orationis. Ego ne illa digner aduentu meo: quæ illū prapofuit mihi: quæ me ipse uicit: quæ me nō suscepit heri. Et si semel dicta oratio bis uel ter uel sapius eadē intelligat: ut magna uiris gloria ē prudētia & fortitudo & pudicitia & iustitia & tēperātia: ubiq; enim subaudit: magna uiris gloria ē qd̄ semel dictū est. Quomodo autē lras; rationē: uel scripturæ inspectioe: uel auriū sensu iudicamus. Sic etiā in dictionū ordine cōceptamus rationē cōtextus utrū tecta sit an nō. Nā si incōgrua sit so locisimum faciet: quasi elementis oratiōis incōcinne cecuntibus: quomodo inconcinitas litterarū uel syllabarū uel eis accidentium in singulis dictionibus facit barbarismum. Sicut igitur recta ratio scripturæ docet litterarū cōgruam functuram: sic etiā rectam orationis compositionem ratio ordinationis ostendit. Dicimus prapositionia elementa. tam in consonantibus q̄ in uocalibus: sed etiā in syllabis. Sunt quædam prapositionia elementa ut in diphthōgis a & e & o prapositionia sunt: ut ae au eu oe. I uero & u postponuntur: & aspirationes uocalibus adiunctæ in principio syllabarū iueniuntur: ut habeo herinus hircus homo hora humus humanus. Et in loco consonantis posita & q & k semper in initio syllabarū ponuntur. Syllabæ quoq; prapositionuntur: ut præ in principio inuenitur semper dictionum: præmium precor prædium præclium. Postpositæ quoq; a gm uel em uel chm incipiunt: ut agmen piraemen menachmus. Finales quoq; quæ in ls uel rs uel ms uel ns terminātur: ut puls cohors hycms sapiens. Idem etiā in dictionibus inueniuntur. Vnde & prapositiones nominantur & prapositionia pronomina: & subfunctiua: uel relatiua. Nec non uerba subiunctiua quæ magis ab ordine nomen acceperunt q̄ a demonstratione: quomodo imperatiua & optatiua. In oratione quoq; hunc modum possumus inuenire quando antecedentia si coniuncta cum sequentibus fuerint uera esse ostenduntur dum anteponuntur cum sequentibus per primam orationis coniunctionem: ut si aliquis dicat. Si ambulat Dionysius mouetur Dionysius. Si enim conuertas non est uerum. Non enim si mouetur Dionysius: & ambulat Dionysius necessario. Nam potest & moueri & nō ambulare. Elementum est etiā quādo i duo diuiditur monosyllabico idest contemplatione temporis

ut fieri pro firi. **L**onga enim uocalis in duas breues diuisa est. **S**imili-
 ter admittit pro admitti: fariet pro fari: sed etiam duo in unum cœunt
 ut tibiēn pro tibiicē. unde & solū hoc ex similiter compositis penul-
 timam productam habet: etiam binæ pro biunæ. **S**yllaba quoq; i du-
 as diuiditur: ut aulæ aulai. **V**irgilius in quarto aeneidos. **A**ulai in me-
 dio libabāt pocula bacchi. & syluia pro sylua. **H**oratius in epodo: **N**i
 uelq; deducunt iouem nunc mare nunc sylua. **E**st enim dimetrum iā
 bicum coniunctum penthimeri heroicæ. **S**ed etiam duæ syllabæ
 i unum cœunt: ut **V**irg. in tertio. **F**ixerit arripidem ceruā licet aut eri-
 māti **P**lacarit nemora: arripidem pro aripedem. **T**etrasyllabum pro-
 tulit pro pentasyllabo. **S**ic etiam dictio diuiditur: ut si dicam respubli-
 ca fœlix est: & res fœlix est publica. **M**agister militum est fortis: mili-
 tum fortis magister est. **V**irgilius in tertio georgi. **S**eptē subiecta trio-
 ni: pro septētrioni subiecta: & iam diuisa possunt coniungi: ut male-
 fida argiletum huiusmodi malefana. **O**rationibus similiter accidētēs
 coniunctiones est quādo cōiungunt duas uel plures orationes. ē quā-
 do subtractæ dissoluunt. **V**irgilius in secūdo aeneidos. **C**ōticuere om-
 nes intentiq; ora tenebant. **I**dem i eodem: **A**camas thoasq; pelidesq;
 neoptolomus primusq; machaon: & contra. **A**lii naualibus: ite ferte-
 cit i ferrum date tela impellite remos. **I**dem etiam in quarto: **L**itteræ
 transmutantur: ut teucro pro teucer. **S**ed etiam syllabæ: ut displici-
 nā pro disciplina. **N**ecnon etiam dictio: ut plebis tribunus pro tribu-
 nus plebis: & publica res pro respublica. **O**rationes quoq;: ut nutriuit
 filios acpeperit: pro peperit & nutriuit. **V**irgilius in secundo aeneidos
Moriamur & in media arma ruamus pro in media arma tuamus: &
 moriamur. **P**raterea quemadmodū elementorum alia sunt uocalia:
 quæ per se uocem perficiunt. alia cōsonantia: quæ sine uocalibus per-
 ficere uocem nequeūt. **S**ic etiam i dictionibus animaduertimus qual-
 dam ad similitudinem uocalium per se esse dicēdas: ut i uerbis maxie
 imperatiuis uel nominibus uel pronomibus saepe uocatiuis: uel ad-
 uerbis quæ adiiciuntur antecedentibus act onibus uel orationibus
 cum clamamus bene recte diferte: ad illos qui oportune aliquid agūt
 uel dicūt. **A**liæ uero dictioēs sunt quæ ad similitudinem cōsonantiū sine
 adiuuētō aliaq; partiu oratiois: quæ imitant i hoc uocales ad pfectionē
 sēsus nō possunt pferri: ut præpositioēs & cōiunctioēs. **H**æ etenī semp
 cōsignificāt. i. cōiunctæ aliis signifi. at: p se autē nō. Itaq; uariatur earū
 significatio ad uim cōiunctæ: eis: ut i aliud significat cum accusatiuo

iungitur. & aliud cū ablatiuo ī urbē: & in urbe: ad locū & in loco. Cōiunctiōes quoq; copulatiuæ & disiunctiuæ esse dignoscunt ab aliis partibus oratiōis: quæ eis lociant: ut uel aut: nō solum disiunctiuæ sed et copulatiuæ reperiunt: ut **Ter.** ī cunūcho. **Vel** rex semper maximas mihi gratias agebat. quicquid fecerā alis nō: id est p & rex. **Virgilius** ī quarto aenei. **Aut** ante ora dēū pinguis spaciatur ad aras: aut pro &. **Q**ue etiā nō solū copulatiua: sed etiā disiunctiua iuenitur: ut **Vir.** ī secundo aeneidos. **Aut** pelago danaū insidias suspectaq; dona **Præcipi** tare iubet subiectisq; urce flammis: q; posuit pro uel. **N**ecnō etiā aliæ pro aliis partibus accipiunt: neq; id aliter possumus scire: nisi ex adiūctis: ut per: si uerbo apponatur: pro ualde accipit id est in loco aduerbi: etiā si nomini cōiungatur sub eadē itētionis significatiōe: ut **Ter.** ī cunūcho. **Per** pulchra credo dona haud nostris similia. **Atq;** & ac quoq; si aduerbio aliter uel secus uel similibus subiūgatur: uim aduerbi obtinet: ut **Vir.** ī quarto aeneidos. **H**aud secus ac iussi faciūt: p q̄ iussi: & **Horrēdum** clamat pro horrendo nomen posuit pro aduerbio **Sublime** uolat p sublimiter. **S**olet quari causa ordinis elemētorum: quare a āte b & cetera. **S**ic etiā de ordinatiōe casuū: & genē: & tempore & ipsarū partiū orationis solet quari. **R**estat igit de supradictis tractare: & primo de ordinatione partiū orationis: quibus quidā suæ solatiū imperitiæ quæretes: aiunt non oportere de huiusmodi rebus quætere suspicātes fortuitas esse ordinationū positioes. **S**ed quantū ad eorū opinionē uenit generaliter nihil p ordinationē accipi: nec cōtra ordinationē peccari. **Q**ue d existimare penitus stultū est. **S**i autē in quibusdā concedēt esse ordinationē necesse est etiā in omnibus eā cōcedere. **S**icut igit apta ordinatiōe pfecta redditur oratio: **S**ic ordinatione apta tradita sunt a doctissimis artiū scriptoribus partes orationis: cū prio loco nomē: secūdo uerbū posuerūt. **Q**uipe cū nulla oīo sine his cōplatur: quod licet ostēdere a cōstructione: quæ cōtinet p̄ne omnes partes orationis. **A** qua si tollā nomē aut uerbū impfecta fit oratio. **S**i autē cetera subtrahas omnia: nō necesse est orationē deficere: ut si dicas. **I**dē homo lapsus heu hodie cōcidit: en omnes insunt p̄tes oratiōis absq; cōiūctione. quæ si addat aliā orationē exigit. **E**rgo si tollas nomē aut uerbū deficit oratio desyderans uel nomē uel uerbū ut si dicā. **I**dem lapsus heu hodie cōcidit. **S**i subtrahas aduerbiū non omnino deficit oratio: ut idē homo lapsus heu cōcidit. **N**ecnō etiā p̄cipiū si adimas: neq; sic deficit oratio: ut idē homo heu hodie con

cidit. **Nec** si praepositionem & iteriectionē: ut idē homo cecidit: nec
si etiā pronome: ut homo cōcidit. **Non** tamē dico q̄ nō etiā ex p̄no/
mine & uerbo cōstat p̄fecta oratio: cum dicitur **Ego** ambulo tu am
bulas. **Tunc** enim constat perfectio orationis cū loco nominis sumat̄
p̄nomen: & uim nominis compleat ordinatione. **Quādo** autē loco
nominis p̄ se ponit̄: & quādo nō: in partibus ostendet̄ consequētibus
& quā uerba ad nominatiuos cōiūgunt̄ solos: & quā obliquos deli/
derant casus. **Ante** uerbū quoq; necessario ponitur nomē: quia agere
& pati substantia propriū ē: in qua est positio nominū ex quibus pro
prietas uerbi: idest actio & passio nascit̄. Inest igitur intellectu nomi/
natiuus in ipsis uerbis: sine quo substantia significari nō poterat. **In**
prima quidē p̄sona & secūda diffinitus. In tertia uero quia innumera
biles sunt p̄sona: tertia infinitus: nisi excepta fiat actio: sicut fulminat
tonat pluit. **Ea** enim quā nō addamus nomē diffinita esse uidentur
cū ad solū ptineant iouem. **Optinuit** itaq; usus ut eius: idest uerbi no
minatiōe: alia quoq; partes uerba uocētur: uel ex contrario illarū com
munē nominationē p̄ excellentiā hāc pars quasi egregia p̄pria posse
dit. **Nō** irrationabiliter tamē illud quaritur: quare post nominis posi
tionē: nō eam partē p̄ nomine ipso accipitur ponimus: idest p̄nomē
quā uice nominis cum uerbo cōtinet orationē de quo manifesta p̄ba
tio erit hāc: q̄ uerborū quoq; causa iuenta sunt p̄nomina: **Nomia** enī
tertiarū sunt p̄sonarū idicatiua idest tertiā idicant p̄sonas quippe quā
nomina substantiā & qualitātē uel generalē uel p̄pria significātia. **Si**
militer ī omnibus possunt itelligi p̄sonis iesse: **Omnis** enim p̄sona
& generalis & specialis capax est & substantiā & qualitatis. **Potest** enī
homo esse & qui loquitur: & ad quē loquit̄ & de quo aliquis loquitur
Et Cicero dici qui loquitur: & ad quē loquitur: & de quo aliquis loq/
tur: **Itaq;** quia cōfusio īfinitā faciebat p̄sonā cōcessit ad sibi aptā: idest
tertiā. **Vnde** uerborū quoq; tertiā p̄sonarū īfinitarū sunt: **Nā** prima & se/
cūda & praesentes sunt tantū & demonstratiuae sēper & figurate assu/
munt nomina: ut **Virgilius** ego: sicut & ille ego: **Possimus** tamē etiā
illud dicere: quoniā eorū idest nominū positiones cū fiunt neq; in per
sona idicatiua sunt. i. loquētis: quod ē suū primā p̄sona. **Neq;** enim
sibi iponunt īfātes nomina: neq; ad ipsos p̄nunciantes nominatio/
nes facimus: qđ ē secundā p̄sona: ergo tertiā sunt nōia p̄sona: **Verba**
autē ī tribus erāt p̄sonis. **Ideoq;** excogitabantur p̄nomia ī p̄sonas diffi
nitas discreta: ut & nominis positionem & uerbi ordinationem idest

substantiā & diffinitas personas idicarent: ut ego scribo tu scribis. Et
substantiā eim significat loco nominis positū p̄nomē & p̄sonā uerbo
tibi adiuncto cōgruā indicat. Itaq; nihil phibet i tertia dicere. Anst̄ar
chus legit Quippe cū duæ tertiæ cōiungūtur personæ: nō tamē ideo
tertiæ p̄nominū p̄sonæ sup̄uacua sunt: quia possumus in tertia p̄so/
na uerbi ponere nomina. Quare autē in tertiis p̄sonis iueniant p̄noia
in p̄ribus ostenditur cōueniētibus. Ergo i supradicta ratio uera ē: ma/
nifestū est q̄ iure præponit uerbū p̄nominis: quod uerbi quoq; cau/
sa excogitatū est. Sed quod est maius: uerba p̄sonarū quæ p̄ nominati
uū itelligūtur etiā si sunt indicatiua absolute accipiūtur. Qui enī pro/
nunciet ambulo uel scribo nō ad discretionē alterius p̄sonæ diffinit.
p̄nomina uero nominatiui primæ & secūdæ p̄sonæ ad discretionē
alterius p̄sonæ excogitata sunt: ut si dicā ego scribo tu legis uel ego &
tu scribimus: ille legit: tu & ille scribitis: ego lego. Et si dicā ego & tu
legimus nihil addens ad ceteras oēs p̄sonas discernit. Nisi enim dis/
cernere aliā p̄sonā uelimus nō est opus nominatiui casus p̄noia adde
te uerbo. Obliqui enī casus p̄nominū apud latinos absoluti sunt oēs
Nā græci cōpo itū εἰς αὐτὸν absolute dicūt. αὐτὸν εἰς αὐτὸν uero discre/
tiue. Similiter alios casus obliquos. Absoluti autē dicuntur quibus licet
& sine discretionē aliarū uti p̄sonarū & cū discretionē. Sine discretionē
ut da mihi panē: illi autē uinum: discretionē fecit: quo nominatiuus
maxime ualet cū addit uerbo: ut ego facio hoc: tu facis illud: cū enim
p̄ se facio primā personā ostendat: & habeat in se uim nominatiui ab/
solutam: tamē additio p̄nominis discretionē aliquam desiderat
alterius personæ: ut ego lego tu scribis. **Terentius in andria.** Nos
istac intro auferte. **Sofia ades dum.** **Idem in adelphis.** Ego ibo intro
ut quæ opus sunt parentur: tu fac ut dixi. **Tamen** etiam adiunctio/
nem alterius recipit: ut ostendimus personæ: ut ego & tu facimus.
Participium etiam post uerbum ponitur oportune: ex quo & nasci/
tur: sicut de uerbo tractantes ostendimus. q̄ necessario translatio/
nes uerborum fiebant etiam casuales figurās cum generibus: quæ eis
accidunt: cum uerba non possent consequentiam sui præsentare: ut
etiam per obliquos casus adiungi possunt & sine coniunctione con/
fociari: ut me legente proficio: & legens proficio pro lego & proficio.
Manifestum est autem q̄ ipsius quoque positio nominationis: qua
participium nominatiuum est: non bene seruaretur: nisi post no/
minatiuum poneretur. Et nota quod in latinis nominibus non est nisi unum tantum casus absolutus

men & uerbum poneretur participium . cum ex eis utrisque per con-
formationem pendens ea pars accipiebatur . Quomodo post masculi-
num & post femininum eorum abnegatiuum neutrum . **N**isi enim
prapositionum partium patiamur priorem positionem: reliquum ē ut
nec participium uocare possimus: neq; etiam neutrum: quoniam du-
orum prapositionum genēs sit abnegatiuum. Participium quoq; ne-
cesse est ex quibusdam prapositionis partem capiens constare: **S**ed neq;
aliam recte interponimus partem: idest pronome uel aduerbium uel
cōiunctionem uel aliam aliquam cum nullam ex earum proprietate
partem capiat participium. **P**ost participium graeci articulum ponūt
quem nos sicut in pronome ostendimus nō habemus . **N**am idem
quod significat ὁ αὐτός & qui ὅστις quis uideantur quātum ad inter-
pretationes: & prapositiones & subiunctiuos habere articulos: tamen
sicut latius docuimus: cum de pronome tractabamus: non sunt arti-
culi: hic uero & haec & hoc indubitāter pronemina sunt: quae nisi in
declinatione nominum a grammaticis loco articulorum non recipiū-
tur: nec mirum cum apud graecos quoq; inueniantur loco pronomi-
num positi: ut apud **H**omere. τοῦ καὶ ἀποσόμα τοσ γλυκείων μέλι
τοσ πένυα Δι. q. autē post participium pronomen sequi debet: non
est questio cum pene post nomen debet poni: nisi ppter supradictas
causas. **A**pparet autem etiam q. prapositio non primam habens posi-
tionem neque antiquiorem aliis dictiōibus post supradictas bene po-
nitur. **V**nde neque nominationem a propria aliqua significatione ac-
cepit. **S**ed quia supradictis prapositionibus quae si non ante sint
neq; ea constare posset: quod etiam de participio dicimus. **E**x quibus
etiam ordinationē accepit: scilicet cum modo per appositionem: modo
per compositionem prapositionibus antedictis partibus. **E**rgo natura qui-
dem posterior est: constructione uero principalis. **A**duerbium quoq;
quod uerbi est uel adiectiuum: positio idest nominatio quoque eius
ostendit. **Q**uomodo igitur in secundo loco uerbum post nomen est
sic etiam aduerbium in secundo loco post prapositionem bene poni-
tur: quae per appositionem dictionis uim sibi defendens prapositionibus
nominibus: uel aliis casualibus. **C**omposita enim uim dictionis non
habet concidens in eam partem cui adiungitur. **P**ost supradicta uero
omnia cōiunctio iure accipitur: cum nullum posset per se significare
sensum absque suprapositionis dictionum materia: quomodo corporū
quoq; uincula inutilia sunt: si non sint corpora: quae ab eis uiciantur.

Possumus autem & amplioribus rationibus de ordinatiōe partium
demonstrare: sed quia nō de ea prapōlitum nobis ē: sufficiat hucusq;
dicere. Illud etiam primum querendum ē anteq̄ de cōstructione lin-
gularum orationis partium tractemus: **Q**uare interrogatiua dictionū
in duas partes orationis solas cōcesserūt: id est in nomen & aduerbiū
Et quia non in unū nomen: & unum aduerbiū: sed in āpliora: ut quis
qualis uter quā. us quot quotus quotennis cuius cuias qualiter qua
quo ubi quādo unde quādo. **H**ac etiā ē approbatio principales duas
partes orationis esse nomen & uerbiū: quæ quādo in notitia non sunt
habent de se interrogationē frequēter accipiendā. **I**nveniuntur autē in
pluribus sicut ostendimus & nominibus & aduerbiis propter rationē
huiusmodi: quod ī his solis dubitatio potest fieri substantiæ uel qua-
litate uel quātitatis. **N**ā substantiam alicuius suppositi quærentes di-
cimus: quis mouetur quis ābulat quis loquit̄ cū manifestus sit actus
id est motus uel ambulatio uel loquela. persona uero agens incerta:
ideo subiectiōes nominatiuæ sunt appellatiuæ: uel propriæ propriis
nominibus manifestantibus etiā generalē substantiam. **R**espōdemus
enim: uel homo ambulat uel equus uel trypho: in quo etiā homo in-
telligitur: uel etiā pars subiicitur: quæ pro nomine accipitur pprio. i.
pronomē: quoniā dicimus ego. **E**t quia incerta erāt accidētia prapo-
litis nominibus. **I**psū enī per se quis interrogatiuū nomē substantiā
solā quærebat: cui accidebat quale & quātū. **E**xcogitabat etiā de his
interrogatio: cum qualitatem quærentes dicimus qualis. **Q**uanta-
tem uero quantus. **N**umerum uero quot & quotus & quotennis. **E**t
per deriuationem quæ apud græcos non est. **P**ossessiuum cuius cuiā
cuium. **G**entile quærentes: cuius cuias. **N**ominatiuum etiam: cuiatis
cōmuni genere proferēbāt antiqui. **P**lautus in penulo: q; si cuiatis
unde sit ne perferis: quid es cuiates estis aut quo ex oppido. **I**dem in
menemio. **R**ogitant cuiatis sit: ergo si prænoscitur quid sit: id est
si de substantia sciamus: & qualitatem quærimus: tunc supradictis
utendum est: ut puta: quis legit trypho. **Q**ualis sapiens: doctus
uel utinā grammaticus an orator: & in omnibus quærendis: quæ
possunt accidere per adiectiuam significationem eis: & quæ ad in-
terrogationem quis referuntur. **E**st tantum & cum substantia: &
etiā in qualitate in ore posita: & in aliis coaccidentibus additur in-
terrogatio pertinens ad proprietatem nominis: ut si dicam. **Q**uis est
ille romanus formosus & magnus. **P**ossum enim uidens aliquem

scire eius & substantiam & gentem: & qualitatem & quantitatem. **P**ro-
prietatem uero solam quaerere. **Q**uod ostendit **Vir**, in sexto. **A**tq; hic
aeneas una namq; ire uidebat **E**gregium forma iuuenem & fulgentibus
armis. **S**ed frons lata parum: & deiecto lumine uultu: **Q**uis pater
ille uirum qui sic comitatur euntem. **E**t substantiam enim & qualitatem
uidens & quantitatem: tamen proprietatem quaerens quia dixit. **A**duer-
bia quoq; referuntur ad ignotos uerbi affectus: uel per qualitates: ut
cum dicimus qualiter legit: reddetq; ei aduerbium: quod adiectiui ui-
ce fungitur uerbo: respondemus bene rhetorice sapienter. **S**in autem non
qualitatem quaerimus: sed tempus in quo actum est aliquid: dicimus
quando: eiq; itaq; redditur heri nuper pridem. **U**el locum in quo aliquid
geritur: ubi quo qua unde. **S**ed ubi in loco: quo ad locum: qua pro locum
unde de loco significat. **V**idemur tamen etiam substantiam ipsius actus
quaerentes dicere quid agit: cui respondetur nil: uel currit: uel loquitur.
Quomodo & quantitatem quaerentes dicimus quantum currit mul-
tum uel parum. **C**ausam quoq; quaerentes interrogatiuis utimur cur qua-
re. **N**umerum etiam: ut quotiens: ad quod ex omnibus numeris aduer-
bia reddi possunt: ut ter quater: & reliqua. **P**raeterea totiens & mul-
totiens: & saepe saepius saepissime: quae sunt infinita. **Q**uamobrem
igitur praepositiuae partes: idest interrogatiuae uel nominatiuae fiunt
uel aduerbiales ostendimus: quae de constructione insequentibus de-
monstrabitur. **E**rgo quia reliquae etiam partes orationis ad nominis &
uerbi constructionem referuntur: ex quibus etiam nominationem habuerunt
oportet de singulis tractare: idest de eo quod in loco nominis sumitur
uel assumitur: ut pronomen loco nominis: ut ego feci. **A**ssumitur nomi-
ni: ut **Virgilius** scripsit bucolica: ipse scripsit georgica. **E**t de eo quod
assumitur: ut aduerbium uerbo & constructio uerbo & nomini. **E**t praete-
rea de participio quod loco uerborum sumitur: & cum uerbis assumi-
tur. **S**ed quoniam **Apollonius** de constructione. idest περὶ συντάξεως
scribens ab articulis qui nominibus adherent cepit. **N**os quoq; ab
eis quae loco articulorum sumi possunt apud nos incipiamus. **A**rticulus
secundam noticiam suppositorum demonstrat. **S**i enim dicam ἀνθρώπος ἄλλοθεν
primam noticiam etiam ostendo. **S**in οἱ ἀνθρώποι ἄλλοθεν noticiam
secundam. **D**eficit autem praepositivus articulus lingua etiam lati-
na. **N**am pronomen quod grammatici in declinatione nominum lo-
co praepositiui ut dictum est ponunt articuli: nunquam etiam in ora-
tione sensum articuli habet unum solum pronomen compositum inue-

nitur apud nos idem quod secundam noticiam eiusdem personae significat
cuius interpretatio apud graecos cum praepositiuo articulo relatiuum
pronomen habet ὁ αὐτός. Et apud illos quidem duae partes orationis
sunt ὁ αὐτός: quod est articulus praepositiuus: & αὐτός: quod est p
nomen relatiuum. Apud nos uero una pars est composita ab his & demum per
apocopeniū. Quomodo exin praepositiuo & deinde. Qui uero quod
interpretatur ὁστις: quod est subiunctiuus articulus cum nomine infinito
apud illos. Apud nos uero una pars est & simplex: quae relatiua est τίς
Quis infiniti uel interrogatiui potest subiunctiuo loco articuli hoc ac
cipi: quomodo & graeci τὸ ὅστις frequentissime ponunt loco ὅς articuli
subiunctiuo nisi in diuidendis. In illis enim nec nos qui nec illi ὅστις re
ferre. Sed illi articulis subiunctiuis utuntur: nos uero pronominibus uel
nominibus utimur: ut τῶν ἀνθρώπων οἱ μὲν εἰς νότα γασοῖ οἱ δὲ κα
κοῖ. Nos dicimus hominum hi sunt boni: illi mali: uel alii sunt boni: alii
mali. τοῖν Δουῖν οἱ αὐτοῖν τοῖν δὲ μὲν τελαμονος ὁ δὲ ὠυλέωσιος ἐγένε
το duoꝝ aiacum alter Telamonis: alter Oylei filius fuit: uel hic Tela
monis: ille Oylei filius fuit. Et sci dum quod in huiusmodi constru
ctione diuiduoꝝ si per praesumptionem: id est πρόληψιν praepositur
plurale uerbum ad utrumque sequens licet nominatiuum anteferre: ut Aquil/
la deuolauerunt haec ab oriente: illa ab occidente. Sin ad ea quae diui
dunt singulariter uerba consequantur genitiuum oportebit praeponi plu
rale diuidendo: ut aquilae altera deuolauit ab oriente: altera ab occide
te. Nec mirum hoc fieri cum uerbum siue praepositum: siue consequens
iure exigat sibi nominatiuum. Itaque si & quod diuiditur & illa in
quae diuiditur: uolumus per obliquos casus proferte: necesse est par
ticipio uti: quod loco uerbi accipitur obliquis adiungendum: & tran
sitionem facere: ut aquilarum uolantium: alterius ab oriente: alterius
ab occidente: similis est celeritas. Vel per datiuum. Aquilis uolantibus huic
orientes: illi relinquatur occidentes. Et per accusatiuum. Aquilas uolantes hanc
misit orientes: illam occidentes. Auctoritas tantum ueterum est quando pro geni
tuo plurali nominatiuum praeposit: quis ad sequentes res: id est diuisas
singulariter uerba redduntur: Vt HOMERUS ΝΗΣΟΡΙΔΑ Δὸ μὲν: ὀύτα
σαν. Cum ars exigeret genitiuum dicere: id est ΝΗΣΟΡΙΔΩΝ Δὸ μὲν: pro
eo nominatiuo est usus & ἀμφοτέρωθεν μὲν ἕως γερὰς τερὸς εἰενδου
δῆος. Similiter si quis dicat. Duo fratres alter maior alter minor
est: uicium facit. Debet enim dicere. duorum fratrum alter maior
est: alter minor. & duorum oculorum alter dexter alter sinister est.

Liuius etiam in. xli. Periti religionum: iurisque publici: quando duo ordinari consules eius anni alter morbo alter ferro perissent suffe / ctum cōsulē negabāt recte comicia habere posse: **Sed** interest etiā hoc inter hoc. **Articulū** subiunctiuū & qui: quoniam apud illos δὲ etiā lo / co pronominis accipitur demonstratiui δὲ τοῦ: qđ significat apud nos hic ἄριστος quoq; hoc idest τὸ δὲ nomināt ἀρίστον: idest infinitā p / ticulā quādo p δὲ τὸ accipitur: quod proprie ē apud nos qui: ut qui interficiat tyrānum: prāmiū accipiat. **Et** necesse ē eādē hāc esse par / tem orationis quā quis etiam cū obliqui in omnibus similes sunt eorū casus absq; accentibus. **Et** qui quidem p quis infinito uel interrogati / uo accipitur: quis uero pro relatiuo unūq;. **Quomodo** ergo qualis & quantus: siue interrogatiua sint: siue infinita siue relatiua: quibus mutēt accentus: non sunt diuersae partes: sic neq; supradicta. **Sed** latius de eorum potestate cū de pronomine scribebamus tractauimus. hoc idē idest: qui quotiens subiungitur nomini: quomodo apud graecos ne / cesse est non solum ad nomē prāpositum: sed etiā ad id subiunctiuū alterum uerbū proferri: ut **Virū** cano qui uenit. **Sin** nominatiuo no / minatiuus adiungitur: ad eandē plonam uerba referūtur: ut homo uenit qui scripsit. **Sin** duo obliqui sunt ad aliam personā transitio si uerborū uel in se reciprocātur: ut hominem quem uitupero accuso: & memet quem uitupero accuso. **Sin** autem alter sit nominatiui: alter uero obliqui ad nominatiuū nō sit transitio uerbi ab alia persona ad aliam. **Ad** obliquum uero sit: ut homo uenit quē accuso: uel hominis qui uenit misereor. **Oīa** tamē quae in trāstitione sūt: possunt etiā in reci / procatione fieri: quō qui: & eius obliqui oēs ad nominatiuos omniū casualiū bene referunt: ut **Virgi.** qui scripsit: **Virg.** cuius scripta extāt **Virg.** cui gloria cōtingit: **Virgilius** quē laudāt: **Virgilius** quo docēte bene pficit. **Sic** ex cōtrario nominatiuo eius oēs aliorū casus bene adiu / gūtur: ut qui scripsit buco. **Virg.** poeta magnus fuit. qui scripsit aene. **Virgilii** sunt geor. qui scripsit aeneida: **Virgilio** gloria cōtingit. qui scri / psit aeneida: **Virgilium** laudo. qui scripsit aene. **Virgilii** uiuis memo / ria. qui scripsit aeneida: **Virgilio** florent studia. **Licet** autem & prapo / stere hāc dicere. **Sciendum** tamen q; per eclipsim aliorū casualiū: hāc saepe inueniūtur relatiua: ut **Ter. i adria.** **Ita** tū discedo ab' illo ut qui se filiā neget darū: deest enī ab eo qui neget: & uenit cuius cā ē deest iste: & exigit cui debeo: & minatur quē timeo & floret quo ualeo. **In** oībus enī subaudiendus ē nominatiuus. **Nā** uocatiuū relatiua non habēt

Qualis quoq; & quātus & quot relatiua p defectiōē talis & tātus &
tot frequenter inueniūtur: nec mix relatiuis positis: quā secūda cogni
tionē significāt etiā antecedētia: uel redditua posse intelligi: licet nō
sint dicta ut **Qualis** homerus fuit. **Vir. in. ii. aneid.** Millia quot ma /
gnis nunq̄ uenere micēnis. **Horatius i epodo.** Senem quidē omnes
rideant adulterum nardo perunctum qualem nunq̄ perfectius meae
laborauerunt manus: pro tali quali nunquam perfectius. **Et nota fi**
gurā q; pro nominatiuo uel accusatiuo uel ablatiuis solum posuit no
minatiuū. **Quomodo & Teren.** ut supradictum ē in andria. **Ita tum**
discedo: ut qui se siliam neget daturū. **Horatius in. i sermo.** Occur /
runt animae quales neq; candidiores **Terra** tulit: pro tales animae qua
libet cādidiores neq; terra tulit. **Relatiua** autē nisi sint posita: intel /
ligi minime possunt nisi in demonstratiōe. tunc enim & sine relatiuis
possumus redditua proferre: ut si ostendētes **Virgiliū** dicamus: talis
fuit **Home.** uel **Thelea** demonstrantes dicamus: tantus fuit **Hercules**
huic nomini. i. quis: qd ē interrogatiuū uel infinitum redditū qui relatiuū
ut **Quis** scripsit bucolica: qui etiā georgica. **Hoc** tātū idē quis interro
gatiuū pprio nomini adiūgitur cū uerbis substantiuis uel uocatiuis si
milē uim habētibus & pnomē etiā redditū huic. **Quis** ē trypho uel qs
nominat **Trypho** ego uel tu uel ille: uel ecōtrario cū pnomie adiūctū
quis nomen desiderat sibi reddi. **Quis** est ille uel quis uocatur? **Achil**
les. & manifestū est ex hoc quoq; q; quando nomini adiūgitur sub
stantiā diffinitā in aliqua certa plona quārimus suppositi. **Hāc** eim
solam ostendunt pronomina: quorum demonstratio sibi quoq; accidē
tia consignant: **Vnde** ad omne suppositum pertinet. **Quando** ue
ro pronomibus iungitur quis substantiam quidem intelligimus:
non etiam proprietatem qualitatis: quā nomine explanatur. **Et** est
manifestum q; loco priorum nominum pronomina accipiuntur:
cum ex eorum interrogatione propria intelliguntur. **Cum** enim dico
quis es tu uel ille sine dubio de quibusdam finitis hoc dico substantiis
in quibus etiam proprietates desidero scire. & cum a propriis quo
que pronomina redditioes fiunt: ut quis est **Trypho.** ego uel ille
Cum autem per se quis ponitur interrogatiuum: potest uerbo cuiun
que adiūgi: ut quis ambulat quis loquitur: quis legit. **Et** si pronomē
redditur: non eget altera interrogatione. **Sin** uero nomen potius eget
altera interrogatione propter multorum similitudinem nominum ut
quis currit? **Ajax.** quis ajax? **Tellamonius** uel locrius. **Qui** uero dicit

Qualis homo uicit de hominis qualitate adiectiua dubitat: cum sub
stantiam atq; actum cognouerit. Qui autem dicit: quis homo uicit:
generalem quidem scit substantiam & qualitatem persona: . specialē
autem desiderat: quæ proprio redditur nomini: ut quis homo uicit
Pompeium: Caesar. Cum uero dico quid est animal rationale mortu-
le: spectem mihi uolo manifestari: id est hominem. quæ quæ uideatur
esse communis hominum omnium: tamen est etiam propria ipsius
speciei incorporalis. Qui uero interrogat qualiter homo uicit: de ho-
mine non dubitat: sed de modo actus & nomini quidem tam substā-
tiua quæ uocatiua adiunguntur uerba. Pronomini uero tantum substan-
tiua: quia in his quæ nominantur inest substantiuum: ut **Trypho** sū
uel **trypho** uocor: non tamen substantiuus quæ sunt pronomina inest
propria positio nominum: id est uerba uocatiua. Nemo enim dicit:
Ego nominor: uel tu uocaris: uel ille nuncupatur. Ad pronomen refe-
rens uerba: quomodo **Trypho** nominor: uel **Cicero** uocaris **Virgili-**
us nuncupatur bene dicimus. Nec mirum diuersa: potestatis uerba
diuersis cōuenire cōstructionibus cum uolūtaria id est affectiua quoq;
uidemus solere infinitis adiungi: ut uolo legere: cupio scire: studeo dil-
cere. Quæritur hic quobrem cum nominatiua interrogationes per nomi-
na soleant fieri. nō etiam uerbales fiāt per uerba. Ad quod dicendum quod
nominum quidem & substantia & qualitates & quātitates & numeri
& omnia substantiuus accidētia in his ipsis sunt speciebus nominum:
substantia: ut aliquis homo: qualitates ut bonus prudens. quātitā-
tes ut maximus paruus. Numeri ut multus paucus. Itaq; sunt nomi-
na generalem significātia: uel substantiam uel qualitatem: uel quātitā-
tem uel numerum: quæ necessario & infinita sūt. Quippe cum omnia
suarum generaliter specierum cōprehēdāt i sese noīa. Vnde quidam
ea & pronomina esse existimauerūt: quia generaliter pro omnibus ali-
is accipiūt: ut nominibus: quomodo & pronomina. Sed pronomina
& finita uolunt esse & loco propriorum accipiuntur & substantiam
solam sine qualitate significāt quātum i ipsa est uoce eorum: cum su-
pra dicta generalia noīa penitus sint infinita cōfusione omniū specierū
sub se positarū. Itaq; eis utimur ad spēales interrogatiōes substantia uel
qualitatis uel quātitatis uel numeri. Substantia ut quis: qualitatis ut qua-
lis: quātitatis ut quātus: numeri ut quot. Verba uero generalē substā-
tiā uel qualitatem uel quātitatem uel numerum p se significare nō possunt.
Ideoq; quæ admodū officio adiectiui fungūtur ad uerba ad significan-

dum uerboꝝ qualitē uel quātitatem uel numerum uel tempus uel
 locum: sic etiam ad generales eorum it̄rogatiōes eadem accesserūt.
Quomodo igitur nominum substātiā quarentes quis dicimus. sic
 etiam uerbi actum uel passionem quarentes: quid agit: uel quid pati
 tur dicimus. **C**um enim deficiunt aduerbia loco eorum subcūt nomi
 na: ut **T**erētius in cunuchō: **Q**uid agitur statur. **Q**ualitatem uero cū
 quārimus: qualiter dicimus: uel quomodo: uel ut **H**orātius in secun
 do sermonum: **V**t nascidēni iuuit te cœna beati. **Q**uantitatem uero
 quantum. **N**umerum quoricens. **E**t notandum est q̄ nō solum aduer
 bia: sed etiam nomina loco aduerbiorum: ut dictum est posita frequē
 tissime inuenimus cū uerbis. **E**t quomodo supradicta generalia noīa
 sunt infinita uel it̄rogatiua uel relatiua uel redditīua. **S**ic aduerbia
 quoq; inueniūtur ut nomen infinitum quis & aliquis: sic & aduerbia
 aliquo & aliunde: & alicubi & aliqua. **N**omen it̄rogatiuū & relati
 uū qualis τοῖος καὶ ὅσος & quot πῶσοι καὶ ὅσοι. **S**imiliter aduerbiū ē
 it̄rogatiuum & relatiuum qualiter τοῖωσ καὶ ὁ τοῖωσ uel πῶσ καὶ
 ὁπῶσ. & quotiens ποσάκις καὶ ὁσάκις. **N**omē redditīuum talis & tot
 aduerbiū taliter & totiens. **E**t quemadmodū it̄rogatiua nomīa
 generalem legem accentuum seruant: relatiua uero in fine acuntur.
Sed in contextu orationis preposita: ipsum quoq; acutum in grauē
 conuertūt: ut quis uel qui cuius cui qualis quantus: sic aduerbia qua
 liter. quoricens. **L**ucanus in primo: **Q**ualiter expressum uentis per nu
 bilā fulmen. **I**dem in eodem: **C**ursumq; furoris **T**eutonici quotiēs ro
 mam fortuna lacessit **H**ac iter est bellis. **H**oc idem localia & tem
 poralia seruant aduerbiā quæ omnes generaliter species localium uel tem
 poralium tam aduerbiorum q̄ nominum sibi subiungunt. **Q**uæ uero
 tam it̄rogatiua sunt q̄ relatiua quattuor differentiās habentia: ad
 locum ut quo: in loco ubi: de loco unde: per locum qua. **H**æc enim
 quoq; relatiua quidem grauantur per omnes syllabas: quando præ
 ponuntur aliis dictionibus. quomodo & supradicta nomina: de qui
 bus in libro qui est de accentibus latius tractauimus. **N**ec mirum ta
 men aduerbia it̄rogatione uerborum poni: quæ in loco adiectiuo
 rum eis sunt. **Q**uomodo enim dico: bonus homo: celer equus: sapiēs
 uir. **S**ic dico bene uiuit: celeriter currit: sapienter disputat: cum & pro
 nomina quæ loco nominum sunt ad it̄rogationes nominatiuas so
 leant in loco nominum reddi: ut quis dixit **V**irgilius uel **H**omerus:
 uel ego uel tu ille. **E**t sciendū q̄ omnibus pene dictionibus possumus

interrogatiue uti: sed eisdem sufficienter respondetur nomine uel ad
uero uel confirmatiuo: ut si interrogem. **H**omo est ille: &
respondetur homo est: uel legit ne uel non uel etiam: doces uel doce/
ris: & doceo doceor: uel non: uel etiam aduerbium confirmatiuum.
Supradictis uero nominibus uel aduerbis. quæ generaliter omnes
in se species comprehendunt: omnibus sibi speciebus subiectis bene
respondetur: ut si dicam quis est ille: potest ad hoc omnis substantia
species responderi: supposita interrogationi: ut homo equus coruus
piscis. **S**imiliter si dicam qualis omnes species qualitatis huiuscemo/
di interrogationi bene redduntur: ut bonus malus albus niger: & si/
milia. **S**imiliter quæ interrogantibus omnes species quantitatis ap/
tissime subiunguntur: ut longus breuis magnus paruus & similia. **N**u/
meri quoque omnes si interrogatiue proferantur. quot congrue referuntur:
ut quot homines tres decem mille & similia: **S**imiliter possessiuum
infinitum: cuius cuius cuium: ad omnes species possessiuorum pertinet
ut si dicam cuius est filia hæc. respondeas recte mea uel tua: uel illius
uel priameia uel euandria. **N**ec non etiam infinito cuius gentili: oportet
tunc respondemus nominibus cunctis gentilibus: ut cuius est iste. **S**i
quis interroget perite: respondetur nostras uestras: uel græcus roma/
nus syrius & similia. **S**ic etiam aduerbiorum supradictorum ad om/
nes species sibi subiectas intendere possumus interrogationem: ut qua/
liter interroganti respondeo bene uel male uel cito uel tarde & similia
Quotiens uero interroganti: semel uel bis uel centies: & similia sub/
iicio. **S**ic etiam localia si interrogem quo respondeas huc uel illuc. **R**o/
mam uel militiam: domum uel in **I**talia. **S**i uero ubi hic uel illic: do/
mi uel militia: **R**omæ uel in **I**talia. **N**on solum enim aduerbia huius/
cemodi localibus interrogationibus: sed etiam omnia nomina locos
significantia licet subiicere. **A**d locos quidem præcedere quo. **I**n locis
uero ubi. **D**e locis uero unde. **P**er loca qua. **E**odem modo temporalia
inuenis: infinitum aliquando. **I**nterrogatiuum & infinitum & relati/
uum est quando ad quod omnia non solum aduerbia: sed nomina tem/
poralia bene respondemus: ut quando heri hodie cras ante decem di/
es: & similia. **A**ppellatiua quoque nomini infinito: quod est quis: solent
subiungi: sed magis generalia aut specialia: ut quis inuenit litteras
homo. **Q**uis utilis est aratro: bos. **Q**uis natat in mari: piscis. **S**ed ui/
detur hic quoque res indiuidua esse: cum de ipso generaliter animalis est
interrogatio. **S**imiliter si dicam: multis presentibus: quis est de no/
B. II

bis grammaticus: quis orator: quis medicus: & respondeatur ego qui
dem sum grammaticus tu orator ille medicus: loco priorum hi ac
cipiuntur nominum: cum de propria uniuscuiusque persona quam ip
sa habet grammatica uel rhetorica uel medicina respondetur: **In diffi**
nitionibus quoque solet ad interrogationes omnium rerum quae diffi
niri possunt neutrum substantiuum praeponi: & multa appellatiua
differentiam nomina ad id referri: ut quid est animal substantia ani
mata sensibilis: & per conuersionem: **Quid est substantia animata sen**
sibilis: animal. **Quid est homo: animal rationale mortale.** **Et per con**
uersionem. **Quid est animal rationale mortale: homo.** **Idem licet fa**
cere per omnes definitiones: quibus quantum ad generales & speciales
formas rerum quae in mente diuina intelligibiliter constiterunt atque
in corpora prodirent, haec quoque propria possunt esse: ex quibus gene
ra & species id est naturae rerum demonstrantur. **Est praeterea notan**
dum quod tam nomina infinita quam aduerbia singularem habent pronun
ciationem colligentem uniuersaliter numerorum: de quibus loqui
mur geminantur apud Latinos: uel assumunt cunctae: ut quisquis uel
quicumque qualisqualis & qualiscumque quantumquantum quantumcumque
Terentius in adelphis. **Tu quantumquantus es nihil nisi sapientia es:**
pro quantumcumque. **Quotquot & quotecumque.** **Horatius in secundo ser**
monum. **Viueret uertunus quotquot sunt natus iniquis.** **Vtut & ut**
cumque. **Terentius in phormione.** **Vtut haec sunt.** **Vbiubi & ubicumque.**
Vndeunde & undecumque. **Quaquae & quacumque:** **Inter aliquis & ul**
lus: & alicubi & usque & aliquando & unquam hoc interest: quod aliquis: & ali
cubi: & aliquando absolute proferuntur ut aliquis uenit ad me. **Simi**
liter & alicubi fuimus: id est in aliquo loco. **Et aliquando contingit. id est**
in aliquo tempore. **Sin autem dicam ullus pendat ex infinito omnium**
numero: necesse est enim ullus omnium intelligere: & cunctos posse
numeros ad hoc referri: nec incongrue diminutiuum esse unius dici
tur. **Et uidetur hoc ad aliquid esse quomodo summus & imus: & pri**
mus & ultimus: ad omnia dicuntur tam locis quam temporibus: uel ordi
nibus subiecta uel superposita. **Similiter usque ad omnia loca refertur.**
& unquam ad omnia tempora. **Et sciendum quod composita quoque eorum**
abnegatiua sunt omnium generaliter: quae per ea possunt significari:
& nullus omnium deorum uel hominum: uel eorum quae sunt: id est
quae cadunt sub nomine. **Similiter nusquam omnium locorum est abne**
gatiuum: ut nunquam omnium temporum. **Eadem habet differentiã**

ad simplicia infinita: illa quæ componuntur ex eis geminatis: uel quæ
 assumunt cuncta: ut quis infinitum. Ad unum per se intelligendum
 pertinet. **Horatius in secundo sermonum.** Et leporum auulsos: ut mul-
 to suauius armos. quam si cum lumbis: quos edat pro aliquis. Quisquis
 uero & quicumque ad uniuersos confuse dicitur. Similiter & quot certum
 de iderat numerum. Quotquot uero & quocumque ad uniuersos con-
 fuse dicitur. Et quis quidem simplex potest & infinitum & interroga-
 tiuum esse. Compositum uero ab eo aliquis: tantummodo infinitum
 Similiter aduerbia quo ubi unde qua & quando possunt & interrogatiua
 & relatiua & infinita esse. **Virgilius in decimo.** Aspera quis natura lo-
 ci dimittere quando Suasit equos. quando pro aliquando. Aliquo ue-
 ro & alicubi & alicunde & aliqua & aliquando: sine dubio infinita sunt
 tantum. Et quis uero. quod est substantiæ infinitum: pro qualis & pro
 quantus inuenitur. Qualis uero & quantus pro quis non. **Virgilius**
 in quarto aeneidos. Quis nouus hic nostris successit sedibus hospes:
 quis pro qualis. **Idem in sexto.** Qui iuuenes quantas ostendant aspi-
 ce uires: qui pro quales. Similiter qui aduerbium quod est a nomine
 substantiuo: quis pro qualiter accipitur. Qualiter uero pro qui: cuius
 propria significatio est propter quid non accipitur. **Terentius in an-**
dria. Quis tibi uideor: miser atque atque ego: quis pro qualis dixit. **Idem**
in phormione. Quot me centes homines iam uerberasse usque ad necem
 hospites: tu ciues: quo magis noui tanto sapius: quo pro quanto. **Idem**
in eunuchio. Qui istuc: qui pro quomodo. **Idem in andria.** Qui: quia
 te noui: qui idest propter quid. Et hoc tamen & alia quoque omnia ad-
 uerbia interrogatiua ad multas tendunt species interrogationum: quo-
 modo & supradicta localia & temporalia. Et sunt eadem & relatiua:
 ut cur quia $\Delta\iota\alpha\ \tau\iota\ \kappa\alpha\iota\ \Delta\iota\omicron\tau\iota$. **Horatius in primo carminum interrogati-**
ue. Cur apricum oderit campum: Idem in eodem relatiue. Et altis ur-
 bibus ultima steterit causa: cur perirent funditus. **Cur $\Delta\iota\omicron\tau\iota$.** **Idem in**
eodem. Heu miserabiles decantas elegos: cur tibi iunior læsa prænite
 at fide. **Cur $\Delta\iota\alpha\tau\iota$:** Quia similiter **Virgilius in quinto interrogatiue.**
Heu quia nam tanti cinxerunt æthera nymphi: Quia $\Delta\iota\alpha\tau\iota$. **Terenti-**
us uero in adelphis: Quia præter speciem euenit: relatiue dixit $\Delta\iota\omicron\tau\iota$.
 Omnes enim species causarum eis respondentur: quomodo illis om-
 nes species localium uel temporalium aduerbiorum uel nominum.
 Quæ uero non ad diuersas pertinet species aduerbia interrogatiua esse
 non possunt. ut hortandi eia: uocandi heus: respondendi hem: & similia.

Inuenitur tamen quisque pro quocumque: qualisque pro qualiscunque. Si-
militer aduerbia quoque pro quocumque: quaque pro quacunque qualis
pro qualiscunque quandoque pro quocumque: **Virgilius in septimo.**
Quam matres audite ubique: latina: pro quacumque. potest tamen hic &
ubi pro ubicumque accipi. **Quorsum** quoque ex quo & uersum composi-
tum tam interrogatiuum quam relatiuum & infinitum esse potest omnium
localium ad regionem aliquam uergeri demonstratiuum: ut si interro-
gem: **Quorsum** uadis: bene redditur horsum istorsum sursum deorsum
dextrorsum sinistrorsum: orientem uersus occidentem uersus &
similia. **Idem** & relatiuum est cum grauatur: ut si dicam quorsum ille
ierat: & ego iui. Et infinitum: quorsum ille uadit & tu uade. **Quod** quoque
& infinitum & interrogatiuum: & relatiuum est. accipitur enim pro
quousque & pro quando: quod triplicem habet significationem ut ostē-
dimus. **Terentius in phormione** **Q**uid semen quo adexpectatis ue-
strum. **Interrogatiue** dixit: **Idem** relatiuum est: ut quoad iussisti pa-
rui. **Infinitum**: ut quoadlibet scribo. **Similiter** quousque ad quod tem-
pus: uel usque ad quem locum: & interrogatiuum & relatiuum & infi-
nitum potest esse: **Interrogatiuum** ut **Cicero in primo inuectiuarum.**
Quousque tandem abutere **Caeciliana** patientia nostra: **Relatiuum** ut quo-
usque usum est doctori didici. **Infinitum** ut quousque uideatur tibi ue-
nio. **Et** localia quidem aduerbia pro temporalibus frequentissime ponunt
auctores. **Temporalia** uero pro localibus nunquam. **Virgilius in quin-
to.** **Hic** patris aeneae suspensam blanda uicissim **Gaudia** pertentant
mentem. hic pro tunc: **Idem in secundo aenei.** **I**nde thoro pater aeneas
sic orsus ab alto. **I**nde pro postea & deinde.

De his quae possunt accipi loco articulorum.

Quoniam de his quae loco articulorum accipi possunt apud
latinos in supradictis ostendimus: & de generaliter infini-
tis uel relatiuis uel interrogatiuis nominibus: quae relatio-
nis causa stoici inter articulos ponere solebant. **Et** de aduer-
biis quae uel ex eis nascuntur: uel eorum diuersas sequuntur signifi-
cationes: consequens esse existimo. **De** pronominum quoque constructio-
ne differere. **Articuli** enim nominibus in oratione accipiuntur. **Ea** ue-
ro pro nominibus neque apud graecos: tamen pronomina demonstrati-
ua: quippe praesentes ostendentia personas quae in prima sunt cogni-

tionem articuloꝝ capatia esse possunt prepositiuoꝝ: quibus lati/
nitas caret: sicut docuimus. **E**t manifestum est q̄ ideo & casus recipi/
unt pronomina: ut pro toto nomine subeant: idest pro omnibus eius
casibus: personarumq; omnium discretiua sunt: ut quod deest nomi/
ni: idest personarum discretio: ea loco illorum prolata compleant: &
nominis quidem habent casus: uerbi uero personas. **I**taq; undiq; de/
clinantur duas generales declinationes a substantia: unam nominis
alteram uerbi. **N**ec per confusionem: sed per aptissimam partitionem
Terminationem enim iniecerunt casualem declinationem: principio ue/
ro personarum diuisionem. **E**st enim planū q̄ si in eadem parte dua/
fieret declinationes cōtingebat casus mutationem impedimento fieri per/
sonarum discretioni. **E**t e contra personarum transitiōe corrupit casu/
um proprietatem: quare casum quidem discernēs efficit mei mihi me
personam uero mei tui sui: personam uero & casum: me tibi se: & in
omnibus diffinitum est supradictis idest personis & casibus: i quibus
etiam numeri manifestantur propter distributionem: quæ i utraq; par/
tem eorum discessit idest p̄cipium & finem. utraq; tamē declinatio
tam casuum q̄ personarum ad p̄prias partes absistēs idest ad nomē
& uerbum sine utebatur: ut bonus bona bonam: boni bonæ boni: scri/
bo scribis scribit. **N**on arbitror necessarium esse si quis quærat quare
autem i pronome nō cōcedebatur personis magis terminatio quem
admodum i uerbis quā p̄cipium: quia oportebat semel uni cōcede/
re parti finem: & sic est dicē dum rationabiliter casuali quippe cū pri/
us est nomē uerbo: quemadmodū ostēdimus. & manifestū est q̄ eius
p̄prietas idest casus iure obtineat finem. **P**raterea pronome est q̄ p̄
nomine accipitur: & imitatur nomē: & certum quidem accidēs ē eius
significationi: idest substantiæ quæ inascitur persona: & si terminatio
optinet maxime partes orationis. **F**inis autem pronominis casus est
Optinebit ergo p̄ finem ut p̄nomen uocet: quippe quo imitat̄ nomi/
nis p̄prietatem idest casū: quāuis etiā uerbi subit p̄prietas. i. p̄sona Et
oportere iudico atēquā de sigilloꝝ cōstructione p̄nominū dicā differe
de eorū p̄prietatibus ex quibus manifestū tradēdæ fiat documētū cō/
structionis. **Q**uoniā igit̄ prædictū ē de præcipua & singulari demōstra
tiōe p̄nois: quæ fit in utraq; pte i p̄cipio p̄sonarū i fine casuum: de cæ/
teris uideamus. **A**pud grecos alia sūt demōstratiuoꝝ absoluta p̄no/
minū: alia discretiua. **A**bsoluta dicunt̄ quæ nō egēt alterius adiūctiōe
p̄sonarū: q̄ ἑγκλιτικά. i. inclatiua ap̄d illos sūt ut ὁ δικός μου ὁ υἱός σου

Discretiua sunt quæ egēt adiunctiōe aliarū personarum: quæ ὁμοῦ τὸ
νόου μενὰ uocāt: ut ἐμοῦ κατὴν ὑποθέσαντος οὐδὲν τὰ. **N**ecessè ē enī aliā
iferre psonā: quomodo ī cōparatiuis noibus: necessè ē de ea alias fieri p
sonas. **A**bsoluta uero eorū idest positiua p se pferunt. **A**pud nos autē
pnoia eadē & absoluta & discretiua sunt. **A**bsolute ut uidet me: uel
discretiue uidet te uel me illum autem non. **N**ominatiuus tamen pri
mæ uel secundæ personæ pronominum si uerbo iungatur: quia uerbū
per se absolutam magis personam significat: plerunq; discretiuis est
ut ego dico ille autem non. **A**ccidit pronomini relatio in tertiā perso
na: per quā prædicta nomia per recordationē pnomīnātur: idest per
pnomē significantur: ut iuppiter postq; troas & **H**ectora nauibus ap
pultit: ipse reiecit oculos claros. **E**t sciendū q; demonstratiua pnoia nō
aliquorū prædictorū loco nominū quō relatiua. sed eorū quæ pferri de
mōstratiue nō possunt accipiunt. **R**elatiua uero prædictorū quidē lo
co nominū: sed quæ iterū accipi nō possunt. **S**i quis enim p ipse reiecit
oculos claros ponat iterū: **I**uppiter. **N**on colligit duas orationes ad lo
uē. sed quasi principiū alterius facit orationis. **P**otest autem p prium
nomen & ad diuerlas pferri psonas: ut si dicam. **A**iax uenit ad troiā.
Aiax fortiter pugnauit cum troianis: uel cōtra troianos. **D**ubiū est an
de eadem dicam psona: cum duo eiusdē nominis fuerint. ad quos su
prædicti actus p̄tinere possunt. **S**in autē dicam. **A**iax uenit ad **T**roiā
Idem fortiter pugnauit contra troianos: de una intelligo persona. **I**n
omnibus igitur relatiuis pronomīnibus una eademq; est oratio ex su
prædicto nomine pendens. **L**icet autem pro relatiuis pnomīnibus no
mina ponere: & orationem mutare ut **I**uppiter tonat. **I**uppiter fulmi
nat. **H**æc enim omnes orationes singulæ per se possunt pferri & inui
cem conuerso ordine præpostere dici: **C**um non ad priorem refertur
secunda: quod facit pronomē relatiuum: quod ad prædictum nomē
refertur. **Q**uotiens uero ille uel hic non ostendendum aliquid ante
oculos referunt: oportet intelligere: q; eorum demonstratio ad intel
lectum refertur. **I**taque quædam sunt oculorum demonstratiua: ut
ego & tu: quædam & oculorum & intellectus: oculorum: ut hic uir.
Hic est tibi quē p̄mitti sapius audis. **I**n intellectus: ut **H**ic pietatis ho
nos: sic nos ī scepra reponis. **P**ræterea sola pronomina diuersis uoci
bus: diuersas faciunt tertias personas: cum uerba una uoce ad plures
psonas p̄tineant tertias. **D**icimus enī scribit **P**robis aut **S**eruius: uel
quicūq; potest hunc actū suscipere: nō tamē hoc etiā in pronomīnibus.

Nam relatiua quidem sunt ipse uel is uel sui : quod primitiuum est .
Demonstratiua uero hic iste & ille. Sed interest q̄ ille spacio longiore
intelligitur: iste uero propinquiore. hic autem nō solum de praesente:
uerum etiā de absente possumus dicere ad intellectū referentes demō-
strationem: ut praedictum est: ut **Hoc** regnum dea gentibus esse. **Vir-**
gilius in primo: Ad absentē carthaginē rettulit demōstrationem. **Iste**
uero plerūq; ad oculorum demōstrationem profertur: **Ut Vir. in se-**
xto. Non hae ista sibi tempus spectacula poscit. Inueniuntur tam en
hoc de absentibus protulisse auctores: uel de his quae cerni nō possūt
ut supradictū est. **Virgilius in undecimo.** Sed nunc est omnia quādo
Iste animus supra **Terentius in adelphis.** **Iste** tuus ipse sentiet poste-
rius: cum de absente aschino dicat: **Ille** quoque cum etiam relati-
uum tam de absente quam de praesente potest accipi: ut sic **Iuppiter**
ille monebat: & **Tu** ne ille aeneas: & **Ille** ego qui quondam gracili mo-
dulatus auena **Carmen:** Licet tamen per figuram conuersionis: id est
κατὰ ἀπὸς ὀφρον absentis quasi praesentis loquendo uti secunda per-
sona: ut **Luuenalis in secundo.** **Tu** ne duos una saeuissima uipera coc-
na: **Tu** ne duos: Quomodo tamen apud graecos additus in quibus-
dam pronomibus ad uim significationis intendendam: ut ἐκαίνοσι
δύτροσι δάι: sic etiam apud nos met pre te ce addita intendunt signi-
ficationem: ut egomet tute meapte nostrapte huiusce: de quibus cum
de pronomine tractabamus latius diximus. **Diffiniuntur** autem per
sonae pronominum non solum demonstratione: quae praesentium
cognitionem sub oculis ostendit: sed etiam relatione: quae absentium
recognitionem habet. **Itaque** bene dicebat **Aristarchus** coniuga esse
personis pronomina cum similiter & coniuncte per omnes personas
diffiniuntur uel demonstratione uel relatione. **Verba** uero inconiuga
cum in prima quidem & secunda persona finiuntur. **In** tertia uero nō
nisi praecipuum sit ad quem unum pertinet actus: ut fulminat &
tonat de **Ioue** solo intelligimus: non q̄ uerbum tertiae personae finitū
est: sed quod is quis eius significationem agit: proprium habet hunc
actum. **Manifestum** est igitur quod ideo diuersae sunt pronominis
positiones in tertia persona: ne una uoce diuersae significetur personae
Cōsequatur eim ut ipsae quoq; infinitae essent: quō in uerbis tertiae
personae quod cōtrarium erat pprietati pronomini. **Quippe** cū una
dictio plura significat infinitatis causa sit hoc. **Præ**terea aliae quidē par-
tes casuales a nominatiuo genitiuū: & ceteros casus ad consequentiā

nominatiui solēt perficere. **P**roportionalia uero pronomina idest ego tui
mei sui tibi sibi. **P**ositiva magis per singulos casus declinantur cū nō
potest ego secundum rationem casualium mei genitiuum adhibere:
neq; tamē mei genitiuus mihi & me oportune asciscit: **N**umeris quo
que positue communitas ego mei nos itū tui uos: **N**ullus enim ge
nitiuus qui non ex nominatiuo sit cōuenienter declinatus: potest nu
merum pluralem nominatiuo consequentē exhibere. **D**clinatus enī
a nominatiuo congrue huic declinat tam sequentes casus q̄ numeros
Itaq; & ἑτερόλιπα idest diuersiclinia: necessario consequitur aliquis
nominatiuus aptus genitiuo: ex quo reliquæ figurationes tam nume
ros: q̄ casuum reddantur: ut iter itineris genitiuus fecit itineri & itine
ra: & ex hoc quoq; nominatiuus iter necessario accipitur. **S**imiliter
precis & uicis & frugis & lateris: qui sunt genitiui: faciūt datinos pre
ci & uici & frugi & lateri: & preces & uices & fruges & lateres. **Q**ua
propter oportune inerūt nominatiui supradictis nominibus & prex
& uix & frux uel frugis & later. **E**rgo genitiuus mei non declinatus:
sed positue factus cōsequentiā tam casuum q̄ numerorum recusauit.
Ille autem & iste & similia cum genitiuum a nominatiuo habent de
clinatum habuerunt etiam reliquos casus & numeros consequentes.
Sed forte quarat aliquis cur consequentiā euitauerunt pronomina
& cur non nomina. **N**ominum positio inuenta est ad significatiōē
qualitatum uel communitatum uel proprietatum: quæ sunt innumerabi
les: ut homo: **P**lato. **E**t quoniam neq; demonstratiōē: quibus habēt
ea neq; relationem finiuntur personæ pronominum innumerabiles in
eis. i. nominibus positio fiebat: & singulorum figuratio nominum sin
gulis reddat suppositorum suam qualitatem: quare non mediocriter
disturbant qualitatis significatiōem: cum in unā concidant uocem
nominum positiones tam in propriis q̄ in appellatiuis. inde caruit di
finitione persona ea quæ in nomine ipso intelligitur: nec mirum cum
propria quoque nomina quāuis ideo ponantur ut unumquemque ab
aliis omnibus discernant: **I**ncerta sunt tamen: cum non possint om
nes eius qualitates quæ illū separant ab aliis omnibus ostēdere absq;
demonstratiōis auxilio: quæ fit per pronomē. **Q**uāuis enī sciamus q̄
poeta fuit **V**ir. & filius **M**arōis cernētes eū si posset fieri: nesciebamus
eius ēē hoc nomē nisi si quis nobis eū demonstrās dixisset: hic ē **V**irg.
ppter quod p singulas figuratiōes seperatus nominatiuus exigebat obli
quos casus cōgruos proprietati suæ: ne fieret incerta significatiō tam

confusa. Idem etiam genera necessario subeunt : ut cum qualitate si-
gnificationis discernant etiam genus. Inde inuenta sunt etiam adiecti-
ua positiones: ut consequentia nominibus communibus uel propriis
cōpleantur: ut equo albus uel fortis. Platoni uero sapiens uel bonus
adiicitur. Marci graduius: & multa alia quæ possunt accidere. Vn-
de etiam cōpositiones sunt inuētæ: ut beneficus maleficus omnipotēs
quæ ex accidentibus cōficiantur: quæ sunt qualitatis uel quātitatis
Pronomina uero ea quæ ad nihil aliud aspiciunt per demonstratiōem
nisi ad propriam aliquam substantiā: & ad ei accedentes qualitates: quæ
possunt oculis cōspici: ut album uel nigrū: longū uel breue: uoce autē
ipsa pronominis non manifestantur nisi substantiæ. iure plurimas re-
cusauerunt uocū figurationes: quippe cum singulæ eaz per singulos
casus pro omnibus accipiuntur nominibus. In oibus enim rebus sub-
stantiæ quidē singulæ sunt. qualitates uero multæ: quæ noīe possunt
intelligi. Quod si uerum est naturaliter abstinet ab eis nominum con-
sequēs declinatio: ne cū pro omnibus accipiātur nominibus uni eoz
terminationi succedant: & cū unicam ad oīa quæ sunt habeāt signifi-
cationē: & una uoce generali proprietates omnium demōstrēt: unicā
habuerūt etiam uocis declinationem ut singulas uariet per sonatū &
casuum prolationes: nulli obnoxia regulæ quæ in unicis nec locum ha-
bere uocibus poterat. Manifestum est autem quod & prima & secun-
da persona quibus sola est demonstratio singulas habent uoces. Itaq;
genera quoque omnia non abscessa propriis terminationibus: sed per
eundem finem cōgruam habuerunt positionem. Quippe cum per ea
demonstratio substantiam per se significat absque discretione generū.
Ille autem & ipse & hic & iste & is: quia in diuersis tertis poterāt esse
personis absentibus uel præsensibus: uel longe uel iuxta positis diffi-
nitionis causa manifestādæ: etiam genus cū sequenti declinatiōe acce-
perūt: Quēadmodum noīa: sic etiā pnoīa per singulos casus similiter
cum uerbis cōstruuntur: noīatiuis quidē intrāsiuue: obliquis uero trā-
siuue uerba cōiunguntur: ut Theotistus uel iste currit: Theotisti uel
istius misereor: Theotisto uel isti præbeo: Theotistum uel istū uideo:
Ablatiuus etiam ceteros obliquos sequitur. Theotisto uel isto gau-
deo. Nam uocatiuus quoque intransitiue secundis adiungitur uerbo-
rum personis: cum proprius sit naturaliter secundæ personæ: ut The-
otiste uel tu noster doctor legis: uel lege: *Virgili. in. x. Vigilas ne deū*
genus ænea: uigila. Obliqui tamen constructionem uerboz quæ sit

Intrāsitiue cum nominatiuis accipiunt transitue nisi sint uerba abso-
luta: ut **Theotistus** uel **iste uiuit**: **Spirat** **floret** **uiget** & similia. **Ea** cū
nō egēt obliquorum adiunctiōe: id est transitioe in alias personas af-
fectus tamen singulorū ostēdētibus uerbis: ut **docco** **istum**: uel **Theo-**
tistus docet **Priscianum**: **Ego** **doceor** **ab isto**: **tu** **doceris** **ab illo**:

De impersonalibus quæ semper obliquis iunguntur.
Sciendum autem quod impersonalia siue transitue siue intrā-
sitiue proferantur obliquis casibus iunguntur: nisi per dese-
ctionē proferantur. Intransitiue ut **curritur** **a me**: **pro curro**:
uel **statuor** **ab te** **pro stas**: & **sedetur** **a illo**: **pro** **sedet** **ille**. quibus in cis quoque
potest ipsa res intelligi uoce passiuā: ut **curritur** **cursum** & **bellatur** **bel-**
lum. Vnde etiā si nō addatur a quo potest tamen sensū cōplere ipsius
rei quæ agit. **Vir. in. vii.** **Certatur** **cōminus** **armis**. **Ter. in eunu.** **Quid**
agitur: **statuor**. **Transitiue** ut **miseret** **me** **tui** **pudet** **te** **mei** **pœnitet** **illū**
sui. **Mei** **autē** & **tui** & **sui** **genitiuos**, hic intelligimus primitiuos: qui qui-
dem etiā possessiuorū sunt genitiui. **Nec** **mirum** **eandē** **uocē** **mutatio-**
ne **significationis** **ad** **aliā** **speciē** **trāsire** **cū** **soleat** **diuersa** **significatio**
easdē **uoces** **etiam** **ad** **alias** **partes** **transfere**: ut **noīa** **in** **aduerbia**. **Sub-**
lime **uolār**: **p** **sublimiter**. **Sole** **recens** **ortō**: **p** **recenter**. **Et** **cōtra** **aduer-**
bia **in** **noīa**: ut **spōrē** **sua**: & **mane** **nouū**: & **participia** **in** **noīa**: ut **amās**
δ **εργασίας** **sapiens** **δ** **σοφός** **doctus** **δ** **επιστήμων** **factum** **τοῦ** **εργον**. **Ca-**
rent **eī** **tempora** **in** **his** **significationibus**. **Igitur** **nō** **uoces** **magis** **ua-**
lēt **in** **partitione** **dictionū** **quā** **eā** **significationes**.

De pronomibus loco nominū positis.
In loco nominū pronomia ponuntur nō ut quidā existimāt pro-
pter nominū ignorantia: quæ eī ignorantia ē nominū ut
dicat **Aeneas** **ad** **Didonē**. **Ego** **te** **quæ** **plurima** **fando** **Enu-**
merare **uales**. **Sed** **manifestum** **est** **quod** **quia** **non** **possunt** **noīa** **in** **prima**
& **in** **secunda** **esse** **persona**: ut **ostendimus**. **At** **dicit** **aliquis** **quid** **igitur**:
num **etiam** **ignoratis** **nominibus** **dicimus**: **ego** & **tu**: **ad** **quem** **respō-**
dendum **est** **quod** **ex** **accidente** **hoc** **fit**: id est **demonstratione** **propria**
qualitatis: **cum** **similiter** **etiam** **cognita** **nomina** **pronominalē** **sæ-**
pe **exigunt** **demonstrationem**: **non** **minus** **tamen** **sic** **quoque** **loco** **leo-**
rum **accipiuntur**: **Vi** **enim** **proprium** **nomen** **intelligitur** **per** **prono-**
men **non** **dico** **uocis** **nomen**: **sed** **quod** **ex** **ea** **ostenditur**: id est **propria**
qualitas **suppositi**: **in** **qua** **sunt** **propria** **nomina**. **Quamobrem** **ad**

nihil utile pertinent pronomina si careant personis ostendentis: & eius quæ ostenditur. Itaque cum scribuntur per se pronomina nimirum infinita sunt: scilicet cum a sua materia excidunt: id est demonstratione propriae qualitatis: unde rationabiliter qui sibi inuicem scribunt solent nomina propria præponere: sine quibus perfectio orationis non constaret: cum ponatur pronomina tam primæ quam secundæ personæ propter accidentes actus tam scribenti quam illi ad quem scribitur: præpositis nominibus propriis. ut **Cicero bruto. vi.** ad ea demonstrationes faciunt pronomina. Si enim ponatur **Ego tibi dudum scripsi: ostendi per pronomem ego nominis præpositum nominatiuum. per tibi autem dative secundæ personæ: qui loco datiu nominis præpositi accipitur.** Nec dubium est quod sublatiis nominibus antepositis. etiam pronomina infinita sunt. Est autem causa propter quam nomina non possunt accipi in prima & in secunda persona: quam superius quoque diximus: uel quod substantiæ & qualitates generales & communes & speciales & indiuiduæ in quibus sunt nomina: non habent certam discretionem personarum: ut puta omnis homo & substantia potest dici: & animal & homo: & nominari **Plato uel Cicero:** uel quod ex propriis nominibus potest imponi uni alicui ex omnibus. Prima autem persona ad nullum pertinet nisi ad ipsam qui loquitur. Nec secunda: nisi ad eum in quem intenditur sermo: uel propter hoc: uel etiam propter illud: quod non ipsi nobis imponimus nomina: quod est suum primæ personæ. Nec ad eos qui nascuntur intendentes sermone: quod est secundæ personæ: eorum positionem: id est nominationem facimus. Necessæ ergo in tertiam personam concedere nomina per omnes casus absque uocatiuo qui primus transfert positionem a tertia persona in secundam: propterea quod per eum fit demonstratio præsens: eius in quem facta sit positio nominis. Illud quod manifestum est: quod a nobis uerba facientes: id est proferentes ad alias personas: debemus ea intendere: & apparet quod non licet nominibus uti: quod tertiarum sunt ea personarum: sed ratio exigit a prima ad secundam fieri uerba. Quam obrem subierunt pronomina hoc quod non poterat nomen completia. Cum dicimus ego tibi scripsi. Prædicta est autem causa quapropter pronomem unum pro omnibus accipitur nominibus: id est quod demonstrationem uel relationem habet alicuius certæ substantiæ quæ omnibus propriis nominibus una eademque uoce significanda est. Nemo tamen putet quod nihil usus habent tertiæ pronomina

personæ cum nomina in eam possunt personam accipi: & dicat si pos-
sint in prima & in secunda inueniri nomina persona. fortassis nec ex-
cogitarentur pronomina. Nam possumus ad hoc dicere q̄ pronomi-
na semel nominum loco nata: ex accidente habuerunt etiam demon-
strationem. Sub oculis enim omnes eorum personæ plerunque cer-
nuntur: Itaque præcipuum habuerunt accidens: id est demonstratio-
nem quæ profecta per coniunctionem primæ & secundæ personæ: per-
uenit etiam ad tertiam: quare excogitata sunt pronomina in tertia per-
sona. Non igitur q̄ non habet tertias personas nomen: ideo excogita-
ta sunt pronomina. Sed quoniam expertus est demonstratio: quæ est
in pronomibus. Itaque inest utrunq; in illo **Virgilio**: **Hic** augustus
& omnis **Iuli** progenies: satis necessariū. Quia enim cernitur **Augu-**
stus demonstratione usus est per pronomen quæ nomine fieri non po-
terat hic. **Ut** autem qualitatem quoq; propriam ostēderet p̄sonæ quā
demonstraret addidit **Augustus**. **His** itaque se habētib; certum est:
quod si dicam **Priscianus** scribo & his similia: sine dubio incongrue
dico. **Nec** propter aliud quid: nisi propter personarum inconsequentiā
Tertiam enim personæ est nomen: uerbum uero primæ. **Est** igitur con-
sequens quod in duabus tertiis profertur: ut **Priscianus** scribit non ta-
men omnino ubique hoc obseruamus. Quæ enim substantiam signifi-
cant uerba uel nominationem asciscūt aptissime nomina & in prima
& in secunda p̄sona: quod nō est in aliis cōsequēs: ut **Sum** pius **æneas**
Cicero nominor & his similia. quibus enim græcorum auctores inueni-
antur licentia solita utentes. & in aliis quoq; uerbis primæ & secundæ
personæ cōiūgētes nomina: ut **Homerus** μή κέ τ' ἐπει τόδ' ὄσ' ἢ κέρη
μοίσιν ἐπει. **Euripides** in hecuba. ἢ κὼνεκρῶν κενοῖ ὦν κί σκοτοῦ
πύλασ λιπῶν ἰν' ἄδης χωρί σῶκίςαι θεῶν πολυδωροσ. **Idem** in bac-
chi. g. in quibus oibus deest ego. **Nostri** quoq;: ut **Iuuenas**. i. iiii. **Nā**
cū his cōiūgia mihi p̄missus habebis **Euādæ** uenies titynthius **Haud**
minor illo **Hospes**. deest enī tu. **Supradictis** uero: id est substantiis &
sine p̄nomie bene omnes adiungūtur p̄sonæ: & uocatiuis uerbis. Cū
cū ipsa uerba per se substantiā uniuscuiusq; p̄priā colligant. uel sub-
stantiæ nominatiōem necessario relictis p̄nominibus: quæ ipsa quo-
que solā substantiam quātū ad uocē significāt: ad nomia se applicāt: quæ
propriam qualitatem demonstrāt: seu generalem seu specialem: ut ho-
mo sum: **Apollonius** uocor: unde ego sum: uel ego uocor per se ne-
mo dico: cum duplicata substantiæ demonstratio sine qualitate nil

perfectum significaret: non enim erat possibile propriam positionem
quæ significatur nomine proprio attribuire uoci communi: id est ad
omnes generaliter pertinere quod est pronome si diceremus. **Ego** sum
ego nominor: uerba ad pronome referetes. Nam significationem non
proprie qualitatis: sed quæ communiter omnibus accidit essentia: de
mōstratiuæ faceremus: ad quam pertinet ego. Eadem ratio i cæteris
quoque personis est. Manifestum est igitur q̄ quia consentur suam
positionem nominum supradicta uerba: id est nominatiōem euocāt ea
a tertia ad primā: quādo dico **Priscianus** sum: uel **Cicero** uocor: cum
specialem substantiam quam pronome additum demōstraret: habeat
in seipsum uerbum substantiuum uel uocatiuum. Itaque frequēter iue
nimus demōstratiuis pronomibus positis: nō posita supradicta uer
ba tamē intelligi: **Vt Virgilius in sexto. aeneid. Hic** **Caesar** & oīs **Iuli**
progenies. Adeo quoq; demōstratio huius ē causa q̄ ad uerbis quoq;
demōstratiuis sæpe positis nō est necesse addere supradicta uerba: **Vt**
Virgilius in secūdo aenei. Tu ille **Aeneas** quam **dardanio** **anchitæ**:
Idem in. iii. Nam **polydorus** **ego.** **Idē in eodem. Ecce** tibi **aufoniae** **tel**
lus: hāc **arripe** uelis. **Nec** non etiā substantia: posito nomine frequēter
deficiūt uerba substantiua. **Luc. in. i. Quis** furor o **ciues** quæ tāta **licen**
tia ferri: **Vir. in. iiii. aene. Quis** tibi tūc **dido** cernēti **talia** **lensus**: **Quos**
ue **dabas** **gemitus**: **Et** **qualis** & **quātus** positis infinitis: p̄ quibus etiā
quis ponitur. Deficiūt sapius uerba substantiua quomodo ēt partici
piis: ut **Iuuenalis in. iiii. O** **qualis** **facies** & **quali** **digna** **tabella.** **Vir. in**
primo aene. Certe hinc **romanos** olim **uolūtibus** **ānis:** **Hinc** forte **du**
ctores **reuocato** a **sanguine** **teucri:** **Qui** **mare** **qui** **terras** **omni** **dicione**
tenerent **Pollicitus.** **Non** tamen si dicamus: **Cicero** **accuso** **bene** **dici**
tur: sicut **Cicero** **sum.** **Non** enim **accusationis** **uerbum** **propriatatem**
sic significaret **substantia:** quomodo **substantiuum** **uerbum** **uel** **uoca**
tionis: quæ per **uerbum** **indicatur** **uocatiuum.** **Participiis** quoq; quæ
tertia **sunt** **personæ:** quomodo **nomina** **substantiua** **bene** **lociamus** **uer**
ba: ut possint loco **trium** **uerbi** **personarum** **fungi:** ut **amatus** **sum** **es** **ē**
Quæ si **deficiant** **infinita** **pro** **his** **subeunt** **nomina** **substantia** **cum**
uerbo **ut** **ego** **um** **qui** **amor:** id est ὁ φιλοῦ μένος: uel **tu** **es** **qui** **ama**
sti: id est ὁ φιλήσας. **Hæc** enim **desunt** **apud** **nos** **participia.** & **at**
tende **in** **his** **quoque** **quanta** **uis** **est** **substantiam** **significātiū:** quod
& **loco** **participii:** quod & **substantiam** **ipsius** **qui** **agit:** uel **patitur**
& **actum** **uel** **passionem** **significet:** accipitur **nomen** **substantiuum**

cum uerbo: ut quid est amans: qui amat: quid est nascens qui nascitur
Et loco uerbi participium cum uerbo substantiuo: ut prandens sum p
prandi: meritis sum pro merui. **E**t nota quod cum & nomē: ut supra
diximus: & uerbum substantiuum inuicem: hoc cum participio posi
tum loco uerbi: illud cum uerbo loco participii fungitur: ad omnes p
sonas pronominum refertur. **E**go sum qui scripsit: tu es qui scripsisti ille
est qui scripsit. **Q**uomodo autem pronomibus uocatiua uerba non
adiunguntur: sic nec participiis quippe ad nominationem pertinentia
Substantiua uero aptissime adiunguntur cum actus & passionis esse
tiam cum participiis significant: ut amatus sum: amatus es: amatus
est. **D**einde dicendum est de constructione pronominum ad uerba. **O**b
liqui casus pronominum omnimodo ad uerba referunt: quomodo &
nominū: ut illius misereor: illi noceo: illum accuso: illo nitior. **E**x qua
constructione intelligitur qualis nascitur affectus personae: sed nō re
ciprocatur quod dicimus. **N**ō enim omnia uerba obliquos desiderāt
casus nominum uel pronominum: quomodo omnes obliqui casus
uerba desiderant: quoniam quaedam ex his perfecta sunt & absoluta
quaedam defectiua: ut si dicat: ambulat homo uiuit currit sedet: & si
mili. quae sunt absoluta non egent obliquis casibus. **S**i dicam. **A**c
cusat uidet: in simulatur imperfecta sunt: & egēt obliquorum casuum
adiunctione ad perfectionem sensus: sed de his oportunitus separatim
cum de uerbi constructione tractabimus dicetur. **Q**uidem tamen puta
uerunt perfectiorem uerborum constructionem esse: si pronomina af
sumant: ut ego scripsi tibi: & similia. cuius approbationem dicunt esse
eam q̄ cum diu: ego quidem affui: tu uero non si tollas pronomē in
congrua uel in cognita crit locutio. **S**ed hoc facit maxime coniunctio
quidem. **I**taque ego non arbitror quod dicunt uerum esse generaliter
Non enim omnino egēt pronomibus uerba: idque affirmatur non
ex poetica solum constructione: cui licet & deficere & abundare. sed ex
communi elocutione doctorum: & maxime a scriptorum constructi
one: qui sine metris scribentes perspicaciter magis ea utuntur: & ex ui
spis orationis solent: **Q**uod necessarium est apponere. **C**um mani
festum est de obliquorum constructione: **S**ciendum quod insunt in
quibusdam partibus orationis etiam aliarum partium intellectus: ut
si dicam. **A**jax. intelligo hominem: & unum per numerum singu
larem si dicam: **A**nchisiades: intelligo genitium singularem
primitiui: & filius cum nominatiuo singulari. **S**i dicam diuinitus

intelligo nomen: cum ex præpositione id est ex diis. Si dicam fortior i
telligo magis: & positium primitiu: id est fortis. Innumerabilis est enī
huiusmodi exemplorum copia: nec est dicendum quod si dicam.
Anchisiades deest & debet ei addi filius: & si addatur poetica est licē
tia: quomodo & præpositiones solēt & minuere: ut **T**erētius i andria
Ad te aduenio spē salutē auxilium expetens. **V**irgilius in primo anei
dos. **S**celere ante alios immanior omnes **A**n̄te enim cū comparatiuo
positum auctiōem auctiōni addit. **T**erentius in ādria. **P**ost deinde
quod iussi ei dare bibere abundat post. **I**dem in eadē. **P**ernimium nō
laudo: per superuacuum esse uidetur. **Q**uanuis amplioris significan
tia causa potest accipi. **I**dem in eadem. **A**b hinc triennium: pro hinc.
Item subtrahitur præpositio. **V**irgilius i primo. **I**taliā fato profugus:
deest ad præpositio. **N**eque si dicam **A**iax: quod est singulare deest
unus. **I**n uerbis igitur similiter accidūt: quæ una cum eis intelligun
tur: ut in indicatiuis ipsa indicatiō & quæ ex ea itelligitur affirmatiō
Vnde ad interrogatiōnes respondentes etiam aduerbium confirma
tiuum uel non: uel uerbum indicatiuum reddimus: utpote habēs in
se affirmatiōem: ut interroganti legis: etiam uel non respondemus
uel lego. **S**ed & de his in constructione uerborum subtilius tractabi
mus. **I**nest etiam singularis numerus in uerbo scribo: nec eget ut ad
datur unus. **M**anifestumq; est q; etiam nominatiuus pronominis in
est uerbo. **E**rgo si supradicta non desunt: quia intelligitur. nec prono
men deest. **N**ec tamen si addatur uituperanda sit cōstructiō. **E**st eim
quando amplioris causa significationis adiunguntur ea quæ possūt
etiam si non addatur intelligi: ut legis: etiam lego. **E**cce enim quis
hic aduerbium etiam per se positum intellectum habeat uerbi prædi
cti: interrogatiōne tamen additum non fecit uitiosam oratiōem: sed
magis certiozem. **F**irmior enim fit promissio duplici confirmatiōe.
Similiter unum hominem dicimus ambulare ad diuersorum multi
tudinem: non ideo q; ipsi homini cum singulariter dicimus: non in
hæreat etiam unius numeri intellectus. **I**terum ad omnium abnega
tionem dicimus nullum ambulare. **N**eminem. **I**teni singulari nume
ro numerum adiungentes singularem. **E**odem igitur modo cum ab
soluta & non discretiua inest prolatio. dicimus absq; pronomine dis
puto disputas. **S**inautem discretionem alicuius rei uolumus manife
stare addimus pronomen: cuius est proprium discernere personas.
Non enim ut iudicemus personam hoc facimus: eam enim habēt in

se uerba. Vnde infinita eorum quia deficiunt personis egent uerbis in
dicatiuis: ut quod deest ex his assumant. Ergo discretionis causa: &
maxime si conuinctio assumitur pronome additur uerbo: ut ego qui
dem affat: tu uero non. Ego quidem scripsi: ille uero legit. uel ampli
oris causa significantia: in quo tantum ad alios omnes uidetur fieri dis
cretio: ut Cicero in primo inuectinarum: Nos non dico aperte consu
les nos desumus. Intelligimus enim quod nemo alius nisi nos. Tertius
in andria. Ego tibi furcifer: si uiuo ostendam quid sit periculi dominum
fallere: & illi patrem. Et prima quidem uel secunda persona uerborum
nisi discretionis uel significationis causa non egent pronomibus.
Quippe cum sint finitissima singulisque uocibus pares habeant & pra
sentes demonstrationes. Tertia uero cum sint innumerabiles una uer
bi uoce utentes necessario confusionem faciunt infinitam. Itaque con
uenienter ad eandem discernendam: pronomina quae sunt finita ter
tius uerbi personis adiunguntur: ut per eorum adiectionem incerta si
gnificatio finiatur: ut scribit hic: scribit ille: scribit ipse: scribit is: scri
bit idem. Salustius in catilinario: Verum enim uero is demum mihi
uiuere atque frui anima uidetur. Is in hoc loco & relatiuum & discreti
uum est ad omnes. Impersonalia quoque uerba cum per se infinita sint per
sonarum & numerorum additione pronominum diffiniuntur: & loco
perfectarum per omnes modos accipiuntur uerborum: ut curritur a
me: a te: ab illo: a nobis: a uobis: ab illis. Imperatiuo curritur a te: ab
illo: a nobis: a uobis: ab illis. Similiter optatiuo utinam curreretur a
me: a te: ab illo: a nobis: a uobis: ab illis. Sic etiam per cetera frequen
tissime tamen sine additione pronominum proferuntur: & ipsum actum
significant licet deficiant pronomina: ut Iuuenalis in tertio: Curritur
ad uocem iocundam: & carmen amicae thebaidos. Virgilius in primo
aeneidos: O dea si prima repetens ab origine pergam. Et uacet anna
les nostrorum audire laborum: deest enim tibi. Idem in eodem: Me
cumque fouebit Romanos rerum dominos: gentemque togatam: Sic pla
citum. deest mihi.

De Impersonalibus

Passiuam quidem uocem habentia: ablatiuo uel datiuo
more passiuorum iunguntur: & intransitiue intelligun
tur: ut curritur a me uel mihi. Actiuam uero si sint a per
fectis uerbis eorum constructionem seruant: ut iuuat me quia in uocem

Virgilius in secundo georgicorum. Et iuuat undantem buxo specta/
re cithorum. Placet mihi: quia placeo tibi: contingit mihi: quia conti/
go tibi. Similiter euenit accidit: cetera quoque datiuo copulantur: & in
transitiua sunt: ut licet uacat libet mihi. Exceptis quæ accusatiuum si
mul & genitiuum assumunt: pœnitet. pudet. tedet. piget. miscret. me il
lius. Duo inueniuntur quæ cum genitiuis aliorum omnium casualiũ
applicantur. In quinque tantum solis pronomibus quorum similes
sunt genitiui primitiuorum: genitiuis deriuatiuorum: ne concidant abla
tiuo possessiuo pro genitiuo primitiuo construunt: Interest mea tua
sua nostra & uestra: in quibus subauditur in re: idest in utilitate mea
tua sua nostra. Nam si dicamus interest uel refert mei tui sui nostri
uel uestri: non ad primitiuam personam: sed ad possessionem intelli/
gitur: ut interest mei filii uel fratris: uel tui uel sui: uel nostri uel uestri
Cum ceteris enim quoque omnibus casualibus: idest nominibus uel
pronomibus participiis supradicta uerba coniuncta genitiuum exi
gunt casum: ut diximus: ut interest imperatoris: interest meorum na
torum: interest docentis: idest prodest docenti. Nam participia tã no
minum quã uerborum sibi defendunt structuram: & uerborum quidẽ
constructionem seruant: quando uel absoluta uel transitiua sunt ad
alia casualia: quibus ad consequentiam uerbi coniunguntur: Absolu
ta ut spirans uiuo ambulans cogito: quia spiro & ambulo absoluta sunt
Transitiua: misereor tui: miserens tui: noceo tibi: nocens tibi: laudo te
laudans te: potior illa re: potiens illa re. & hoc quidem fit secundũ uer
bum. Secundum nomen autem participia construuntur quemadmo
dum uerba: uel intransitiue cum nominatiuo: uel transitiue cum obli
quis nominum ponuntur: sic etiam cũ participiis intransitiue: ut Vir
gili. scribens floret: ego intelligens delector: Transitiue: ut ego mise
rantis: consentio miseranti: uideo miserantem: potior miserante. Hæc
enim constructiones obliquorum ad similitudinem nominum uel p
nominum fiunt: ut indigeo illius: indigeo pascentis: faueo legenti:
quomodo & faueo amico: & faueo illi: accuso illum: accuso hominẽ:
similiter accuso legentem. Dignor te laude: dignor te illa re: dignor
te celebrante. Est tamen quando in nominum uim transcunt partici
pia: & genitiuo coniunguntur relicta uerborum ordinatione: ut fugi
tans lites participium est: fugitans litium nomen est. Amans illum:
similiter participium amans illius nomen: unde & comparatur amã
tior amantissimus. Præfectus urbi participium: quia & præfector urbi

dicimus: praefectus urbis nomen est. **P**articipium autem comparati-
onem habere non potest: cum loco uerbi fungatur quod comparatiōe
penitus caret quantum est in sua uoce. **N**am adiectione aduerbii pos-
sunt comparari: ut **V**irgilius in primo aeneidos. quam **I**uno fertur ter-
ris magis omnibus unam **P**ost habita coluisse samo: **S**imiliter partici-
pio additur magis hunc coles: q̄ illum. **E**t nomen quidem loco uerbi
fungitur: ad uerbum uero loco nominis: ut faciens eloquentem dico:
pro qui facit eloquentem: laudo legētem quomodo laudo lectorē. **N**ec
miq; pro utroq; fungi: cum utriusq; accidentia possideat. **E**t sciendum
q̄ si praeposatur coniunctio casuali necesse est aliquam quoq; partē
casualem copulari: & ad utramq; uerbum referri: ut & **D**ionysius lo-
quitur & **T**rypho & apollonius scripsit & ego: & uigilans proficit &
legens: & e contra si uerbo praeposatur coniunctio: necesse est aliud
uerbū ei coniungi & ad utrumq; aliquid casuale referri: ut scribit & le-
git **T**rypho: & pugnat & uincit & reas. **L**icet tamē uerba primae & se-
cundae personae repetēti nihil casualiū adiungere: & perfectam oratio-
nem ostendere: ut lego & intelligo: & doceo & doceor: & scribis & co-
gitas. **N**am ip̄ a demonstratio loco casualis alicuius fungitur cum &
pronomen & nomen per eam intelligitur: tam in prima q̄ in secunda
persona. **N**am in tertia uerbi persona: quae infinita est eget aliquo casu
ali. **Q**uod autem fit in nomine: hoc etiā i aduerbio quod ui adiectiuū
est uerbi: exigit ratio fieri: ut & bene & docte scribit sortes: **N**ecessē est
enim coniunctiōes praepositas uel diuersas personas cōiungere: quae
sunt in casualibus: uel qualitates: quae sunt i aduerbiis. **C**ōmunitē au-
tem actum uel passionem necesse est cōsequi: quae ē i uerbo uel partici-
pio: uel actus uel passionē copulari. **C**ōmunes autem personas cōse-
qui: uel qualitates ipsi actui accidentes geminari: & tunc actum infer-
ret. **S**i enim non praeposatur cōiunctio licet diuersas inferre partes:
ut scribit **D**ionysius & trypho: scribit dionysius & legit: **S**i enim praepo-
nam cōiunctiōes dicēdo & scribit **D**ionysius necesse est alterū uer-
bum subiungere & dicere. **E**t scribit **D**ionysius & legit. **R**ursus si di-
cam & **D**ionysius scribit: necesse est alterū causale inferre: & dicere. **E**t
Dionysius scribit & **A**pollonius. **Q**uipe cum praeposita coniunctio
copulatiua: uel dis. iunctiua omnimodo cogit cōsimilem partē repe-
tere: id est uel casualem: uel carentem casu: & eundem casum uel mo-
dum: ut & scribo & intelligo: uel scribo uel intelligo: & meus seruus
& tuus: uel meus seruus uel suus. **S**ciendum tamen est q̄ licet geniti

uus in huiuscemodi constructione copulare nominatiuos possessiuo-
rum. Quippe qui uim genitiuorum primitiuorum suorum possident: ut
pulcherrimi sunt & homerici uersus & **Virgili**. Similiter licet dicere
& **Agamēnonis** filius: & **Menelai** filia sociati sunt: & frater noster &
uestri: & meus seruus & illius. nec solos nominatiuos possessiuorum. sed
quoscumque casus bene possumus cum genitiuis possessiue prolatis cō-
iungere: ut ager meus est & fratris & tua ē ciuitas & omnium. & mei
filii est hāreditas: & cognatorum. & meo seruo & fratris dedi: & meū
amicum & patris diligit: & mei filii & uxoris meae: & meo filio dele-
ctor & casta matris. Similiter omnia possessiua possunt proferri: tā
nomina quā pronomina. Genitiuos quoque & ablatiuos inuenimus cō-
iungi uerbo impersonali: quod est interest & refert de quibus supra dixi-
mus: ut interest mea & patris: refert tua & imperatoris. Modos quoque
ut diximus necesse est supradictis cōiunctionibus praepositis eisdem
plerūque adiungi ut & legis & discis: & lege & discas: utinā & legeres &
disceres: utinā aut legeres aut disceres: cum & legas & discas: cū aut
legas aut discas: cupis & legere & discere. Licet tamen uariare: ut & le-
gisti & lege: & legisti & utinam legas. Casus quoque eisdem sociari ex-
igunt copulatiua uel disiuctiua: praeposita uel interposita cōiuncti-
ones quando unum uerbum ad eos refertur: ut ego & tu legimus: uel
mei uel tui miseretur: & mihi & tibi prodest: uel me uel te ledit: uel **Ci-**
cerone uel **Virgilio** delector. His constructionibus inueniuntur quae-
dam contraria apud auctores: licet non repetantur coniuunctiones su-
pradictae sed hic interponantur quomodo si repetantur. **Virgilius** in
primo aeneidos. Succinctam pharetram: & maculosa tegmine lyn-
cis. Aut spumantis apri cursum clamore praementem. Sed melius in
quibusdam codicibus sine in pharetra ablatiuus inuenitur. Quidam
tamen lyncis cursum a communi accipiunt. **Idem** in septimo: Quod
scelus aut laphytis tantum: aut calydone merentem. Sed melius hic
quoque in quibusdam codicibus inuenitur: Quod scelus aut laphytis
tantum: aut calydone merente: uel aut laphytas aut calydone me-
tem. Eandem quaestionem habet etiam illud. Iustitia ne prius miret
belline laborum. Sed inuenitur etiam iustitiae ne prius: quod est apti-
us. Similes enim quaeque coniuunctio dubitativa uel interrogatiua exi-
git casus: Hoc autem saepe fit ubi anceps est constructio dictionum.
Nam & succingor hanc rem: & hac re succingor dicimus. **Virgilius**
in septimo. Palla succincta cruenta. Idē in quarto aeneidos. Tuumque
aa iii.

dulce caput magicas inuitam accingier artes . & Mars perdere gen-
te. n Immanem laphytum ualuit: concessit i iras : Ipse deum antiquā
genitor calydonā diana: Quod scelus aut laphytis tantum: aut caly-
done merentē: & Quod scelus aut laphytis tantū: aut calydonā me-
rentem: Vtrunque etiam bene dicitur: & miror iustitia & iustitia: Et
rectius quidem omnes ad prapositum casum esse etiam consequen-
tem interpolita coniunctione: non tamen penitus absq; ratione esse
uidentur: si quid tale iueniatur apud auctores. Pronominum obliquis
casibus coniuncta uerba duas exigunt personas; efficientis & efficien-
di: id est agentis & patientis: ut miseris mei: das mihi: uides me: di-
gnaris me. Similiter in omnibus casualibus: & in reciprocationibus
personarum hoc est quando eadem persona & agit & patitur: & uti-
mur eiusdem constructionibus: ut misereor mei: inuides tibi: orat se
ille: & similia. Nulla prapositio per compositionem potest pronomi-
ni adiungi: Itaq; per solam appositionem obliquis casibus eorum prae-
ponitur: apud graecos quidem fere omnibus: excepto uocatiuo. Apud
nos uero accusatiuo soli: uel ablatiui. ut ad uos: in nobis. Vnde me: tū
tecum secum nobiscum uobiscum: non accipienda sunt composita:
quomodo nec quocum: quacum quibuscum: & similia. De a. centu
autem in libro qui est de pronomine sufficienter dictum est. Nomi-
bus uero prapositiones adduntur tam per appositionem quam per
compositionem. per compositionem quidem quae fit in nominatiuo
cuius seruant compositionem etiam obliqui: ut indoctus indocti in-
docto indoctum indocte. Per appositionem uero supradictis duobus
obliquis casibus: uerbis uero: & aduerbiis per solam compositionem
adiunguntur prapositiones: Participiis autem tam secundum uerbi
compositionem q̄ secundum nominis appositionem: ut perlegens a
perlego: efficiens ab efficio: ad legentem: a legente: ut ad puerum a
puero. Sciendum tamen quod recta ordinatio exigit: ut pronomen
uel nomen praponatur uerbo: ut ego & tu legimus: Virgilius & Ci-
cero scripserunt. Quippe cum substantia & persona ipsius agentis
uel patientis: quae per pronomen uel nomen significatur: prior esse
debet naturaliter quam ipse actus: qui est accidens substantiae: licet ta-
mē & prapostere ea proferre aliquem auctōrū usurpatione frectum. Et
prima & secūda psona uel i se reciprocant: uel in alias diuersas trāscūt
cū non absolutis uerbis adiunguntur. In sese quidem reciprocant: ut
misereor mei: miseris tui: noceo mihi nocet tibi laudo me: laudas te

In alias uero diuersas transeunt: ut misereor illius: misereris mei. noceo tibi noceo illi: laudo te & laudas illum. Tertia uero persona: non solū eadem patitur: sed etiam in aliam tertiam extrinsecus potest transire. Quippe cum diuersa in ea possunt esse personae quod & in prima & in secunda non inuenitur. Quippe cū sint finitissimae & uocibus unicae: ut iste accusat illum: & ille hunc: & in se recipitur eadem: ut ille accusat se. Prima autem in aliam partem transire non potest: nec secunda in aliam secundam scilicet quia nec possunt esse diuersae primae & secundae: sed uel in se recipiuntur ut dictum est: uel transit prima in secundam uel tertiam: & secunda in primam uel tertiam: ut uideo te: & uideo illum. Tres igitur personae eandem quidem constructionem habent reciprocam unā: ut profum mihi: prodes tibi: pdes illi. Transitiuam uero prima quidem & secunda persona ad binas personarum: ut profum tibi: profum illis: prodes mihi: pdes illi. Tertia uero ad tres superat enim hac una: quia tertia in aliam tertiam transire profertur: ut ille pdest mihi: pdest tibi: pdest illi.

De Constructione deriuatiuorum secundum personam.

Possessiuam tamen quia duas continet personas id est possessoris: & possessionis: necessario tribus constructionibus ordinantur cum eorum primitiua duas habeant reciprocam: id est sui passam: quam graeci $\delta\iota\omicron\tau\alpha\omicron\upsilon\eta\eta$ uocant: & transitiuam. Sui passam: ut uideo memet. Transitiuam: ut uideo te uel illum. Possessiuam uero modis construuntur tribus cū uerba a possessore in possessionem: & a possessione in possessorem: uel extrinsecus transferantur a possessore in possessionem: ut doceo meum filium: doces tuum discipulum: docet ille suū auditorem. A possessione uero in possessorem: ut paret mihi meus filius: paret tibi tuus cliens: paret illi suus seruus. Extrinsecus ut doces tu, uel docet ille meum filiū: doceo ego: uel docet ille tuum filium: doceo uel tu suum illius filium sed melius hoc per retransitionem fieri dicitur: ut rogat me ille ut doceam suum filium. Cum enim suum sit relatiuum: exigit ut prius cognoscatur persona sui possessoris ad quam refertur. Et sciendum quod omnia illa possessiuam possessoris quidem personam secundum primitiuū significant. Possessio uero ipsa tertiae personae: ut meus tuus suus

tibimet ipsi nocet: sibi met ipsi prodest. **I**llud quoque notandum quod
possessiva pronomina prima & secunda personae: siue possessoris sui
siue extrinsecus personis bene copulantur: tam agentia quam patientia:
siue in seipsa reflectantur: id est reciprocentur: ut meus filius: uel tuus
diligit me: diligit te: diligit illum: diligit se: filium meum uel tuum dili-
go ego: diligis tu: diligit ille. **T**ertia uero personae possessiuorum sine uo-
ce altera significare possessorem non potest adiungi alii personae per se.
Si enim dicam suus seruus ministret tibi uel sibi: soloecismum facio:
quia in possessiuo prima & secunda personae: sicut ostendimus recte
construuntur: cum quacunq; persona copulentur. **N**ec mirum cum
prima & secunda personae possessiva: finitas habeant possessorum
personas: quippe in unice uocibus primitiuorum constitutas. & de-
monstratiuis. **T**ertia uero personae possessiuum non solum ad omnes
uoces pronominum tertiae personae: uerum etiam ad omnes personas no-
minum potest referri: ut suus istius illius ipsius hominis: sine quibus
additis perfectum sensum non habet. **I**dem fit etiam per obliquos casus.
ille: uel iste: uel homo suae opis indiget: suo filio parcat: suum morem
sequitur. **N**ec mirum hoc fieri in tertiae personae possessiuo: cum uim
genitiui possideat sui primitiuum: quod uel reciprocum est: id est sui pas-
sum ἰδιοπαθεῖς: uel retrahitiuum in quo necesse est prius personae tertiae
significationem uoce aliqua fieri: ad quam iste genitiuus uel reliqui eius
casus referatur: ut ille sui miseretur: ille sibi donat. **V**ir. se celebrat. **E**t
pro composito graeco εαυτοῦ: ut diximus accipitur: quod apud graecos
in tribus quidem inuenitur personis: & uel in se reflectit actum suum: uel in pos-
sessionem suam: εαυτῶ χαρί το ασι δαυτῶ διδωσ εαυτὸν ἀγαπά τὸν
εαυτοῦ ὕιον εἰς τὴν σσυτοῦ περιήσσαν διέφοισαδ τὸν εαυτοῦ
βιον. εἰς πάντις. **I**gitur apud latinos supradictorum compositorum prono-
minum: nisi in tertia non habemus significationem personae: id est sui sibi a se.
Ideoque etiam nominatiuo caret: quomodo supradicta apud graecos
composita: & illi quidem siue ἰδιοπαθεῖς sit: id est reciprocatio
uel sui passio: siue in possessiva transitio fiat utuntur supradictis
compositis: ut ostendimus. **N**os uero primitiuus quidem sui sibi se a se
Vel per reciprocatioem: ut sui potitur: sibi indulget. **V**el per retrahitionem:
ut hortat me ille ut sui potiar: rogat te ille ut sui indulgeas. **P**ossessiuus
uero cum in ea possessiuorum fiat transitio: ut sui serui miseret: & suo seruo
prodest: & suum seruum diligit. **N**ec aliter tamen potest supradictum possessi-
uum tertiae personae construere cum aliis extrinsecus personis nisi per retrahitionem:

quomodo & primitiuū eius nisi prius a possessore eius proficiscatur
in aliā uerbi personam. Et sic ab illa rursus ad possessionem tertiā:
sicut & ad se: ut rogat me ille ut suus seruus ministret mihi uel tibi: pre
catur ut sui patris misereat: petit te ut suo profis filio: obsecrat **Ci**
cero **Varronem** ut suum erudiat natum. Et notādum q̄ cum a tertiā
in tertiā fit retransitio personam: in dubium uenit possessio: ad quā
pertinet earum: ut rogat iste illum ne suo noceat filio. Ambiguum est
cuius suo filio: istius an illius: id est rogātis. an eius qui rogatur: quō
& apud grācos: παρακαλεῖ πλάτων ἀριστοτέλην τὸν πατέρα τοῦ Δού
λων εἰσεῖσαι: dubium fit utrunq; platonis: an Aristotelis suum.

**De secūda differētia pronominiū possessiuorū
tertiā personā ad alia possessiua.**

Omnium possessiuorū tam nominum q̄ pronominiū p̄ quē /
cunq; casum prolatorū loco licet genitiuis uti primitiuorū:
ut **Euandri filius** pro euandrius filius: & **Euandri filii**: pro
euandrii filii: & **Euandri filio** pro euandrio filio: & **Euandri filium** pro
euandrium filium: & **Euandri fili**: pro euandrie fili: & ab euādri filio
pro euādrio filio. Similiter p̄ omnes casus tam singulares quam plu
rales: licet tam pronominiibus q̄ nominibus uti. Itaq; licet genitiuis
quorūcunq; casualium cum possessiuis per quēcunq; casum prolatis
coniungere: ut mea causa labora & illorum. meum partem honora:
& **Catonis**. tuo patri parce & fratris: tuum imperatorem & cōmilito
num sequere o noster & fratris mei pater: sua ille confidit & patris uir
tute similiter figuratur constructio in omnibus possessiuis. **Terētius**
in andria. Meo studio atq; hospitis. Est tamen aliqua differentia ad
genitiuum primitiui in possessiuo etiam tertiā personā: cuius nomi
natiuo tunc utimur: quando ad suum possessorem possessio transiti
onem facit: & non ad alium: ut indiget illius: uel **Cicronis** suus filius
præstat illi uel **Cicroni** suus filius: uidet illum uel **Cicronem** suus fi
lius bene meretur de illo: uel de **Cicrone** suus filius. Similiter passi
ua quæ a possessore solo nominatiuum possessionis exigunt: ut ama
tur ab illo: uel a **Cicrone** suus filius. Necnon tamen tam nominati
uo q̄ aliis casibus possessiuis licet uti cum possessore ostēdimus extri
secus faciētem trāsitioem ad aliquā aliam personam: p̄ sua possessi
one: ut rogat me ille ut suus legat apud me filius: & ut suus doceatur

a me filius: & sui misceat filii: & ut suo donem filio: & ut suum se/
quar filiū: & ut suo potiar filio: cum in possessiuis primæ & secundæ
personæ licet etiā non possidētes cōstruere sic: accusas meum filiū: mi se/
reor tui filii: inuidet ille meo filio. Discretionis quoq; causa: uel abun/
dantiæ solet cū genitui possessoris addi nominatiuus possessiui: ut
suus ē **Homeri** mos: intelligitur nō alterius: & suus **Cicerōis** filius hæ/
res ē p̄ris cōstitutus: suus dicit ad discretionē illius: qui secūdu legem
suus nō est. Idē sub potestate p̄ris legitimi nō est. q̄ aut suus p̄ uniu/
cuiusq; pprio accipit cōfirmat **Virg.** i geor. Molles sua thura tabaci.
Terent. in phor. Quot homines tot sentus suus cuiq; mos ē. Si autem
in possessionē sit a possessore trāsitus: obliquis possessiui utūtur: ut **Ci/
cero** miseretur filii sui: prabet suo filio: aspicit suū filiū: potitur iuo fi/
lio. Si extrinsecus sit trāsitus i possessionē tertiæ personæ: sufficit geni/
tuo uti ipsius possessoris: ut miseretur filii **Cice.** accuso filiū **Cicerōis**
potior filio **Cicerōis**. Licet tamen addere etiam possessiui casus cōle/
quētes: uel discretionis causa uel abundantiæ: ut ego ingenio sui **Cice/
rōis**: benedico ingenio suo **Cicerōis** & similia. Illud quoq; sciendū
q̄ cum i aliis possessiuis liceat genituo uti primitiuo p̄ omni eorum
casu: quod ostendimus. In hoc quoq; possessiuo pronomine tertiæ p̄/
sonæ quomodo in aliis tunc utimur cum ipse possessor aliquid agat i
possessionem suam: & cum in aliam personam transitum ostendatur
facere pro sua possessione: ut amat ille suum filiū: & amat ille sui fili/
um: benedicit filio suo: & benedicit sui filio: petit a me ut profim suo
filio: & ut profim sui filio. Si ipsa tamen possessio in possessorem fa/
cit transitionem: non est congruum uti primitiuo genituo possessiuo
quia uim habet compositi græci: ut **Ciceroni** reddit sui filius. non fa/
tis cōmode p̄ hoc dicitur: **Ciceroni** reddit suus filius: nec **Cicerōnem**
laudat sui filius pro suus filius: & similia. quia nec apud nos nec apud
græcos bene dicitur: κικέρωνος φίλος ὁ ἐστὶ τοῦ υἱός: nisi more attico
pro simplici accipiatur. Et sciendum q̄ primitiuum eius tam singula/
re q̄ plurale est: licet in possessiuo & unum & plures possessores eius
intelligere pro significatione genitui ad possessorem pertinentis: ut
suus illius filius: & suus illorum. Nec etiā mirum si per retransitio/
nem **Romani** utuntur his pronomibus: id est sui sibi se a se & eius
possessiuo ut ostendimus. Necnon si ad coniunctionem sui etiam in
alias personas aliquid agat: ut uocat me ad se: ducit te secum: & tra/
hit omnia in se: uel cum transitum sit in aliquos etiā sibi coniunctos:

quos sibi coniunctos: ut ille miseretur eorum qui secum uiuunt: uel si
 bi parentum in secum degentium. dat sibi fauentibus. inculcat secum
 certantes. inuidet se idigentibus. Et uidentur hac omnia possessiuo
 rum uim habere. & similia. Nec incōgrue uidentur huiuscemodi cō/
 structionem habuisse: cum attici quoq; soleant compositis in huius/
 cemodi uti constructionibus. Xenophon ἀπονήμαων ἐμαυτὸν prio.
G. q; autem etiam genitiuo uel datiuo qui loco sit genitiui possessio/
 nis: bene additur etiam possessiuum: ut supra diximus: non solū no/
 strorum sed etiam antiquorum usus comprobatur. **Virgilius** in bucoli
 cis: Et me phœbus amat: phœbo sua semper apud me Munera sunt
 lauri: & suaue rubens hyacinthus. **Terentius** i adelphis: Suo sibi hūc
 gladio iugulo. & **Plato** in thimæo. **G.** Et quod mirum est hoc ipsum
 εἰς τὴν etiam primæ & secundæ adiunguntur personæ apud illos:
 ut εἰς τοὺς ἡμεῖς Διδόμεν εἰς τοὺς ἡμεῖς ἀγαπᾶτε εἰς τοὺς ἐκόντοι
 ὠφέλησαν. **Demosthenes** εἰς τοὺς ἡμεῖς βλάπτετε: pro quo nos di
 cimus meum proprium & tuum proprium. dicitur tamen & suum
 proprium illius ut non putetur abundare suum. sed indubitabilē dif
 cretionem significare. Illud quoq; notandum q; tertiæ personæ pos/
 sessiuum ad innumerabiles ut diximus refertur personas possessorū.
 quippe cum ad omnia tertiæ personæ pronomina: & ad omnia noīa
 & participia potest referri. ut suus illius: suus istius: ipsius huius eius
 suus **Virgili** uersus: sua dicentis diligentia. Primæ autē personæ pos/
 sessiua & secundæ: non egent per se prolata adiectione alicuius geni
 tiui: cum uim genitiui finiti in se habeant. Quomodo nec suus eget
 genitiuo sui primitiui: quē in se possidet: sed extrinsecus alterius uo/
 cis propter multitudinem tertiarum personarum ad quas necessario
 & primitiuum sui: & possessiuum ipsum refertur: utraq; enim relati
 ua sunt. Nam meus & tuus nisi ad suorum primitiuorum quæ cum
 demonstratiua non intelliguntur genitiuos. itaque extrinsecus geni
 tiuis non egent.

De differētia genitiui primitiui & possessiui.

Quaritur quæ sit differētia inter genitiuū primitiui & pos
 sessiui: mei tui sui nostri & uestri. Et quantum quidem ad
 uocem nulla. quantum uero ad sensum hæc est differētia:
 q; genitiuus primitiui simplicem possessionem significat: possessiui
 uero duplicem. Si enim dicam mei est seruus: pro meus est seruus:

simplicem demonstro possessionem. **S**in autem dicam: mei est filii ser-
uus: duplex ostenditur possessio: mea quidem in filio: filii autem in
seruo. **F**requenter tamen etiam sine nomine licet huiusmodi posses-
sua proferre. **E**t maxime cum de dominis uel coniugibus: uel amicis
mentio sit: ut **T**erentius in andria. **C**uius hic puerum apposuisti: ue-
stri: cuius nostri: **I**ntelligitur enim domini uel herilis filii. **I**dem in ea-
dem **C**ur meam tibi subauditur coniugē uel sponsam: **I**dem in eunu-
cho. **O** mea tu: subaudiendū est amica: uel soror. **E**t omnibus maritis
mos est de uxoribus suis dicere mea. & inuicē uxoribus de suis mari-
tis: meus dicere per defectiōne nominis. **E**t primitiuorū quidem geni-
tius per se profertur: non egens alterius genitiui: ut mei filius ambu-
lat. tui filium uideo: mei misereris. tui miseretur. **N**am & ad omnem
numerum genus & casum bene construitur primitiui genitiuus. **P**os-
sessiui uero genitiuus eget semper alterius genitiui: hoc est eiusdem
numeri: & generis. **M**ei filii miserere: tui filii misereor. sui filii misere-
tur ille: nisi per eclipsim quomodo prædiximus proferatur: & non so-
lum genitiuo primitiui pro omni casu possessiui licet uti: ut mei ager
pro meus ager: & mei agrum pro meum agrum & nostrum uel nostri
filius uel filium pro noster filius uel nostrorū filium: & similia ut ostē-
dimus: sed etiam ipsorum possessiuorum genitiuus cum omni casu. se-
cundæ possessionis: id est quæ a possessione possidetur ponitur: ut si
uxor loquens de agro mariti sui: uel de alia re dicat. iste ager mei est
Τοῦ ἐμοῦ semine mei pregnās sum: prolem mei diligo thalamis mei
caste pareo. **N**ec aliter potest duplex possessio constitui sine genitiuo
possessiui. **A**pod grecos etiam articulus huic coniunctus discernit
ambiguitatem **Τοῦ ἐμοῦ ἀνδρός ἢ γῆσι τόφορος**. **Q**uo deficiente la-
tini auctores sæpe faciunt quæstiones: ut **Lucanus in quarto** **Ac** repu-
lit æstus fortior oceanū **ἰσχυρότερος τοῦ ὠκεανοῦ**. **I**dem in primo.
Et tharans scythicæ non mitior ara diana. **Τοῦ τῆς ἀρτέμιδος** **S**i-
militer dicitur minor uiginti annorum **ἤ τ' ὀντῶν ἑικοσι ἑ τῶν**. **N**ec
mirum tantam uim in possessionibus habere genitiuos: cum in com-
positis quoq; immobilis maneat idem casus ne si declinetur signifi-
catio quoq; eius euanescat: ut tribunus plebis. plebiscitum: senatuscon-
sultum. **E**t si a duobus sit genitiuis: uterq; manet ideclinabilis: ut hu-
iusmodi: istiusmodi: illiusmodi: quæ tam composita q̄ separata om-
nibus adiunguntur casibus.

De Genitiuo primitiui & possessiuo tertiæ personæ.

bb

Qui quando est primitiuum: nominatiuum ut diximus nō
habet quia necesse est ad aliquem alium nominatiuum ter
tia referri personæ hoc pronomen: & quia transitiuorū ser
uat constructionem. Nam uel in se recipitur idest ipse
in se aliquid agere ostenditur: aut pati ipse a se. In quo necesse est obli
quum aliquem poni casum: ut miseretur sui, parcit sibi, accusat se: po
tetur se. Vel per retransitionem aliquam: ut prædictum est construi
tur: idest quando ab ipsa in aliam sic retransitio personam: & ab alia
in eam retransitio: quæ similiter obliquum exigat: ut rogat me seruus
ut misereat sui: petit me amicus: ut sibi prosim: commouet inimicus
ut se accuset: hortatur me uirtus ut se potiar.

Hic intendit comparare pronomina græca & latina adinuicem.

Et sciendum quod quomodo composita pronomia apud græ
cos: nominatiuo carentia omnimodo in actu sunt: & hic
actus uel ad easdem personas recipitur: idest reflectitur
uel ad possessiones earum. Itaque necessario uerbis copulan
tur in quibus nominatiuus eorum intelligitur ut εμευ τον οικ τερω
ω τον εμευ του υιον οικ τερω σαυ τω λεμφη σαυ του υιω λεμφη /
εμευ τον τυπτεϊ τον εμευ του δουλον ετυψεν. Sic apud nos in hoc pro
nomine necesse est filii: ut sui miseretur: uel filium sui miseretur. Aut
cum prius uerbum a tertia proferatur persona transitue in aliam per
sonam: & iterum per retransitionem ab illa in eadem actus aliquis re
feratur: ut supra ostendimus. Rogat me ille ut ad se ueniam. petit te
ille ut sui miserearis. rogat Turnus aneam ut sibi parcat. Necesse est
enim obliquos casus ad nominatiuos referri interpositis uerbis. Actū
quidem ad nominatiuos. passionem uero ad obliquos reddentibus:
ut **C**æsar uicit **P**ompeium. ego te diligo. Passio uero facta p obliquos
actiuo coniunctos uerbo transfertur in nominatiuum pertinentem:
ad ipsam quæ patit psonam passiuo coniunctū uerbo: prædictū uero
nominatiuū qui ad gentē pertinet transfert i ablatiuū: ut **C**æsar uicit
Pompeiu. Vincitur Pompeius a **C**æsare Ego diligo te. tu diligeris a
me. Et græci quidem composita inuenerunt pronomia: idest εμευ του
σαυ του εμευ του. quibus utitur quando eadē persona in sese uel in su
am: ut dictum ē possessionem facit aliquid: quæ **Διοπαση** uel **ανταυ**
εκπα uocat idest sui passia: uel a se patientia: siue refractiua trāslatiue

a corporibus quæ in se refringuntur. **S**implicia uero ἀλλοπαροῖ nomina: id est extrinsecus passionem facientia: uel patientia: ut doceo te doceor a te. **N**os autem quomodo ostendimus superius: simplicibus quidem pro utrisque utimur tam in prima quàm in secunda persona: secundum homerica: ut supra dictum est consuetudinem. **I**n tertia uero persona: id est sui sibi se a se: quod illi seruant in compositis seruamus quauis hoc quoque sit simplex: itaque & nominatio caret sui: quomodo ἑαυτοῦ & omnino uerbo copulatur: quod eius uicem compleat nominatio: ut sui eget sibi nocet se inculcat. **S**ed in huiusmodi quidem constructione: id est quando ipsa in se: uel in possessione suam agit pro composito graeco pro nomine: id est ἑαυτοῦ ἑαυτῶ ἑαυτόν accipitur ut sui eget ἑαυτοῦ Δεῖται ἑαυτῶ ἢ ἑαυτόν χρίζειται sui seruū uendit ἑαυτοῦ Δούλον πωλεῖ. **Q**uando uero extrinsecus actus in eum aliquis fieri significatur pro simplici graeco: id est αὐτοῦ αὐτόν accipitur. **N**ec aliter tamen hoc fit nisi prius a tertia persona uerbum aliquod: ut diximus proficiscatur ad aliam extrinsecus personam. & sic ab illa per transitionem ad eam reciprocetur aliud uerbum: ut rogat me ille ut ad se ueniam: petit te ut sibi des: hortatur milites imperator ut se largo potietur. **I**lla quoque uerba quæ tertiae personae acquisitionem aliquam significant: quauis nec sui passionem nec transitionem habent supradicti pronomini casibus frequenter construuntur: ut auget ille substantiam sui: defendit Brutus sibi libertatem. **V**idet ille similem sui: uel sibi hominem: ducit secum Aeneas Achatem. **Q**uauis si quis hoc quoque altius in preliat: sui passionis & possessionis uim aliquam ostendere: ea etiam inueniet. **I**taque apud graecos quoque cum compositis pronomini proferuntur ἐποίησε ἑαυτῶ φίλον. **P**raeterea sciendum quod illud quoque quod apud graecos dicitur per solos obliquos compositum casus. ἀλλήλων ἀπτονταί ἀλλήλοισ πλοῦτον παρέχουσιν ἀλλήλους φιλοῦσι. **N**ecessario inuicem actum & passionem alterius in alteram personam uno eodemque casu significat: nec potest nominatio proferri: sed habet eus intellectam in ipso uerbo. **N**ostri uero frequenter pro accusatio huiusmodi constructionis accusatiuis utuntur antecedente inter omnium personarum pluralibus: ut **T**ertius in adelphis. **V**ideo amare inter se φιλεῖν ἀλλήλους. **I**dem in eadem **A**ge in epite quasi nunc non notimus inter nos: pro γνοῖεαν ἀλλήλους. **V**irgilius in undecimo. **C**onuersique oculos inter se atque ora tenebant: inter se πρόσἀλλήλους. **S**æpe tamen explanandi causa ad

nitur inuicem: nec solum hoc in tertia: sed in prima. ut ostendimus
 fit: & secunda persona plurali. Quippe quæ possunt in se diuersas col
 ligere personas: ad imitationem græci pronominis: quod caret nomi
 natiuo: simili utitur constructione: ut ego & tu: nosmetipsos inuicem
 amamus inter nos: tu & ille inuicem amatis inter uos: aliis autem ca
 sibus sine inter quod accusatiuum exigit: utimur addentes inuicem ut
 ego & tu nostri inuicem miseremur ἀλλήλων εὐέλθομεν: Tu & ille
 inuicem uobis indulgentis ἀλλήλοις χερσίδε: Iste & ille inuicem
 se potiuntur: ἀλλήλοις βωύουσι q̄ si non addatur inuicem dubita
 tio sit utrum per sui passionem singulari in se agant: an altera in altera
 Si dicam iste & ille se amant fit enim uti uim ἢ τοι εὐτοῦσ ἢ ἀλλή
 λουσ significat. Et in prima quidem persona licet per conceptionem
 secundam assumere: & tertiam: ut ego & tu legimus: ego & ille scribi
 mus. A secunda uero prima concipi non potest: tertia autem potest:
 ut tu & ille uosmetipsos læditis. Quæritur cur pronomina patriæ a so
 lis pluralibus: tam apud nos q̄ apud græcos: ἡμετέρας & ὑμετέ
 ρας deriuatur. Ad qd̄ sciendum q̄ idem a solis pluralibus fiunt: quia
 patriæ ad plures pertinet non ad unum. Et sciendum q̄ quomodo p̄
 nomina quæ finita sunt habent & patriæ & possessiua: ut meus tuus
 suus noster & uester: nostras & uestras. Sic etiam nomen infinitum
 quis uel qui habet apud nos non solum patriæ cuius quomodo apud
 græcos ποτέρας: sed etiam possessiuum: quod tam interrogatiuum
 esse potest: quã relatiuum ut cuius cuius cuium. Sed huius masculinũ
 in fine acuitur differentiæ causa. q̄ autem tam interrogatiua quã rela
 tiua possunt esse: quomodo & primitiua eorum: usus cõprobat. **Vir.**
 in bucolicis interrogantem protulit. Dic mihi damceta cuium pecus
 an melibœi? **Terentius** in eunucho. Quid uirgo cuius est? Idem in an
 dria. Quid eam: suam ne esse dicebat: non. cuiam igitur? Cicero uero
 in uerrinis de præfectura urbana relatiue posuit. Eadem cuius res est
 cuius periculum. Et necesse est omnibus ea grauari syllabis quando
 sunt relatiua. quomodo & primitiua eorũ relationem significatia.

**De Constructione pronominum secun
 dum obseruationes communes.**

Pronomina quasdam habent proprias obseruationes: singula
 quasdam communes. tam cum aliis pronomibus quã cum qui
 busdam partibus orationis. Cũ de propriis maxime singu

lorum superius dictum est: nunc de cōmunibus dicamus. Ipse additi-
uum: uel apposituum dicitur: quod Apollonius ἐπιθετικόν nomi-
nat. non q̄ solum hoc pronomen: aliis pronomibus: uel etiam no-
minibus apponitur: sed q̄ frequentius q̄ alia: ut ego ipse: tu ipse: ille
ipse. Virgilius ipse. Cicero ipse. Inueniuntur enim alia pronomina ap-
positiua idest ἐπιθετικά. Virgilius: Ille ego qui quondam gracili
modulatus auena. Idem in bucolicis. Nec tuus hic mœris: nec uiue-
ret ipse menalcas. Idem in sexto aeneidos. Tu ne ille aeneas: quem dar-
danio achisæ: Alma uenus genuit phrygiæ simeontis ad undam. Per
excellentiã igitur hoc pronomen: idest ipse quasi proprium: quod ē
multorum commune appositionis nomen possidet. Et sciendum q̄
pronominum omnes tertiæ personæ possunt per supradictam figurã
apponi primæ & secundæ personæ: excepto sui sibi se a se. prima autē
uel secunda personæ: nec sibi inuicem: nec tertiæ possunt apponi. Ne-
mo dicit ego tu es: uel tu ego sum nec ego ille facit uel tu ille facit. Ille
autem ego facio: & tu ille facis dicitur. Nã idē appositum ē quod ap-
ponitur illi ad quod uerbū redditur. Græci quoq̄ primitiuã tertiã p̄so-
nam: & ex ea cōpositã: idest ὁσ ὅυ δι ἑαυ τοῦ αὐτόν ἑαυτῶ. Secundæ
& primæ personæ non apponunt: quomodo nec nos sui: quod uim
tam simplicis primitiui tertiæ personæ græci q̄ compositi possidet a-
pud nos. Pluralem tamen compositam tertiã: quia non habent cō-
posita a pluralibus primæ & secundæ personæ. necessario adiungunt
& primæ & secundæ personæ: ut ἑαυτῶν καλοῦ μὲν ἢ ἄσ ἂν τοῦσ
αὐτοῖσ ὡ φησὶ τὰ ἢ ἄσ ἂν τοῦσ. Nos autē in plurali nũcro possu-
mus apponere primæ & secundæ personæ: supradictũ tertiæ personæ p̄no-
mē: idest sui sibi se a se: quia & singularis ē uox quæ nec apud græcos
apponitur primæ uel secundæ personæ. Nec apud nos quĩs etiam pro
plurali accipiatur. Et quomodo simplex singulare accipimus: etiam
pro composito per omnes personas. Sic etiã simplex plurale: ut mei
causa facio ἑαυ τοῦ χερὶν ποίω. & mei causa facis: & mei causa facit
& nostri causa facimus: ἑαυ τῶν ἕνεκα ποίω μὲν. Nec mirum diuer-
sas aliquando personas figurate inter se copulari. Cum etiam diuer-
sos casus est ubi bene coniungimus: tu uel illis quæ ex generalibus in
specialia: uel ex pluribus i singularia distribuuntur: ut animalũ quædã
sũt mortalia quædã i mortalia. Litterarũ alia sunt uocales: alia cōsonã-
tes. Triũ saturni filiorũ: unus in celo: alter in mari: tertius apud ieros
regnat. Non enim bene dicitur animalia pars est mortalis: pars est

immortalis: nec tres Saturni filii: unus in caelo: alter in mari: tertius apud inferos regnat. Quauis **H**omerus poetica auctoritate dixerit **G.** quomodo & alii quidam: tam apud graecos quam apud nos. Cum autem non sit distributio: bene utimur nominatiuis: ut litterae sunt notae uocum: uel cum uerbum ad id quod distribuitur: non ad ea quae distribuantur reddatur: ut homines oportuni sunt alii quidem ad pacem: alii uero ad bellum: & hoc quidem: quia in plurale distribuitur a communi uerbum habet. Sin uariaueris numerum: quod praediximus manifestatur: ut **Virgilius in buc.** Cur non mopsse boni quoniam conuenimus ambo. **T**u calamos inflare leues: ego dicere uersus. **P**otest tamen & singularem pluralem significationem habens: uel in singularia uel in pluralia supradicto modo distribui: & eandem constructionis seruare rationem: ut gentis romanae: pars fuit fortis pars sapientis uel gentis romanae: alii fuerunt fortes: alii sapientes. uel gens romana fuit: alii fortes: alii sapientes. **Liuius. xli.** ab urbe condita Periti religionem: utriusque publici: quando duo ordinarii consules: eius anni: alter morbo: alter terro perisset: suffectum consulem negabant comitia habere posse. **E**cce hic auctoritatem **H**omeri secutus nominatiuum posuit pro genitiuo eius: duo ordinarii consules: pro duorum ordinarium consulum. **A**d distributa enim reddit uerbum. non ad coniuncta **E**x diuersis quoque casibus solent deriuatiua simul & composita fieri: ut a medio et terra. mediterraneus: & a medio amnis: mediana: a causa dicendo: cauidicus: a uana & loquendo uaniloquus. & similia: quae ex simplicibus deriuata simul: & composita sunt. **I**n huiuscemodi tamen deriuationibus frequenter inuenis transitionem etiam ex alia in altera fieri genera: ut haec manus: hic centimanus gigas: hic sanguis: hic & haec exanguis & hoc exanguis: hoc caput: hic & haec & hoc triceps: hoc cor: hic & haec & hoc uecors: haec mens: hic & haec amens demens: haec arma hic & haec inermis: & hoc inermis: inermis icerma iermum. **P**lurima similiter composita ex diuersis generibus: uel casibus uel numeris: in alia per deriuationem transeuntia inuenis. **N**ihil igitur mirum tertias quoque personas pronominum tam primam quam secundam figurate adiungi: quomodo superius ostendimus.

De Constructione omnium partium orationis.

Partium orationis. quaedam habent inter se generaliter sibi accidentia id est numeros: & casus & genera: ut nomina pro-

nomen participium. Quaedam personas & numeros: ut uerbum & p
nomen. Quaedam tempora: ut uerbum & participium. Quaedam ni
hil ex eis: ut praepositio: aduerbium. conianctio & iteriectio: quae nec
declinationem aliquam habent. Quae sunt igitur declinabiles cū ex
propriis figurationibus ad conueniētes supradictorum numerorum:
uel generum: uel casuum: uel personarum: uel temporū consequētias
accipiuntur in orationis constructione: idest depositione ad aptam cō
iunctionem referri deberent: utpote singulare ad singulare: & plurale
ad plurale: cum ad unam eādemq; referat psonā intrāsiuā: ut ego P
scianus scribo: itelligens: & nos oratores scribimus itelligētes. cum. n
transitiua sunt uel refractiua: licet diuersis uti numeris: ut docemus
discipulum: docemus discipulos: doceo discipulum: doceo discipulos
accuso uos: proliū uobis. Eadē ratio est i generibus: ut bonus homo.
& iustus: & rectus est ille. bona mulier: & casta & pudica est illa. boni
homines: & iusti: & recti sunt illi. bonae mulieres: & castae: & pudicae
sunt illae. Similiter & in casibus: mei dolentis ipsius misereor: & illius
uel tui dolentis misereor. te ipsum legētem: & me ipsum itelligentem
sentio. Cum igit ad unam eādēq; personam & casus: & genera: & nu
meri referunt: supradicta cōsequētia est obseruāda. Variatur autē ut
dictum est: p transitiones & reciprocationes non solum casus: & nu
meri: sed etiā genera: ut illos laedit mulier: & illum laedunt mulieres
Superuacuum est i re tam manifesta usus auctorum testimonia profer
re. Illud tamen sciendum q; per figuram quam graeci aleothesam uo
cant idest uariationem & prolepsim: uel sillepsim. idest praceptionē
sive conceptionem: & per zeumam: idest adiunctionem: uel concident
am: quam σύνταξις graeci uocant. Et praecidentiam: uel proccidentij
am: idest antichorim: uel numeri diuersi: & genera diuersa: & diuersi
casus: & tempora: & personae: non solum transitiue & per reciprocati
onē sed etiā intrāsiuē copulant: quae diuersis auctorū exēplis tā no
stros quā graecos: necessariū esse diximus cōprobare Cōstruunt igit
diuersi numeri: ut Vir. i prio aeneidos: Pars i frustra secāt: uerbu q;
trem etiā figunt. Ad sensum enī quia pars troianorū plures i hoc loco i
telligunt: plurale reddidit uerbū secāt: quomō Homerus: ὧσ φάσαν
ἠπληθὺς. Salustius i catilinario. Interea seruitia repudiabat: cuius ini
tio ad eū magnae copiae cōcurrēbāt. Cuius enī singulare ad rem rettu
lit: Idē cuius rei seruitiorū tuchidideo. Ter. i eunucho: Si quisquā est
qui placere se studeat bonis q̄ plurimis: & minime multos laedere. In
bb iiii.

his peeta hic nomen profitetur suum. Quisq̄ enī ad multos itelligit:
quomodo idē. **A**perite aliquis actutum.

Diuersa genera similiter construuntur. **Virgilius** i bucolicis.
Dulce satis humor depullus arbutus ædis: **L**enta salix cœ/
to pecori: mihi solus amintas: **A**d dulce enim quod est neu/
trum: tam sceminina q̄ masculina reddidit. In eodem. **T**ri/
ste lupus stabulis maturis frugibus imbres: **A**rboribus uenti: nobis
amarilidis iræ. **I**dem in primo **aneides**. **N**imborum in patriam: loca
facta furentibus austris: **A**ecoliam uenit: **I**dem in tertio georgicorum.
Sunt & animeæ uites firmissima uina. **I**dem in primo **aneides**. **T**hy/
mothoe simul: & triton annixius acuto **D**etrudūt naues scopulo. **L**
ucanus in primo. **H**ic leges & plebiscita coactæ **Virgilius** in octauo.
Qualis eram cum primam aciem prænesti sub ipsa **S**traui. **C**um enī
prenesti nomen oppidi proprium neutrum sit: ad intellectum urbis
reddit sub ipsa: quomodo **T**erentius in prologo euruchi. **I**n eunu/
chum suam dixit: ad comediam referens pronome. **Virgilius** in duo/
decimo. **D**itamimum genitrix cretea caput ab ida: **P**uberibus caulem
foliis: & flore comantem **P**urpureo: non illa feris icognita capris. **G**ra/
mina cum tergo uolucres hætere sagittæ: **H**oc uenus obscuro faciem
circundata nimbo: **D**etulit hoc sulum labris splendentibus amnem
Incit occulte medicans: spargitq; salubris. **V**ide quomodo diuersa
genera: & diuersos numeros: in supradicta figura uariationis auctori/
tas confundit. **G**ræcorū quoq; auctores frequēter huiuscemodi utunt̄
figuratiōibus ut **H**omerus .ἀποθεῖλλον δὲ οὐδὲ καὶ ὀκῶν ἐφῆ μετέρων
ὄχρον πληγὴν τεῶν τι τοῦ πληγείσαι.

Diuersi quoq; casus uel casus p̄ casibus figurate tā a nostris
quā a græcis sapissime ponunt̄. ut **Vir.** i prio **anci**. **T**u mi/
hi quodcūq; hoc regni: tu scētra iouēq; **C**ōciliās: hoc re/
gni: p̄ hoc regnū. **I**dē in prio. **V**ibē quā statuo uestra est:
subducite naues: pro urbs quam statuo. **T**erentius in andria **D**ii im/
mortales: quid turbæ est apud for̄: quid illic hominum litigant: pro/
quor hoies. **I**dē i eodē. **E**x andro cōmigravit huic uicinā: p̄ i hac ui/
ciniā. **I**n eadē. **Q**uas credis esse: has nō sūt ueræ nuptiæ. **I**dē iphormi/
one **C**ū eius aduerti mihi uenit i mētem genitiuū posuit p̄ nomiatiuo
Cicero i uerrinarū prio. **N**ā ita mihi uelim deos ppitios: ut cū illius
mihi tēporis ueniat i mētem: **N**ō solū animo: sed etiam toto pectore

perhorresco. tempore illius: p tempus illud. Idem in secūdo uerū
Fac tibi ancilia legis ueniat in mentem: pro ancilia lex. Virgilius in
tertio georgicorum: Et crurum tenuis amento palearia pendenti: pro
cruribus tenuis. Idem in octauo aeneidos: Volat hasta tango per tēpus
utrunq;: pro in tagum. Salustius in catilinario: Præter rerum capita
lium condemnatis: pro condemnatis. Idem in primo historiarum:
Nam a primordio urbis ad bellum Perli macedonicum: pro perlis:
Virgilius in primo aeneidos: Troas reliquias danaum: atq; immitis
achilla: pro achillis. Horatius in quarto carminum: Hic dies festus:
corticem astrictus pice dimouit amphora: pro amphora. Terentius
in andria. Quid mei faciam: pro quid de me fiet. Idem in eunucho:
Quid illo faciemus: pro illi. Similiter Cicero i uerrem de prætura ur-
bana: Quid illo pro illi: mi o patrone factum est. Virgilius in primo
aeneidos: Parce metu cithera manēt imota tuos: Fata tibi: p ne time
as. Idē in secūdo geor. Libra die somniq; pares: ubi fecerit horas: pro
diei. Horatius i quarto carminū: Hic dies uere mihi festus atras exi-
git curas: mihi p a me. Demosthenes: Et nri hac figura sæpe sūt usi:
ut Terētius in eunucho: Apparet seruū hūc esse domini pauperis: mi
seriq;: p apparet hic seruus. Et aliis tamen plarisq; inuenies: græcorū
auctoritatē: & maxie antiquorū imitatos latinis auctores: quod
postea ostenditur. Horatius. G. huic Terentius in andria: Ita tum di-
cedo ab illo: ut qui se filiam neget daturum!

D uersa tpa cōstruūtur: ut postq̄ res asiæ: priamiq; euertere
gentē Immeritā: uisū lupis: ceciditq; supbū Iliū: & oīs hu/
mo sumat neptunia troia: Diuersa exilia: & disertas quare
re terras Auguriis agimur diuū. classēq; sub ipsa Antandro: & phry/
iā molimur mōtib; idæ. Cecidit ē præteriti: sumat autē & agimur
& molimur præteriti. Idē in. iiii. aenei. At regina graui iādudū saucia
cura Vulnus alit uenis: & cæco carpit igni: p alebat & carpebat. Et
sciendū q̄ tā poetæ q̄ psag; scriptores frequēter præteritis utunt: tā
p præteritis q̄ p futuris. Cōtra autē Varro. Terē. in adria. Sed si quid
narrare ocepit: cōtinuo dari tibi uerba cēsēs: p occipio uel occipiam.
Idē in eunucho: Quæ uera audiui taceo: & cōtineo optime: audiui p
audio: nel audiā. Idē in phormione: Cur nō inq̄ phormio: uides in-
ter nos: inquam pro inquit dixit: quod in raro est usu. Sic enī plæ-
rique solent ponere inquam quod est futuri loco præteriti: uel etiam
præsenti: accipientes. Diuersæ personæ: ut Virgilius in secūdo aenei.

Diuellimur inde Iphitus & pelias mecum. **Terentius in andria**: Si
hic esses aliter sentias. Et nota q̄ sese ostendens dixit. In qua demon/
stratione intelligitur etiam ego. **Liuius. xlvii.** ab urbe condita: Certa/
re uel pro certamine cuiuslibet bonæ artis: & uirtutis ausi sumus cū
parentibus quoq; ciuitas suis. **Virgilius**: Ille ego qui quondam graci
li modulatus auena Carmen. Idem in secundo aeneidos: Quæq; ipse
miserima uidi: Et quorum pars magna fui. **Idem in buco.** Nec tuus
hic moris: nec uiuere ipse menalcas. **Idem in quarto gorgicorum**:
Illo uirgilium me tempore dulcis alebat Parthenope studiis florentē
ignobis oci. **Terentius in phormione**: Nam ego meorum solus sum
meus. **Persius**: Postq̄ meus a pratore recessi: Nec solum per genera:
& personas: & numeros: & calus: & tempora: quæ maxime declinabi
libus accidunt: de quibus supra ostendimus solent auctores uariare
figuras: sed etiam per omnia unicuiq; partium orationis accidentia:
utpote nomini accidunt species genus numerus figura & calus: per
eos igitur quinque modos inueniuntur uariationibus. i. ἀλλοίωσις:
usi auctores per species. Optima calicolum saturnia magna dearum
magna dixit pro maxima politiuum pro superlatiuo: cum aptissime
superius: optima calicolum dixisset: & **Virgilius in primo aeneidos**:
Tristior & lachrymis: oculos suffusa nitentes: tristior pro tristis. **Ho**
merus τὸν ἐκ τῆς ἀρδαιῆος ἀνῆρ. **Dardanus** pro dardanius: primi
tiuum pro deriuatiuo: ut **Virgilius quoq; in quarto aeneidos**: Hauri/
a hūc oculis ignē crudelis ab alto **Dardanus**: p dardanius. **Et in. ii.**
Ipte deos in dardana suscitāt arma: p dardania. **Simile ē huic & Ro**
mulus populus: & romula gens pro romulus: & romulea. **De gene**
riū: & caluū: & numeros: uarietatibus in supradictis ostēdimus. **Figura**
quæ quoq; aliæ p aliis solēt ab auctoribus poni: ut **Virgilius in primo**
aenci. Totūq; a sedibus imis **Vna** eurusq; notus ruunt p eruunt: sim
plex p cōposito. **Similes** iuenies uariatiōis p oīa cæteris quoq; dictio
nibus accidētia. **Aliæ** quoq; p aliis ptibus uel dictiōibus ponūtur: ut
nomē p aduerbio: ut sublimē uolat p sublimiter: & sole recēs orto p
recēter. **Et cōtra** aduerbiū p noīe: ut genus unde latinū p ex quo. **Et**
Cicero p deiotharo. En crimē: en cā cur regē fugitiuus dominum ser
uus accuset: cur ppter quæ: & iuste p uere: uel uere p iuste. **Et satis p**
sufficiēs. **Euripides** ἄλις σῆς κόρησ ἑάντατος ἱκανός. **Lucanus in pri**
mo: Tu satis ad uires romana in carmine dādas. **Idē in. vii.** Quippe
necesse putat p necessariū. **Home. G.** dixit qdē satis ē multū p multe

Virgilius in primo aeneidos: Multum ille & terris iactatus & alto **Vi**
 superum: nomen pro adverbio ponit. **Pra**positioes est quando abun
 dant est quando deficiunt: est quando alia pro aliis ponuntur: tam a
 pud grecos q̄ apud nos abundat: πρὸς πάλτανισον ὠροῦσεν. ἂν τί
 τοῦεις πλατανισὸν καὶ ταῦ τῆρε πείουν καλῶς ἐαέ. ἂν τί τοῦ δια
 ταῦ τακαὶ καὶ τῆς τρπέρις καὶ ταπάσας προσέρχεται πρόσῃ. αἶσ.
Nostri quoq; frequenter utuntur hac abundantia praepositionis **Te**
rentius in andria: Accedo ad pedilequas. **Idem in eunucho:** Nunq̄
 accedo a te quin doctior abeam. **In eadem:** El dit ne uir quisq̄ ad eam
 adeat. **Idem in eadem:** Adeam ad eum. **In eadem:** Ad te aduenio ὄν
 Δέπο τε πρὸς δὲ μήτις ἄνῆρ πρὸς ἄν τὴν προσέλεθ προσέλεοι μι
 πρόσῃ τὸν προσέρχομαι πρὸς σὲ **Virgilius in .v. aenei.** Spacio post
 deinde relicto **Terentius eurylaus** με τα ταῦτα ἐφεξῆς ὁ εὐρύαλος τρέ
 τὸς ἄν τί τοῦ με τα ταῦτα ἐν τεῦθεν με τὰ ταῦτα πρὸς τὰς καῦς βα
 δίζει πρὸς τὰ ταῦτα. **Virgilius in octauo aeneidos:** Post hinc ad na
 ues graditur: sociosq; reuilit. **Pra**positiones deficiunt: ut **Virgilius i**
nono aeneidos: Euolat infœlix: & læmineo ululatu **Scissa comā:** mu
 ros amens atq; agmina cursu prima petit: deest cum ululatu. **Home**
rus ἂ μφωδῶς οὐ μὲ φιλησάτε. **Virgilius in quinto:** His magnū
 alcidem contrastetit: his ego suctus. his deest cum. **Alia** pro aliis po
 nuntur: ut **Virgilius in primo aeneidos:** Multa sub priamo rogitans
 super hectore multa: super priamo pro de priamo. **Idē in primo geor**
gicorum: Sub lucem exportant calathis: pro ante lucem. **Coniuncti**
ones quoque tam apud nos q̄ apud grecos modo abundant: modo
 deficiunt: modo alia pro aliis ponuntur. **Abundant:** ut **Multa** quo
 que & bello passus dum conderet urbem. **Horatius in epodo:** At o
 deorum quicquid in caelo regit terras. & humanum genus: abundat
 at. **Deficiunt:** ut **Virgilius in quarto aeneidos:** Ferte citi flāmas: date
 tela impellite remos. **Alia** pro aliis accipiuntur: ut **Virgilius in secun**
do aeneidos: Aut pelago danaum insidias: suspectaq; dona **Pra**cipi
 tare iubet: subiectisq; utere flammis: pro subiectis ue. **Euripides.** ὁ μὲ
 ἰσ δὲ μᾶλλον γὰ τρι σὺ μφονεύσα τέ ἀλλά dixit pro saltem: ut no
 stri similiter dixerunt. **Terentius in eunucho:** Si nequeas paulo: at
 quanto queas: at posuit pro saltem. **Aduerborum** uero quadam sūt
 quæ cum supradictis omnibus accidentibus: idest diuersis nume
 ris: & generibus: & casibus: & temporibus: & etiam personis indiffe
 renter ponuntur: ut non bonus uir: non bona mulier: non bonum

mancipium offendit me: non boni uiri: non bonæ mulieris: non boni
mancipii est uituperare innocentem: non ego: non tu: non ille: nō ia
cio: non facis non facit. **S**imiliter bene: male: recte: prauè possunt su/
pradictis omnibus apte adiungi. **S**unt autem alia aduerbia: quæ nō
possunt omnibus copulari accidentibus: ut o quando est uocatiuū:
ut **V**irgilius in primo æneidos: **O**regina nouam cui condere Iuppi/
ter urbem: & heus. **I**dem in eodem: **H**eus iuuenes monstrate mearū
Vidistis si quam hic errantem forte sororum. **A**lii casui non adiungū
tur nisi uocatiuo. **A**lia uero soli accusatiuo: ut pone tribunal: uel po/
ne domum: ultra fines. **Q**uædam ablatiuo: ut corā iudicibus: quod
est præpositionibus uidemus fieri. **P**ropriè aut illæ sūt præpositiones
accipiendæ quæ sine casualibus præferri nō possunt separate: ut i illud pe
riculum: p illo de illo: sub illo ex illo ab illo. **N**am pone & coram pos
sūt etiam sine casualibus præferri: quia aduerbia sunt. **V**irgilius in se
cundo æneidos. **P**one subito coniuu: serimur per opaca locorum: **I**
dem in primo æneidos. **C**oram quem quaritis adsum **T**roius æneas
Sunt aduerbia quæ diuersis personis non conueniunt: ut eia. **V**irgi/
lius in quarto æneidos: **E**ia age: rumpe moras. uariū & mutabile tem
per **F**œmina. **A**d secundam dicuntur enim solam. **S**ūt aduerbia quæ
proprie diuersis temporibus adiungi non possunt: ut heri feci nunc
facio cras faciam. **S**unt alia quæ singulis modis sociantur per omnes
personas: & numeros & tempora: ut utinam optantis. **S**ed hæc de ad
uerbis in loco latius tractabantur. **C**oniuuatio quoq; communiter
cum omnibus supradictis inuenitur: id est generibus casibus nume/
ris temporibus & personis: ut uir & mulier uiro uim & mulierum do
ceo & docui. & docebo ego: & tu & ille. si facio. si faciam. si facerem. &
si faciebam. si fecerim. & si feci. si fecissē. & si fecerā. si fecero. & si faciā
Sed ad pronominis ordinandi tractationem redeamus. **S**ciendum
q; coniugata pronomina quæ σύνταξ Aristarchus uocat trium perso
narum primitiua: seu deriuatiua inuicem per se ponere non possunt p
confusionem personarum. **I**deo non figurate possunt: quomodo nec
uerba: quia tres solas uoces in tribus personis habent: mei tui sui mi/
hi tibi sibi: me te se: a me a te a se. **Q**uomodo nec etiam pluralia eo/
rum: ut nos uos: nostrum uel nostri: uestrum uel uestri: nobis uobis
nos uos. **N**ec deriuatiua: ut meus tuus suus noster uester. **I**psæ an/
tem & ille: hic & iste: & is figurate & pro prima & etiam secunda so/
lent accipi. **Q**uipe etiam cum non habeant sibi coniugatas psonas

primas & secundas: quibus impediuntur pro illis accipi. q̄ autem sui proprie coniugatum est prima & secunda persona: ipsa declinatio ostendit similis illi cum eis. mei. tui. sui. mihi. tibi. sibi. me. te. se. a. me a te a se. Itaq; ea tria pronomina suas dependentia proprias personas ad iura suae significationis: non admittunt sibi coniugatas uoces. Idq; comprobatur etiam ex deriuatiuis eorum. meus enim tuus suus: quia sibi sunt coniugata similitudine declinationis: & maxime q̄ singulae sunt in unaquaq; persona eorū uoces quomodo etiam in uerbis p̄ sese poni inuicē uel sibi coniungi in una eademq; persona possessorum nō possunt. Nemo enim dicit ego tu: nec sui mei: nec tuus meus: nec suus meus: nec uestras nostras: nisi addita coniunctione dicam: ut seruus tuus & meus ē ciuis nostras & uestras. In quo tamē possessio cōmunis quidem significat. possessorum uero persona diuersa. Potest tamen & sine coniunctione dici. mea res tua res est. animus meus tuus est. In quo tamen diuersas intelligo personas possessorum. Ille autē ego et tu ipse: & hic ego: & iste ego: & omnia tertiae personae pronomina excepto sui: & eius deriuatiuo suus: licet & prima & secunda figura te uni eidemq; coniungere persona. In uerbis uero: quia una est sola uox tertiae personae cum secunda uel prima in una eademq; persona accipi nō potest. Nemo enim dicit facio tu uel ille uel facis ego uel ille uel facit ego uel tu. Singulis enim uerba uocibus: singulas significātia personas: eas extra se aliis accomodare personis non patiūtur. Et quid mirum in personarum discretionem coniugarum hoc fieri: cum licet etiam ex contrario ī discretis generibus uel numeris: uel casibus uel temporibus hoc manifeste intelligere. Quippe cum ipsa confusione licentia datur in diuersis ea significationibus accipere. Nam mihi ea coniungere: ut me ipsum me ipsam te ipsum te ipsam. clari clarae claro non secernunt numerum. licet ergo singularibus & pluralibus sociare ea. senatus. cursus. uultus. facies res spes. Similiter sunt diuersorū casuum cōmunia. licet ergo quibus licet eorū aptissime ea copulare. Oia uerba praeteriti perfecti subiunctiua & futuri: eadē uoces habēt absq; prima p̄sona. nihil igitur phibet in utriusq; tēpore ea accipere. Participia praesentis temporis & infinita uerba eadē etiam praeteriti imperfecti sūt. Licet ergo utrobique ea proferre: ut scribēs hodie p̄ficio: & scribens heri p̄ficiēbam. & scribere uolo hodie. & scribere uolebā heri. Sciendum tamen q̄ licet etiam praeteritis perfectis & plusq̄ perfectis participia uel infinita supradicta sensum praeteriti imperfecti significantia

coniungere: ut scribens profeci uel profeceram: id est cum in scribendo
eram profeci uel profeceram: scribere uolui: uel uolueram id est incipe
re scriptionem uolui uel uolueram. **S**ciamus enim quod praeteritum imp
fectum in ceptionem rei quidem significat: nunc tamen perfectione
Idque usus auctorum comprobatur. **C**ommunia uerba tam actiuam quam
passiuam constructionem concipiunt: ex qua discernitur uarietas si
gnificationis. **C**riminor te: & a te: hortor te: & a te amat: doceat: legat:
legat: audiat: sunt imperatiui praesentis: sunt optatiui futuri: & sub
iunctiui praesentis. **N**ec aliter eorum possunt significare uarietates: ni
si per constructionem eis accidentium aduerbiorum uel temporum.
Ut imperantes quidem sine aduerbio dicimus: amet: doceat: legat: au
deat: amato. doceto. legito. audito. **O**ptantes uero cum aduerbio: uti
nam amet. doceat. legat. audiat. **S**ubiungentes quoque cum amet. do
ceat. legat. audiat. amato. doceto. legito. & secundae sunt & tertiae
personae. **A**dditione igitur pronominum discernuntur: ut amato tu
amato ille. In omnibus igitur huiusmodi dictionibus quae diuersas
habent significationes: constructio maxime ad eas explanandas est
necessaria. **S**icut etiam in omnibus in quibus similes inueniuntur uo
ces: diuersi casus uel genera: uel numeri: utpote genitiuus & datiuus
singularis ut huius patris: & huic patris: & nominatiuus & uocatiuus
plurales: ut hi & o patres. **S**imiliter etiam docti genitiuus singularis
huius docti: nominatiuus & uocatiuus plurales: hi docti: & o docti.
Similiter cades. res. facies: nominatiui singularis: & uocatiui: ut haec
facies: & o facies: haec cades & o cades: haec res & o res. **P**lures uero:
& nominatiui & accusatiui: & uocatiui: haec facies: & has facies: & o fa
cies. **M**ulta quoque etiam in aliis partibus inuenies similia: nec aliter
ea discernes nisi ex consequentia ordinationis: id est casus casibus: & gene
ra generibus: & numeros numeris: & personas personis: & tempora
temporibus congrue disponendo. **N**on igitur si quid simile est uoce:
hoc eisdem necesse est omni modo accidentibus coniungi: sed ad in
tellectum referri: utputa omnis datiuus & ablatiuus pluralis mobiliu
nominu: uel pronominu: uel participio: similis est per tria genera: ut bo
nis illis accusatis. **E**t tamen cum de maribus loquimur masculis ea coniungi
mus: cum de contrario sexu feminis cum extra utriusque significatione neu
tris: ut bonis uiris loquor loquor bonis mulieribus & bonis mancipiis ac
cusatis uiris: accusatis mulieribus: accusatis mancipiis. **S**ic & similia
quae confusionem significationis per ordinationis iuncturam & accidentiu discutiunt

Omnis enim constructio: quam græci *ὀνόματι* uocant ad intellectū uocis est reddenda. Itaque per diuersas figuras uariare solent aucto / res in constructione accidentia: de quibus iam supra docuimus quæ quanuis quantum ad ipsas dictiones incongrue disposita esse uideantur tamē ratiē sensus rectissime ordinata esse uideantur: ut puta priā & tertia persona in unū figurate coeunt: ut *Alle ego qui quondā gracili modu latus auena Carmen.* Est enim intellectus ego *Virgilius* ille qui quō / dam scripsi bucolica & georgica. Diuersi quoque numeri hoc modo figurate reperiuntur: ut *Virgilius in primo aene:* Pars in frustra secant ueribusque trementia singunt. Pluralem singulari non ad dictionem sed ad sensum retulit: quia pars troianorum multi intelliguntur: & per diuersa genera. Qualis eram cum primā aciem prænesse sub ipsa. *Virgilius in octauo.* Quāuis enim prænesse neutrum sit: sed quia urbs intelligitur ad id quod intelligitur magis quam ad uocem nominis reddit dicens sub ipsa. Similiter per omnia accidentia omnium parti um orationis frequenter inuenimus huiuscemodi figuras: & calus p casibus: ut *Corniger hesperidū fluuius regnator aquarum pro fluuie Vir. in. i. aene.* Tu mihi quodcunq; hoc regni: tu scepra iouemq; Cō / ciliis: regni p regnū: de quibus sufficienter in superioribus diximus.

De hoc pronomine tu.

Te tu quoque quidam dubitauerunt an nominatiuus sit ta / men: an uocatiuus. Sed uterq; i eo esse ostenditur. quomo do & in omnibus fere latinis nominibus. absq; in us termi nantibus secundæ declinationis. Et quoniā *T r y h p o*: quē *apollonius* arguit eum uocatiuum solum putauit deceptus a nomi / num uocatiuis: qui coniunguntur secundæ personæ uerborum: cū dicimus: tu legis: discipule legis. Sed & cum prima & tertia perso na uerbi coniungitur bene uocatiuus qui suus est secundæ. Nec ta / men ideo dicimus primam & tertiam uocatiuos habere: nec secun da uocatiuum non esse: ut lego discipule: & legit discipule: Necessē est illos maxime casus habeant pronomina: quibus desiciūt in utraq; psona nomina: & maxime nominatiuū. uocatiuo enī pnoia nō egēt qui nec demonstratiōē: nec relationē: quibus sūgunt pronomina pos sident sed solā cōuersionē: i. apostrophē. Sed hoc: quia uel nutu: uel uo cis discretione nō solum eos quos uidemus sed etiā illos: ad quos uox

nostra potest peruenire: etiam absentes uocare solemus: uel ignorantes propria eorum nomina uel confuse hoc utentes etiam ad multos ut unus ex eis respondeat: ut ad seruos tu dicimus. **Illud quoque** sciendum quod suum est pronomini in prima & secunda persona habere nominatiuum. **Vocatiuum** uero non solum pronomina: sed etiam nomina & participia habent. **Qui casus** proprius est secundae personae: ut scribe **Virgili**: & scribis **Virgili**. **Sed** quod etiam nominatiui omnium casualium primis & secundis & tertiis uerborum est quando coniunguntur personis: ostendunt substantiua uerba & uocatiua: quae nisi nominatiuis non sociantur: ut ego grammaticus sum: tu orator es: ille philosophus est: ut ego **Priscianus** nominor: tu **Apollonius** uocaris: ille **Virgilius** nuncupatur. **Virgilius in primo aeneidos**: **Tu** ne ille aeneas: quem dardanio **Anchisa**. **Alma uenus phrygii** genuit **simeontis** ad undam. **Ergo** sine dubio haec constructio hic tu nominatiuum esse ostendit. **Praterca** hoc approbatur cum dicitur etiam ipse qui est nominatiuus trium personarum nominatiuis necessario coniungitur: ut ipse ego facio. **Idem in quinto**: **Ipse** ego paulisper pro te tua munera inibo. **Idem** in eodem: **Ipse** egomet dudum beroen digressa reliqui. **Nisi** tu esset nominatiuus casus: non poneretur cum pronomine ipse. **Tu** ipse facis. **Virgilius in buco**. **Verum** id quo multo tu te ipse fatebere maius. **Cicero in quarto uerri**. **Tu** te ipse ex edicto siculo hoc sustulisti: ille ipse facit. **Cum** ergo nomina primae & secundae personae nominatiuos non habeant: nec ceteros obliquos: uocatiuum tamen habeant pluraque loco deficientium: ut paulo ante ostendimus funguntur pronomina. **Relatio** quoque cum ad ceteros fiat ad uocatiuum non fit ut ego lego qui scripsi: tu legis qui scripsisti: ille legit qui scripsit: meus est seruus cuius aere emptus est. **Vocatiuus** autem ideo in relatiuis esse non potest: quia antecedentem cognitionem significare non potest. **Similiter** quando diuersae uni sociantur uerbo personae: necesse est nominatiuos coniungi: non uocatiuos: ut ego & tu & ille docemus. **Nemo** enim dicit: ego & grammaticae & ille docemus: nisi attentionis causa ponens nominatiuum pronominis: adiungam ei uocatiuum nominis: ut ego & tu grammaticae: & ille docemus. **Et** nomina quidem quibus tertiae sint personae: tamen habent pluraque uocatiuum: ut diximus. **Nec mirum** cum uerbis quoque uocatiuis quomodo & substantiuis coniuncta possunt tam primae quam secundae esse personae. **Quomodo** ergo si dicam: **Virgilius** uocaris: a tertia in secundam transfero

nomen personā. Sic uocādo eundē intellectu ipso uocādi facio secū/
dā psonā. o **Virgili**. i. te uoco **Virgili** Excipiūtur infinita nomina uel
interrogatiua: uel relatiua. uel redditua: uel distributiua: quæ quia
incertæ sunt psonæ uel diuersæ uocatiuū habere nō possunt: ut quis
qui qualis talis tantus quantus quot tot uterq; alter singuli bini terni
& similia. Ad huiuscemodi enim nomina uocatiuo fieri non potest:
quis licet etiā ad secundam ea coniungere personam: sed per nomi/
natiuos: ut qui estis: quales estis uterque scipiones uocamini. singu/
li ueniatis ad me: terni prandete apud me. **Virgilius** i primo **æneidos**
Sed uos qui tandem: quibus aut uenistis ab oris. **Pronomia** uero pri/
mæ uel tertiæ personæ minime possunt habere uocatiuum nisi posses/
sua primæ: quando coniunguntur uel diriguntur ad secundam per/
sonam. Quippe cum potest aliquis ad suam loqui possessionem: idest
ad filium: uel ad seruum: uel ad matrem: uel ad uxorem dicere: o mi o
mea o mecum: o noster nostra nostrum. Et est proprium possessiuorū
pronominum duas significare personas. Ipsam quidem quæ possidet
per genitiuum ubiq;: eam uero quæ possidetur per omnes casus. Itaq;
secundæ personæ possessiuum: cum in genitiuo sit ipse possessor intel/
ligendus: ad quem dirigitur sermo. **Vocatiuum** quoq; habere nō po/
test: nisi figurate uelim dicere: o tue & non aliene: idest tui potestatem
habens: quomodo ego sum meus **Euripides** ἔγώ φησ' αὐτόσ τεός αἱ: **Sed**
quis non careat ratione: tamen in usu non est quomodo nec suæ illi/
us nata: ut proprie illius nata. Cum igitur in omnibus possessiuis tā
possessor quā possessio intelligatur: nec alii possunt casus quantum
ad possessiones: nisi genitiui intelligi: non possunt habere uocatiuos:
nisi per ipsas possessiones: cum in secunda esse intelligentur ea perso/
na: nec prima tamen primā: nec secunda secundam potest possidere:
nisi sicut ostendimus figurate. dicat aliquis ego sum meus dominus
& seruus. tu es tuus & doctor & discipulus: ut p̄sius: **Vindicta** postq̄
meus a prætorē recessi. **Tertia** uero tertiā potest possidere: quia mul/
tæ & diuersæ possunt esse tertiæ. **Vocatiuum** tamen aliud pronome
in usu non habet nisi primitiuum secundæ personæ: & possessiuum
primæ: quando ad id sermo dirigitur: idest quando secundæ sociatur
personæ: licet enim naturaliter ad suam loqui possessionem. **Tertia**
uero personæ possessiuum. & si naturam habeat: ut per uocatiuum
possit dici: ut prædictum est. **Possumus** enim etiā ad alienam pos/
sionem dirigere sermonem: ut **O** genitor noster saturne maxime

*Quis quis q; dicitur & p̄sona
In p̄sona q; casu uocatur uocante*

*Psonas duas hęc designat videt
Cum possessore possessio sine.*

diuum. & euandric filii: & **Thelamóie** aiax. Itaq; quāuis quātum ad
ipsam rem naturam rerū uideatur posse dici: o sue fili **Euandri**. o sua
uxor euandri. ut si dicam **Euandric** fili: & euandria uxor: cum i hoc
duar tertiæ intelligantur personæ possessoris & possessionis. usus ta-
men deficit: quomodo etiam apud græcos teste **Apollonio** ὁμοῦτεπεεὺ
rationabiliter posset dici. in usu tamen non inuenitur. De hoc enim
ἐν τῷ περὶ οὐν τὰς ἐπεὶ tertio clarius tractat. **Secūda** autem personæ
ut supra dictum est: deriuatiuum ideo non potest habere uocatiuum
quia necesse est genitiuum primitiui itelligi in possessore ipso ad quē
loquimur: & uocatiuum in possessione. **Sed** possessio secundæ perso-
næ necessario uel ad primam uel ad tertiam personam refertur: quæ
naturaliter carent uocatiuo. tuus filius sum: uel tuus filius est ille. **Et**
quīs figurate: ut supra dictum est: dicam: tu ipse tuus est & dominus
& seruus: tamē uocatiuū non inuenies: nec figurate in hoc pronome
prolatum: ut eundem & possessorem & possessionem i una eademq;
persona uideatur aliquis affari dicēdo: o tue quomodo apud græcos
ὦ τὰυ τὴ τοῦ ὦ σὺ. Eodem teste **Apollonio**. **Quemadmodum** igi-
tur nomina tertiæ personæ sunt: sic etiā possessiua pronomina: quæ
quāuis quātum ad personas possidentiū: finita sunt primæ & secundæ
& tertiæ. tamē quantū ad possessiones ipsas tertiæ sunt personæ: nisi
substantiuis uel uocatiuis coniūgant uerbis: sicut & nomina: meus es
filius: meus uocat seruus. tuus nominor parens: tuus est pater. suus
illius sum. ilius. suus illius filius es. suus illius ē filius. **Pronome** enī
ipse tribus aptissime: ut supra diximus cōiungit personis: Itaq; **Apol-
lonius** ἐπι τὰυ ἀστικόν hoc uocat: id est: appositum eo q; aliis p nomi-
nibus apponit: ui ipse ego: uel ego ipse: tu ipse: ille ipse. **Et** quāuis iue-
niant etiam alia p nomina figurate sic cōiuncta p diuersas personas:
ut ego ille: tu ille: hic ille ut **Virgilius** Ille ego qui quōdam gracili mo-
dulatus auena **Carmen**. **Idē** in primo **æneidos**. **Tu** ne ille **æneas** quē
dardanio anchisæ. **Ter.** in andria. **Hic** est ille: ne credas te dauum lu-
dere. **Nō** tamē quomodo ipse sine alio p nomine possunt primæ & se-
cundæ personæ uerbis adiungi: ut ipse facio ipse facis. **Vir.** in secundo
æneidos. Quæq; ipse miserima uidi. **Idem** i bucolicis. **Cū** faciā uitulā
pro frugibus ipse uenito. **Alias** autem uoces tertiæ p nominū personæ
p se: sic uerbis primæ & secundæ psonæ nō possumus copulare. **Nemo**
enim dicit ille facio: & ille facis: nisi addas & p nomina primā & secū-
dā demonstrantia sponam: ut **Cicero** iuectiuarū secūdo. **Hic** ego uehe

mer s ille consul: qui uerbo ciues in exilium cicio quaesui a **Catilina**
Sed ille ego: uel ille tu cum dicimus: relationem significamus antee
dentis cognitionis. **Ipse** ego uero discretionem: idest ego ipse per me
& non alius. **Hoc** autem appositum pronome: idest ipse: quis & im/
peratio societur. **Dicimus** enim ipse facis: & ipse fac: no habet tamē
uocatiuum. **Nullum** enim p nomen habere uocatiuum potest: ut di/
ximus: nisi primitiuū secundæ personæ: ad quod dirigitur sermo: &
deriuatiuū primæ quando cōiungit primitiuo secundæ: uel uoce: uel
intellectu: ut o mea tu o noster **Chremes**. **Præterea** uocatiuis substan/
tius: uel uocatio uerbo p se nō cōiungitur: sed nominatiuus. **Nemo**
ei n dicit: docte es: clare uocaris: **Virgili** diceris: sed doctus es: clarus
es: **Virgilius** diceris. Ipse igit n si nominatiui uice nois fungi nō pōt:
Nihil autē miq; secundæ psonæ nominatiuo imperatiuū adiūgi: cū & ter/
tiæ personæ: quæ prioris uocatiuum non habet adiungant imperati/
ua: ut faciat: & facito ille: & faciant: & faciunto illi **Illud** quoq; sci: dū
q; uocatiuis frequenter utimur sine uerbis secundæ personæ: ut mi/
ror te **Virgili**. intelligo te **Homere**. **Nominatiuos** uero nisi per eclipsim
nunq; sine uerbis proferimus eiudem personæ: ut bonus es. **Apol**
lonius nominaris. **Omnia** autē pronomina: quæ uocari possunt: simi/
lem habent nominatiuum uocatiuo: excepto mi pro mee. **Nec** mirū
cum etiam nomina pleraq; apud latinos: ut diximus: eosdem habēt
nominatiuos: & uocatiuos: atticis quoq; mos est nominatiuos pro
uocatiuis proferre. **Ar. Stophanes** ὦ φίλος ὦ φίλος. **Homerus**. g. quē
secutus **Virgilius** in nono: **Corniger** hesperidum fluuius regnator a/
quarum **Fluuius** pro fluuie dixit **Lucanus** in secundo. **Degener** o po
pulus uix sæcula longa deorū **Sic** meruisse uiris: pro popule. **Mace**/
dones autem & thessali contrario uocatiuos solebant pro nominati/
uis proferre. **Homerus** ἄνθρωπος hic uocatiuus est pro nominati/
uo ἄνθρωπος dixit pro ἄνθρωπος **Vnde** romani frequentissime huius
cemodi nomina & maxime appellatiua per uocatiuum græcum etiā
pro nominatiuo suo proferunt: sophista. cytharista. pœta: scytha. sar
mata. sophia. **Persius** tamen indubitanter uocatiuum pro nominati/
uo posuit. **Censorem** ne tuū uel quod trabeate salutas: trabeate dixit
pro trabeatus. & **Horatius** maecte uirtute. p maectus uirtute.

Secundus liber.

IN SUPERIORI LIBRO DE ARTICULARIVM
dictionum & pronominum tractantes constructionibus
necessario etiam plurima de nominis & uerbi constructio/
nibus: sine quibus ista orationem perfectam complere ne
queunt diximus. Quippe quae ex maxima parte eis com
munes sint cum illis. In hoc quoque de nominibus & uer/
bis praecipue quis & de ceteris partibus: cum eis etiam plurima inue/
niantur communia exponemus. Ergo minime mireris si eadem ex/
empla constructionum repetantur: cum in plerisque consimiles sint supra
dictorum: & dicendorum rationes. Singulorum igitur casuum per
ordinem constructiones uideamus. Nominatiuus & uocatiuus abso
luti sunt omnes: idest per unam personam: intrasitiue possunt profer
ri: ut ego Priscianus ambulo: tu Plato Philosopharis. Aristoteles dis/
putat. Et si substantiuus uel uocatiuus iungantur prima: & secunda p/
sonae non egent pronomibus: quippe essentiam sui: uel nominatio
nem significantes: ut homo sum. Cicero nominor. Sin autem aliis co
socientur uerbis. tunc necessario adiunguntur pronomibus: ut ipsi
us essentiae praesenti demonstratione transeant a tertia persona conex
ione pronominis ad primam uel secundam: ut ego Priscianus scribo
tu Apollonius uel Apollonii scribis. Et sciendum quod uocatiuus non
eget pronomine: quippe cum secundam sua uoce finiat personam ut
Apollonii legis uel lege. Terentii scribis uel scribe. Virgilius in decio
Vigilias ne deum gens: Aeneas uigilia: Persius: Censorem ne tuum:
uel quod traheate salutas: Quauis ad perfectam significationem be
ne additur indicatiuus uerbo tu nominatiuus. Si uero tollamus pro
nomina ab hac constructione: quae nominatiuus constructur. dicendo
Priscianus scribo. Apollonius scribis: soloecismum facimus. Nam
nomina per se & participia absque uocatiuus casu tertiae sunt personae.
Quomodo ergo non dicimus: ille lego: uel ille legis. sic non dicimus
Priscianus lego nec Apollonius legis: Quomodo autem ille ego lego
& tu ille legis recte dicitur. sic Priscianus ego lego: & tu Apollonius
legis: uel tu Apollonii. Licet enim nominatiuum: & uocatiuum no
minis: secundis adiungere pronominum personis: Virgilius Ille ego
qui quondam gracili modulatus auena Carmen: Horatius in primo
sermonum. Tu ne sindania: aut dionysius audes Virgilius in primo
aeneidos. Tu ne ille aeneas quem dardanio anchisa. & sciendum quod has
quidem constructiones quae per nominatiuum absoluuntur. Stoici

ἄξιόν αἰτᾶται uel ὄν ἀβά αἰτᾶται id est dignitates: uel cōgruitates uocabāt
ut ego **P**riscianus scribo. **A**pollonius ambulat. **C**aro philosophatur.
Allas uero quibus transitiones ab alia ad aliam fiunt personam: in qui
bus necesse est cum nominatiuo: & obliquum aliquem casum proferri
παρὰ τὸν ἀβά αἰτᾶται dicebant: hoc est minus q̄ congruitates: ut **C**icero
patriam seruat. **Q**uando uero ex duobus obliquis constructio fit: ὄν
ἀβά αἰτᾶται: id est incongruitatem dicebant: ut placet mihi uenire ad
te: siue nominibus ipsis tantum: seu uerbis hoc exigentibus. **N**omini
bus quidem exigentibus obliquos: necesse est substantiuum uerbum
uel participium consequi. ut filius **H**erculis sum: uel filius **H**erculis
esse dicor. & commodus duci sum: & commodus duci esse uideor bo
nus sum animam: & bonus esse animam intelligor. fortis sum uirtu/
te: & fortis esse uirtute appereo. **E**st autem quando per eclipsim uerbi
uel participii substantiuum. huiuscemodi casuum: id est nominatiui cū
obliquis constructio solet proferri. ut filius **P**elei **A**chilles multos iter
fecit troianos. **S**ubauditur enim participium uerbi substantiuum ens:
quod in usu non est: pro quo possumus qui ē: uel qui fuit **P**elei filius
dicere uel subaudire. **S**imiliter aliis casibus nominatiuum consequen
tibus. uel supradictum participium. uel quæ pro eo accipiuntur: sub/
audire necesse est ad nominatiuum. cum modus mihi amicus profi/
ciscitur: id est qui mihi est commodus amicus: **H**onestus faciem uir
cernitur: hoc est qui est honestus faciem. celer pedibus currit. homo
subauditur qui est. & hæc scilicet constructiones quæ ipsorum nomina
exigente natura sic uariantur casibus: quibus licet uel pronomina: uel
participia per eisdem casus subiungere: ut ille filius **P**elei **A**chilles bel
lans multos interfecit troianos. & illius **P**elei florentis uirtute filius
Achilles fuit. **I**dem licet per omnes casus facere. eosdem enim obli/
quos casus quo sibi adiungit nominatiuus: potest etiam flexus idem
habere: sed non tamen eadem constructione uerborum. **N**am ad ali/
as transeunt uerba personas: quippe nominatiuum desiderantia. ut
filii **P**elei fuit uictoria graiorum: filio **P**elei cessit hector: filium **P**elei
timuit **H**ector. filio **P**elei floruit græcia. **E**t hoc quantum ad naturā
ipsorum inter se nominum per uarios casus construendorum. **V**erba
quoque transitiva similiter solent uariis casibus adiungi. ut miles
eget imperatoris. **A**eneas præmium donat **E**uryalo. **P**lato crudit **A**ri
stotelem. **C**icero potitur laude. **Q**uomodo autem nominatiuus obli
quis apte possit constitui quantum ratione potero comprehendere

docbo: quos tamen etiam flexus sibi defendit: ut **Aeneas** rex troiano-
rum. Sic per obliquos casus quoque. Nominatiuus igitur casus nomi-
num genitiuo adiungitur: quando possessio aliqua. & possessor signi-
ficatur. Et nominatiuo quidem possessionem: genitiuo autem pos-
sessorem proferimus: ut **Hector** filius **Priami**. **Dauus** seruus **Simo-**
nis. **Aeneas** rex troianorū. **Patroclus** amicus **Achillis**. patronus **Ver-**
ris hortensius est. Quae sic interpretatur ut adiuncto uerbo possessio-
nem significante: possessioque mutet nominatiuum in acculatiuum.
possessor uero genitiuum in nominatiuum uerbi huius natura exigē-
te hoc: ut intransitiue quidem nominatiuum: transitiue autem accu-
latiuum exigat. Quid est enim **Hector**: filius **Priami**. interpretantes
dicimus hoc est **Hectorem** filium **Priamus** possidet uel habet: patro-
nus. **Verris** hortensius idest patronum **Verris Hortensium** habet. li-
cet tamen haec eadem cum substantiuo uerbo adiunguntur. tam geni-
tiuo quae datiuo connectere: ut filius **Priami** & **priamo** **Hector** fuit. &
Dauus seruus **Simonis** & **Simoni**. & **Patroclus** amicus **Achillis** &
Achilli. Similiter comes. socius affinis. cognatus. uicinus. propin-
quus & similia: idest omnia ad possessionem pertinentia: ut **Virgilius** in
septimo. Est mihi nata uiro gentis quam iungere nostrae: pro possi-
deo natam. Sed magis datiuo utimur: quasi ad ignorantes: ut supra
dicto uersu. Nam ad scientes esse natam nomen autem propriū igno-
rantes dixisset: mea uel mei nata **lauinia** est sub dictiones posita post
natam. Contra autem nomine quidem cognito: ignorato uero cuius
esset nata dixisset. **Lauinia** mihi nata est: post **Lauiniam** sic distingue-
do: ut **Virgilius** in **bucolicis**: Si nescis: meus ille caper fuit: ad scien-
tem caprum. Ad nescientem autem eius possessorem dixit meus. Idē
in eodem Est mihi namque domi pater: est iniusta nouerca. ad nescien-
tem si sit pater dixit mihi. alio quoque sensu inuenis datiuos pro geniti-
uis. ut **Virgilius** in **decimo** **Fufos** ceruix cui lactea crines **Accipit**:
pro crines cuius: Supradictis uero e contrario uidentur illa proferri
quae laudem uel uituperationem: uel accidens aliquod ostendunt ab
aliquo possideri. per nominatiuum enim possessorem in huiusce-
modi significationis structura per genitiuum possessionem proferimus i-
uocata: idest essentia demonstratio: ut magna uirtutis uir. idest magna
uirtutē habēs nimiae tenuitatis homo: idest nimiam tenuitatem habēs:
egregiae pulchritudinis mulier: idest egregiam pulchritudinem habens

extrema turpitudinis animal: id est extremam turpitudinem habens
albi quidem coloris est cygnus: nigri uero coruus: id est album colo-
rem cygnus habens: coruus nigrum. **E**t g. aci in huiusmodi sensu
genitiuo tantum utuntur. Latini uero etiam ablatiuo frequētius utū-
tur: ut magna uirtute uir: pro magnam uirtutem habēs. egregia pul-
chritudine mulier: pro egregiam pulchritudinem habens. sic & simi-
lia. **T**erentius in andria: **V**ideo unam adolescentulam forma: ac uul-
tu solia adeo modesto: adeo uenusto: ut nihil supra. **S**imiliter quādo
consequentiā aliquam rerum per genitiuū significant græci. οὐ τις
ἐμὲ ξῶστος καὶ ἐπίχρονι λερκο μενοιο σοὶ κοίλας παράνηυσι βα-
ρειασ χεῖρας ἐποίησιν huiusmodi sensum per ablatiuum proferimus
non me uiuo: & in terra uidendo: id est dum uiuo. & in terra uideor.
Necesse est enim huiusmodi structuræ: siue nomen: siue participi-
um prolatum uerbo interpretari: dum aduerbio uel eandem uim ha-
bentibus addito. **V**irgilius in septimo: **N**ō uob s rege latino Diuitis
uber agn: troiæue opulentiā deest. i. dum rex latinus sum: uel donec
Latinus regnat. **L**icet enim uel nominatiuum pro ablatiuo: & maxie
nominum cum uerbo substantiuo ponere. uel uerbum cognatum si-
gnificationi ipsius nominis: ut me doctore florent mulæ: id est dum
ego doctor sum. **N**ā participia raro sic proferuntur: pro me docente:
ut dicam: dum ego docens sum. uerbum uero cognatum signifi-
canti ipsius nominis: quod per ablatiuum pro fertur ponimus: ut me
doctore. id est dum ego doceo: illo imperatore: donec ille imperat: pie-
tate manente: dum pietas manet. **V**irtute florente: quoad uirtus flo-
ret. **C**omparatiua quoq; & superlatiua græci genitiuo adiungūt. nos
autem comparatiua quidem ablatiuo: ut fortior **A**hilles **H**ectore.
Superlatiua uero genitiuo: ut fortissimæ gentis: de quibus latius in
libro tertio de nominis comparatione dicentes tractauimus. **V**erba-
lia quoq; in or desinentia: uel in trix transitiva quæ a uerbis actū ali-
quem significantibus fiunt: genitiuo iunguntur: ut amo illum: ama-
tor & amatrix illius: doctor & doctrix illius: munitor & munitrix il-
lius: lector & lectrix illius: tōsor & tonstrix illius: mirator & miratrix
Lucanus in nono: **I**mpressit dentes a morois aspera tullo **M**agnani-
mo iuueni: miratoriq; catonis. **S**imiliter genitiuo adiunguntur par-
ticipialia plarunq; uel participiorum transitiuorum: absque tempo-
re uim habentia. **T**ransitiua autem participia sunt quæ a transitiuis
uerbis nascuntur: ut amo illum: amās illum: fido illi: fidēs illi: inuideo

tibi: inuidens tibi, nisi sint passiva: id est futuris passiuorum similia.
Tunc enim datiuo & ablatiuo coniunguntur: sicut & participia eiusdem formae in dūs desinentia: ut amans illius: similiter abundans. sapens. patiens. fidens. **Virgilius in secundo aeneidos: Obtulerat fidēs animi: atq; in utroq; paratus. Similiter inops: praeceps. Virgilius in quarto aenei. Scuit inops animi. Idem in nono: Et praeceps animi It marus & mauortius hemon. Similiter cupidus: rapidus: auidus: Virgilius in nono: Ego auidum pugnae dictus ac numine phœbi Aecani / um prohibent: fidus illius. Virgilius in septimo: Præterea regina tui fidissima dextra Occidit ipsa iua. Doctus grammaticæ: prodigum animæ. Horatius in tertio carminū Regulum & scauros animæq; magna prodigum: abundans illius rei nomen est. Nam participiū ablatiuo: quomodo & uerbum eius coniungitur. **Virgilius in bucolicis. q̄ diues pecoris niuei: q̄ lactis abundans. Cicero pro Cluentio: Mulier abundans audacia. Idem pro Cornelio. ii. Quis tam abundans copiosis. Similiter patiens quando nomen est: cum genitiuo sociat. Lucretius in nono: Qua niger astriferis cōnectitur axibus aer: Quodq; patet terras inter caeliq; meatus Semidei manes habitant: quos ignea uirtus Innocuas uita patientes ætheris imi Fecit: & æternos animā collegit in orbes. Virgilius in secundo georgicorum: Patientes uomeris unci. Quando participium est iungitur accusatiuo: sicut uerbum ex quo uenit. patior illam rem: patiens illam rem. **Virgilius in tertio aeneidos: Haud ipune quidem: nec talia passus vlyxes. amans illius nomē est. Cicero p̄ Celio. Amās illius clarissimi: ac fortissimi patriæ amantissimi. Salustius in Catilinario: Alieni appetēs fui p̄fusus. Et attende q̄ uoce passiva p̄fusus: quia magis actum significat: genitiuo est coniūctum. Similiter si dicam doctus grammaticam: participiū est. Doceor enim grammaticam dicimus. Et necesse est ut diximus cum casum quem uerba sequuntur: & etiam participia sequi. Doctus grammaticæ nomen est. fugitans litium: nomen est. Nam fugitans lites participiū est. Dicimus enī fugitans: & fugito lites. **Terentius in phormione: Herus meus liberalis est & fugitans litium. Similiter præfectus urbis nomen est: præfectus urbi participium est. uerbum enim datiuo coniungitur: ut præfacio tibi. Et postremo omnia quæ similem habent significationem in or desinentibus uerbalibus transitivis genitiuo solent adiungi: ut dubius illius rei. Similiter anceps illius rei: nescius expers: doctus: peritus. Similiter genitiuo adiunguntur********

omnia quæ obtineri uel desyderari aliquid ostendū: uel cōtraria his.
Et hæc sunt nomina: quæ aliquid obtineri ostendū: diues: copiosus
opulentus: capax: tenax. **Virg. in primo aenei.** **D**itissimus agri Phœ
nicum. **Idem in secundo georgico:** Diues epum uariarum. Et quæ
desyderari aliquid ostendunt: ut auarus illius rei: cupidus: studiosus
avidus. **Contra uero deesse aliquid significantia: egenus: indignus:**
inops: pauper: uacuuus. **Horatius in primo sermonū:** **H**oc semp ego
optarim pauperrimus esse: bonorum. **Idem in tertio:** **S**ic uacuum cre
bri populum phæaca putauit. **L**icet autem ut dictum est in omnibus
possessionibus: & pronomē possessiuū: uel nomē p genitiuo primiti
ui: & datiuum p eo genitiuo ponere: & nominatiuū: ut **Euādrius fili
us Pallas** fuit & **Euandri filius:** ut **Euandro filius fuit Pallas.** **Thela
monius filius fuit Ajax:** & **Thelamōis:** & **Thelamoni filius fuit Ajax**
Pater meus fuit Aristarchus. & **pater mei & mihi: Cliens Tullianus**
fuit Roscius. & **cliēs Tullii.** & **Tullio fuit Roscius.** **Similiter omnia**
ad aliquid eandem constructionem seruant. **E**t hæc enim possidētur
maxime autem quando ad gratiam: uel ad utilitatē alicuius: uel con
tra aliquid fieri uolumus significare: datiujs utimur. **Lucanus in. ii.**
Urbi pater est: urbiq; maritus. idest ad utilitatem urbis: & pater fieri
passus est & maritus. **Similiter possumus dicere fortis patriæ sum.** &
multis patriæ fortior sum: & omnium utilissimus patriæ sum. **N**am
positiuorum constructio: & in comparatiuis: & superlatiuis seruatur
& extra suam illorum constructionem quam habent in comparādo.
Huiuscemodi autem constructiones idest quæ adunguntur tā no
minum q̄ uerborum acquisitiuas græci uocauerunt κτηνικὰς συντά
ξεις: quæ nobis aliquid boni: malue acquirunt: quorum pluraq; a
uerbis deriuantur: uel generant uerba: quæ sunt adiectiua: ut utilis
sum tibi: uel inutilis: commodus illi sum. uel incommodus. **F**idus il
li: cuius tamen superlatiuum & genitiuo adiunxit. **Virgilius in duo
decimo:** **P**reterea regina tui fidissima dextra **O**ccidit ipsa sua. **S**imi
liter **damnosus: periculosus. facilis: carus: difficilis: quæstuosus: uēdi
bilis.** & oīa similia: quæ fere aliquid cōmodi uel incōmodi demōstrā
tur. **Q**uid ē aliud enim utilis tibi sū: nisi utilitatē tibi ferēs: & calūnio
sus calamitatē tibi ferēs. **E**t postremo oīa uerbalia in lis uel in dus de
sinētijs similia participiis futuris datiuū asciscūt ut **mirabilis legibilis**
orabilis: amabilis mihi est penetrabilis: & penetrabilis extricabilis
dicēdus: amandus: docendus. & etiam similia: **docilis & docibilis.**

Sed docilis ē qui facile docetur: docibilis est qui facile discitur. Quo modo penetrabilis qui intimis est partibus. penetrabilis qui facile penetratur. Acquiratātia e: iā genitiuo uel datiuo adiūgnutur: quomodo & uerba quæ græci ἰσορροπα uocant: & subiecta uel supposita quæ græci ὑποκαίμενα καὶ ὑποτιθέμενα dicunt. Quæ tamē sunt ipsa ad aliquid & dicta. de quibus jam diximus. Subiecta uero uel supposita dicuntur, q̄ licet ea & subicere & p̄aponere: ut pater filii: uel filio ē pater: & patri est filius: uel filius patris. Similiter dominus seruus imperator. mil. s. tyrani. us. armiger. satelles. rex. herus. famulus. cliens. patronus: licet quouis ordine per utrumq; casum profertre. Similis quoq; & dissimilis: par impar: æquus iniquus: amicus inimicus: comes socius: affinis cognatus: propinquus uicinus: commilito contubernalis. **Terentius in cunuchis:** Quid tibi ego plura dicam domini similis es. **Iuuenalis in secundo:** Non sim ilis tibi. **Cicero pro Marcello:** Similimū deo iudico. **Lucanus in. x.** Quē metuis par huius erat. **Idem in. vii.** Par geminis chiron: & idem quod carcinos ardēs **Scorpios.** Accusatiuo quoq; nominatiuus adiungitur figurate: quādo qd parti accidit: hoc toti redditur. & totū p̄ nominatiuū: pars aut̄ p̄ accusatiuū profertur: ut fortis dextrā: p̄ fortem dextrā habens: celer pedes p̄ celeres pedes habens: sapiens animā p̄ sapientē animā habēs: albus colorem p̄ album colorem habens. Et in omnibus subaudiendū qui est etiam si obliquetur: ut albi colorem equi: id est equi qui ē albi coloris: albo colorem equo: album colorem equum. Sic etiam p̄ pluralia. Albi colorem equi oblatis sunt imperatori: Alborum colorem equorum magnum corpus fuit: Albis colorem equis uenit: Albos colorem equos frenat. Nam quicunq; casus nominatiuo adiunguntur etiam declinato cōstrui possunt. **Virgilius in primo:** Nuda genu: nudoq; sinus collecta fluentis. **Idem in sexto:** Lacerum crudeliter ora. Ora manusq; ambas: populataq; tempora raptis Auribus. **Idem in quinto:** Intentaq; brachia remis **Intenti.** Ablatiuus etiam coniungitur nominatiuo quando per eum aliquid euenire demonstratur illi q̄ per nominatiuum profertur: ut acutus oculis. id est per oculos: ualidus uiribus: id est per uires: gloriosus laude: id est per laudem. In hoc sensu græci quidem datiuo: nos uero ablatiuo utimur: & quod supra quoque ostendimus: quando habere aliquid: uel etiam consequi per genitiuum græci ostendunt: nos uero ablatiuo utimur: ut ἀγαθὸν ἀρετῆς ἀνὴρ: magnā uirtutē habēs uir. latini magna uirtute dicunt.

Frequenter tamen & genitiuo secundum graecos in hoc sensu utimur
& magnae uirtutis uir. **Virgilius** in primo: **Ditissimus** agri phoenici
Idem: **Diues** equum: diues pictae uestis & auri. **Salustius** in iugurtho
Hominis ueteris profapiae multae imaginum: ac nullius stipendii. **Te-**
retius in andria: Forte unam conspicio adulescentulam forma ac uul-
tu socia adeo modesto adeo uenusto: hoc est uirginem: quae habebat
formam ac uultum modestum: & uenustum. **Similiter** inconsequen-
tia significatione illi genitiuo: nos ablatiuo utimur tantum: ut ἐμοῦ
ὄρω ἢ Τοσ Τὸν ὄσόν ἀπὲκ τεινός. mei uidentis puerum cecidisti. i. dū
ego uideo puerum cecidisti: quod nos dicimus. me uidente puerum cecidi-
sti: **Augusto** imperatore **Alexandria** prouincia facta est. id est cum au-
gustus erat imperator: **Bruto** defensore liberata est a tyranno republi-
ca. i. cum defensor eius erat brutus: **Sylla** uictore perierunt **Romani**
p̄ cū uictor fuerat **Sylla**. in hoc autē sensu ut ostēdimus: nō licet geni-
tiuo uti p̄ ablatiuo. **Illa** quoq; noia: quae uim habet passiuā ablatiuo
iungunt: lassus labore: fessus cursu: cassus lumie. quod etiā p̄cipium
pōt esse. **Virg.** in. ii. aenei. **Dimiseret** neci: nūc cassum lumie luger. ta-
mē sine dubio nomē est. **Idē** in. xi. **Cassa** fraude parat: orbis prole: ui-
duus pharetra. **Hora.** i. primo car. **Pueri** minaci uoce dum teret: uidu-
usq; pharetra risit **Apollo**. **Iuuenia.** i. li. iii. **Dignus** morte perit: cœnet
licet ostrea centū. uacuis cerebro: mēte captus. **Est** tamē inuenire in
his quoq; quaedā auctoritate ueterū genitiuis cōiuncta. **Virg.** in. xii.
Descendā magnos: aut unq̄ indignus auorū. **In** comparationibus
quoq; ablatiuos ponimus p̄ genitiuis: ut fortior **Scipio** **Hanibale**: li-
cet nominatiuū cū nominatiuo interposita q̄ cōparare: ut fortior **Scipio**
q̄ **Hanibal**. **Et** quod saepe superius docuimus. **Flexis** quoq; nomina-
tiuis in obliquos casus eadem constructio in obliquis quoq; casibus
seruatur: ut fortioris **Hectore** **Achillis** maxima uirtus fuit: & **Scipio**
nis q̄ **Hanibalis** mirabilior strenuitas erat. **Necesse** est autem omnia
casualia eisdem casus in eadē structura seruare: siue coniugant: quod
supradictum ē nominibus: siue p̄ eis sint posita. **Et** p̄ nomina quidē
loco nominū: etiam p̄ se posita inueniuntur. ideoq; constructionem
eorum sibi defendunt: ut gloriosus ego sum doctrina: laudabilis est il-
le fortitudine. **Participia** uero cum nomine & p̄nomie: & p̄ se posita
cōstructionē tā uerbi necessario quā nois sequuntur: quia utriq; cogna-
ta sūt nois: ut **Cicero** accusas uicit: **Cicerōis** accusatis oīo ualuit: **Ci-**
ceroni accusanti cōtingit gloria. **Ciceronē** accusantē timuit **Catilina**

O Cicero acculans **Catilinam** patiam seruasti. **Cicerone** accusante ē uictus **Verres**. Et eas quidem constructiones ad similitudinem nominum habent participia. Verbi uero constructionē seruant eius singula participia: ex quo nascuntur & uel absolute dicuntur: hoc est in transitiuē: quomodo & uerba quæ non egent obliquis casibus: ut **se** deo **surgo**: **ambulo** **sedens**: **surgens** **ambulans**. uel transitiuē: hoc est in diuersas personas: uel in se ipsas per reciprocationem: id est sui passiuem: quam **græci** **ἰδιότροπὴν** dicunt: ut **miseror** **tui**: uel **mei**. **misereris** **tui** uel **mei**: **Inuideo** **tibi**: uel **mihi**: **uideo** **te** uel **me**: **potior** **te** uel **me**: & **illo** uel **illum**: **tui** uel **mei**: **potiens** **te** uel **me**: & **illo** uel **illum**: & **tui** uel **mei**. Et attendendum est quod nominatiuus qui uerbo adiungit immobilis manet casibus ipse: uel nullum: uel eum solum assumit alterius casus obliquū qui uerbo construitur. Nullū quidem quando absolute dicit: id est intransitiuē: ut **Terētius** **ambulat**: **Salustius** **quiescit**. Obliquum uero quando transitiuē. i. sui passiuē: ut **Cæsar** **uicit** **Pompeium**: **Cicero** **arguit** **Catilinā**: **Pater** **indulget** **filio**: **Dominus** **miseretur** **serui**: & **serui** **sui**. Ille autē nominatiuus qui obliquos exigēte ipse uis nominis natura sibi asciscit: etiā per omnes: ut supra diximus **Cæsus** **declinatus** eandem constructionem casuum sibi defendit: ut **uictor Pompeii** **Cæsar**: **interfectus** **est** **a** **Bruto** **uictoris** **Cæsaris** **Pompeii** **filia** **fuit** **Iulia** **uictori** **Pompeii** **Cæsari** **cessit** **respublica**: **uictorem** **Pompeii** **Cæsarem** **placuit** **Cicero**: **uictor** **Pompeii** **Cæsar** **clemens** **fuit**: **uictore** **Pompeii** **Cæsare**. Romana libertas perit. Sic & omnia casualia licet construere. Possessiuā in omnibus suis casibus cum genitiuis aliorum bene coniunguntur. Quippe uim eius ubiq; habetia: ut **pugna troiana**: & **græcorum** **multis** **exitio** **fuit**. **Filius** **Thelamonis**: & **Filiōæ** **Teucer** **fuit**: **Terentiæ** & **tulliani** **filii** **miserum** **est**. **Creusæ** & **Aenio** **nato** **datum** **est** **regnum** **Latii**. **Hectorem** & **Andromache** **filiū** **præcipitauit** **Vlyxes**: **O** **nostræ** & **fratris** **amicæ**: **Tua** & **patris** **tui** **Herodiane** **proficimus** **arte**. **Datiuum** **quoq;** **solēt** **romani** **acquistiuorum** uel **effectiuorum** **cum** **omni** **casu** **cōsociare**: ut **curæ** **mihī** **ista** **res** **est**: **curæ** **mihī** **est** **istius** **rei** **causa**: **curæ** **mihī** **est** **isti** **rei** **adesse**: **cure** **mihī** **est** **hæc** **rem** **noscere**: **curæ** **mihī** **est** **hac** **re** **proficere**. Similiter **cordi** **lucro**: **damno**. **Possumus** **enim** **dicere**: **cordi** **homo**: **cordi** **hominis**: **cordi** **homini** **cordi** **hominem**: **pro** **iocundus**: **iocundi**: **iocundo**: **iocundum**. Similiter per reliquos casus tam singulares quā plurales: quomodo & **frugi** & **mācipi**: **neumācipi**: qui cum sint datiuī: omnibus tamen aliis casibus

coniunguntur quomodo etiam genitiui: per quos possideri uel haberi aliquid significatur: ut huiusmodi: illiusmodi. magna uirtutis homo: magna uirtutis hominis: magna uirtutis homini. Similiter per ceteros casus. Itaque etiam nihil homo $\delta\upsilon\lambda\epsilon\upsilon\iota\ \acute{\alpha}\nu\epsilon\rho\omicron\tau\omicron\varsigma$. nihil hominis. Similiter in eodem fere sensu figuratur nominatiuus & obliqui eius cum accusatiuo alterius nominis: quod & supra ostendimus. clarus genus clari genus. claro genus. clarum genus. clare genus. Idem inuenis & cum ablatiuis. dignus laude. digni laude. digno laude. dignum laude. & reliqua.

De Constructione uerbi.

In infinito incipit exponere uerbi ordinationem Apollonius ostendens hoc uerbum generale esse: & pro omni posse accipi modo uerborum. Coniungitur autem frequentius uoluntatiuis uerbis quae graeci $\pi\rho\omicron\sigma\iota\pi\alpha\tau\iota\kappa\acute{\alpha}$ uocant: ut uolo legere. cupio dilcere delecto uidere. Inuenitur tamen & aliis sapientissime uerbis coniunctum. Terentius in adelphis. Video sapere intelligere: in loco uereri: inter se amare. Scire est liberum ingenium. Virgilius in undecimo. Rem nulli obscuram nostrae: nec uocis egentem Consulis o bone rex cuncti te scire fatentur. Quid fortuna ferat populis e dicere musant. Nec solum nominatiuis: sed etiam accusatiuis & ablatiuis ad imitationem graecorum auctores coniungunt infinita uerba: ut cognitus posse dicere & cognitum hunc posse dicere. & posse cognito dicere. Terentius in eunucho Apparet hunc seruum esse domini pauperis. Salustius in quinto historiarum. At Lucilius auditoque martionem regem pro consule per Lycaoniam cum tribus legionibus in Ciliciam tendere. In eodem legiones ualerianae comparata lege gabina bithyniam & pontum: & solidatam missos esse. Participiorum autem accusatiui frequenter pro infinitis uerbis ponuntur: ut Salustius in quinto. Saepe celebritatem nominis te lego timentem: pro timere. & uideo ingentia dona quaesita gratiae properantem: pro properare. Ablatiui quoque pro eorum infinitis: ut idem in Catilinario. Nam & priusquam incipias consulto & ubi consulueris mature factum opus est: pro consulere & facere. Graeco similiter more infinita pro gerundi genitiuo casu proferuntur. Significat autem infinitum ipsam rem: quam continet uerbum. Currere enim est cursus: & scribere scriptura. & legere lectio. Itaque frequenter & nominibus adiunguntur

dd

& alijs casibus more nominum. ut perſius **S**ed bonum eſt digito mō
ſtrari: & dicitur hic eſt. **T**erentius in adelpis: Quapropter te ipſum
purgare ipſis coram placabilius eſt. Idem in eunucho. **C**erte extrema
linea amare non nihil eſt: & bonum eſt legere. utile eſt currere. aptum
eſt ſcribere. optimum eſt philoſophari: quod cum alijs uerbi uocibus
facere non poſſumus. **N**emo enim dicit. bonum eſt lego: aut bonum
eſt legis: aut bonum utinam legerem. **S**ed bonum eſt legere: ut nomē
cum ſubſtantiuo uerbo: id eſt alijs modis uerborum adiungamus ſi/
gnificantes loco nominis ipſius rei has uoces nos accipere. **C**um enī
dico bonum eſt legere: nihil aliud eſt ſignificare: niſi bona eſt lectio.
Itaq; apud graecos etiam articulis adiungitur infinitum more nomi/
num. **C**um autem ſine eſt: uel a io huiusmodi uerbo: id eſt ſubſtan/
tiuo proferam: bonum uel commodum: uel utile: uel aliud huiusce/
modi caſuale: non ipſius uerbi qualitatem: ſed illius rei: i qua fit actus
ſignificatio: ut ſi dicam bonum lego: nec eſt uel carmen: uel opus
uel tale aliquid intelligi. **N**emo enim dicit: bonum eſt lego quomodo
bonum eſt legere. **N**ominatiuis quoq; adiectiuorum: & obliquis eo/
rum pulcherrima figura coniungit infinitum: ut fortis bellare. pru/
dens intelligere: ſapienter providere. pius docere. & ſimilia. **H**oratus
in primo carminum. **E**t celerem ſequi aciem: id eſt celerem ad ſequen/
dum: ſic & alia. **U**llud etiam in hoc modo contemplandum eſt q; uer/
bis praecipis quibus datiuū adiunguntur poſſumus accuſatiuos co/
pulare infinitis conſequentibus. ut iubeo te currere: iubeo tibi proficiſ/
ci: & impero te proficiſci praecipio tibi legere: & praecipio te legere. ſic
& ſimilia. **S**ciendum tamen q; in hoc ſenſu frequenter inuenimus p
infinito uerbo ſubiunctiuum poni. ut iubeo facias: iubeo dicas: impe/
ro uenias. horror legas: in quibus de eſt ut. quod addere licet uel non.
Verborum quoq; omnibus modis: & participiis poſſunt infinita uer/
ba coniungi: ut amo diſcere. ama diſcere: utinam amarem diſcere: uel
diſcere amare prodeſt. amant diſcere. **S**imiliter intelligo ſentire: intel/
lige ſentire. intelligere filium ſentire cupio. **H**oratus in ſecundo car/
minum **D**edecet uti falſis uocibus. **P**articipio etiam uolo intelligens
ſentire: ſic & omnia. **E**ſt tamen frequenter inuenire nomina pro aduer/
biis totius uerbi declinationi bene accommodari: ut ſublime uolo
ſublime uolas: ſublime uolat. **I**gitur a conſtructione quoq; uim rei
uerborum id eſt nominis. qd ſignificat ipſam rem habere infinitiuum
diſtinguere. **R**es autem in perſonas diſtributa facit alios uerbi motus

Quid est enī aliud curro curris currit: nisi cursum ago agis agit. Itaq; omnes modi in hunc idest infinitum transmuntur: siue resoluuntur ut ambulo: indico me ambulare: ambula idest ipero te ambulare. uti nā ambulare opto me ambulare. cum legam ambulo. dico me prius legere: post ambulare. Itaq; apud græcos quidem pro imperatiuo ponitur: apud nos autem pro præterito imperfecto. Et apud illos tamen & apud nos: hoc fit per figuram eclipsicos: idest defectionis. Gaudere enim dicunt pro gaude: & subauditur iubeo: uel uolo: uel opto. Sic enim antiqui dicebant: gaudere te iubeo: pro gaude **Terentius in adelphis.** Gaudere egionem plurimum iubeo: pro gaude **Egio plurimum.** Sic ergo & apud nos cum imperfectum fit: dicere cœpi: pro dicebam scribere cœpi: pro scribebam: per eclipsim uerbi cœpi solent auctores proferre uerba infinita: ut **Terentius in audria:** Ego illud sedulo negare factum: deest enim cœpi negare pro negabam. Nec mirum infinita quæ cognitionem habent ad omnes modos pro quibusdam eorū poni. & maxime pro defectiuis: cum sint & ea defectiua. Imperatiuus enim deficit tam personis quibusdam q̄ temporibus: & præteritum imperfectum actu ipso deficit: quippe semiplenum con significans. & infinita deficiunt numeris & personis: cum etiā alios modos pro aliis inuenimus ab auctoribus proferri: ut **Musa mihi causas memora:** & **Dicite pierides.** Imperatiua pro optatiuis. Et contra optatiua: uel subiunctiua: uel indicatiua pro imperatiuis: ut **Terentius in eunucho.** Nihil tibi quicq̄ credo desinas: pro desine. **Virgilius in quarto georgicorum:** Sim duram metues hyemem: parcesq; futuro. **Contusosq; animos:** & res miserabere factas: pro parcito & miserator. **Idem in bucolicis:** Alternis dicetis amāt alterna cancena: dicetis pro dicite: **Horatius in primo epistolarum:** Si te forte mea grauis urat sarcina charta: Abiicito potius q̄ quo ferre iubens: **Clirellas ferus impingas:** pro impingito. In eodem **Viribus uteris percliuos flumine lamas Victor** propositi: simul ac perueneris illuc **Sic positum seruabis honus:** pro seruato: **Quomodo uteris** pro utitor. In eodem. **Inter cuncta leges.** & per cunctabere doctos: pro legito & per cunctator. Græci quoq; frequenter hoc utuntur: modos uerborum: pro modis ponentes: de quibus in articulis: quibus **Romani** quoq; utuntur: post ostēdetur.

De Constructione infiniti cum impersonalibus.

Impersonalia actiua terminationē habētia infinitis cōiungū
tur: ut placet discere: licet discere. Similiter oportet: delectat
libet. decet. liquet. uacat cōtingit. accidit. euenit. iuuat. **Vir-**
gilius in primo aeneidos: Et uacet annales nostrorum audif
laborum. Idem in tertio georgicorum. **Iuuat arua uidere.** Non ullus
hominum non ulli obnoxia cura. **P**ossunt tamen & casibus adiungi:
datiuo quoq; ut placet mihi: licet mihi: libet uacat contingit accidit
euenit. **A**ccusatiuo uero: iuuat me. delectat me. decet me. oportet me
Accusatiuo simul & genitiuo: pœnitet me illius rei: tedet piget: licet
tamen & per eclipsim datiuī dicere. placet me facere. libet te currere:
uacat te audire: uel accusatiui: ut placet discere: uacat audire miseret
pudet & similia. **S**ciendum tamen q; si ab aliis sint uerbis actiuis: uel
neutris eorum constructiones seruant: ut placeo tibi: placet tibi: con
tingo tibi contingit mihi. euenio illi. euenit mihi. iuuo illum. iuuat il
lum. **Q**uæ uero non habent primas uel secundas personas: q̄ sunt ad
modum pauca: uel datiuo. ut libet mihi: uel accusatiuo: ut oportet te
illum scire: quomodo decet. nam decet illum dicimus **D**ebet quoq;
impersonalia accipitur quando infinito passiuam uim habenti con
iunctum tres circuit personas: cum maxime subiunctiuum uerbum
consequitur: ut debet fieri a me: a te: ab illo: ut auctores legantur. **S**ed
si quis & hæc omnia impersonalia uelit penitus inspicere: ad ipsas res
uermorum referuntur: & sunt tertiæ personæ: etiam si prima & secun
da deficiant: qd̄ etiam in libris de uerbo ostendimus. **V**nde & partici
pia inueniuntur: ut curritur. cursus hinc de curso spacio. **T**erentius in
adelpis. **S**unt alia ut diximus: quæ adiunguntur genitiuo & accusa
tiuo: ut pudet me illius rei. tedet: piget. miseret pœnitet. Infinitis
quoq; tamen hæc eadem coniuncta accusatiuum solum assumunt:
ut pudet me discere. **T**erentius in nouo more: in adelpis secundum
græcos dixit. **Q**uem neq; pudet quicq;. **I**dem in eodem. **H**ei mihi nō
te hoc pudet. **H**oc etiam sciendum q; tria quidem habent præteritū
supradictorum quinq; impersonaliū: pœnituit. puidit piguit: Duo
uero participia more neutro passiuorum: miseretū: per telum: cuius
simplex in usu nō est: quis tedium dicatur. **Q**uæ uero habent passiuā
terminationem impersonalia non possunt infinitis adiungi: ut statur
curritur sedetur: & intransitiua intelliguntur: ut **Virgilius in septimo**
Bellatur cominus armis: pro bellant. **I**dem in sexto. **I**tur i antiquā
syluam pro eunt. **N**am si addidero nominatiuum: bellatur gens: trā/
ii bb

sitio fit ab alia in aliam personam. & incipit esse passiuum: quanuis
 apollonius in quarto περιδυν τάξεως ostendit impersonalibus etiam
 posse intelligi nominatiuum ipsius rei uerborum: his uerbis εν Δετ/
 οϊσ απο σωιπος υπωβαινε ται κατ'ησ ρηματασ δυναμεωσ ευοεια
 λεγον τες γαρ ποιει ται υπονοου μεν οτι ποιησις κα τασ κευα ζεται
 κατασ κευασις Δει ο τι Δεον πρε πειδτιπρεπον. Ex hoc possumus at-
 tendere q̄ impersonalia similiter omnia quibus nos frequenter utimur
 qua ipsa quoq; ab huiuscemodi uerbis graecorum αλλει χρησ accē-
 pimur teste sapientissimo domino: & doctore meo Theotisto: quod
 institutione artis grammaticae docet possunt habere intellectum: ut
 in ipsius rei: qua in uerbo intelligitur. Nam cū dico curritur. cursus
 intelligitur. & sedetur sessio. & ambulatur ambulatio. & euenit euen-
 tus. sic & similia. Quae res in omnibus uerbis etiam absolutis: necesse
 est ut intelligatur: ut uiuo uitam. & ambulo ambulationem: & sedeo
 sessionem. & curro cursum.

C De Constructione infiniti uerbi impersonalis.

In finita uero impersonalium necesse est ut ablatiuum pro
 nominis uel nominis: uel participii ad perfectam significati-
 onem assumant ut stari a me uolo: pro stare uolo. Curri a
 te uis: pro currere uis. sederi a se uult: pro sedere uult. Nam
 passiuua non egent ablatiuo casu: nisi sint transitiuua, ut legi uolo ανωγ
 ενωσδεκα εεελω. hic passiuuū est intransitiue dictum. Sin dicam legi
 a me uolo. similiter intransitiue actiuam habet significationem: & est
 in initum impersonalis. nam pro legere uolo accipitur. Sin autē tran-
 sitiue proferatur: hoc est ut ab alia in aliam personam passio fieri signi-
 ficetur: etiam si ablatiuo adiungatur: passiuū est infinitum: ut doceri a
 me cupis: amari a te cupio. Hanc autem constructionem seruant etiā
 reciprocaiones: id est sui passiones: ut amari a me ipso debeo: uitupe-
 rari a te ipso debes. & similia. Possumus tamen & impersonale simili
 modo proferentes dicere: ut amari a me uis: pro amare me uis: de qui-
 bus iam diximus. Sed hoc quoq; interest inter infinitum passiuum
 & impersonale. q̄ infinitum impersonale in infinitum resoluitur acti-
 uum. ut amari a me uolo: pro amare uolo: quomodo ambulari a me
 uolo pro ambulare uolo: Sin autem in significatione passiuua proferā-
 tur. necesse est etiam accusatiuum subaudiri: ut amari a me uolo illū
 pro amare uolo illum. Hoc quoq; sciendum q̄ impersonalia qua ac-

dd iii

cusatuo simul casui. & genitiuo copulantur: ut pudet me tui. **S**imili-
ter pœnitet. tædet. miseret accusatiuo quidem significant personam
in qua fit passio: genitiuo uero illam ex qua fit actus. **N**ec est mira hu-
iutemodi ordinatio: cum in eos casus resoluatur. **E**st enim pudet me
tui: pudor me habet tui: tædet me tui: tædium habet me tui. pœnitet
me tui: pœnitentiam habet me tui. miseret me tui. miseratio me ha-
bet tui. **I**nfinita uero uerbi sui constructionem ad casus seruât: ut mi-
seret tui: misereri tui uolo. noceo tibi: nocere tibi uolo. accuso te: ac-
cusare te uolo: potior illa re: & illius rei: & illam rem. potiri illa & illi-
us & illam rem uolo. **S**imiliter eisdem casibus adiunguntur partici-
pia uel supina: quæ uim infinitiuorum habet: quæ cum articulis cõstru-
untur apud græcos. miserendi tui causa facio. miserendo tui moueor
miserendum tui est: misertum tui uenio: misertu tui doleo. nocendi
tibi causa facio nocendo tibi proficio. nocendum est tibi nocitum tibi
propero. nocitu tibi gaudeo pro in nocendo tibi. **S**imiliter alia dignã
di præmio. dignandum præmio. dignatũ præmio. dignatu præmio
Sciendum tamen quod præpositiones frequenter ante supradicta in dũ
uel in do desinentia ponuntur: ex quo magis nomina esse ostendunt
nisi quod in metro in o terminato more uerborum etiam corripitur. ut
Iuuenalis in primo. **P**lurimus hic æger mori: ut uigilando sed illum
Langorem peperit cibus imperfectus: & hærens ardenti stomacho.
Aphius auitus in secundo excellentium. **S**paciando paulatim trahit
Est dimetrum iambicum de quibus plurima diximus de uerbo tra-
ctantes. **I**lla quoque nomina in dus desinentia uerbalia frequentissime
& maxime in obliquis casibus pro infinitis accipiuntur cum articu-
lis apud græcos copulatis. **S**ed hæc intersunt gerundiis quod genera &
casus & numeros nominum quibus coniunguntur seruant. **C**icero
in primo inuectiuarum. **N**ihil munitissimus habendi senatus locus
Similiter dicimus legendi **V**irgilii causa uigilo. in legendo **V**irgilio
uigilo. **V**irgilium legendum puto. uel ad legendum **V**irgilium uenio
in legendo **V**irgilio laboro. **I**n feminino similiter: celebranda: uirtu-
tis gratia scribo. **E**t pluraliter inuocandarum musarum gratia scribo
Gerundia uero eisdem terminationibus: & genera diuersa: & casus
uerbo suo congruos tantum: & utrosque numeros sibi coniungunt. ut
legendi **V**irgilium & musam & musas. **S**imiliter legendo **V**irgilium
& musas legendo. & legendum est **V**irgilium & musas. **O**mnia uerba
transitiua uel genitiuo: uel datiuo: uel accusatiuo: uel ablatiuo ad sun-

guntur. ut egeo tui: insidior tibi. metuo te: fruor illa re. Ergo si coniungantur duo uerba: quorum alterum sit infinitum: eodem casus asciscencia sit dubitatio ut misereri tui eget animus mei. Cum eni utriusque uerbum genitiuo soleat iungi: dubium est cuius animus misereatur uel egeat. Similiter per datiuos: maledicere tibi placet mihi. Et per acculatiuos: cupio te uincere me. & per ablatiuos: dignor gloria potiri laude. Dubium est enim cum utriusque casus similes sint: & utriusque uerbo possint congrue aptari quis cui reddatur & aptius quidem est priori casui prius sociari uerbum. Sed auctores frequentissime transitionibus utuntur: ut Aio te acida romanos uincere posse. Est enim ordo. aio romanos uincere te acida posse: id est dico quod romani te possunt uincere: quod naturaliter passiones secundae sunt actionum & actio in romanis. passio uero in Pyrrho significatur. Sed apertissimum maxime fuit responso: etiam in confusione ordinis propriam oraculi obliquitatem seruare: quae & apud omnes auctores huiusmodi figura latissime pateat. Omnibus modis aliis potest infinitum coniungi uerbum: ut studeo legere: stude legere: utinam studerem legere: cum studeam legere. Et infinitum infinito: ut uideo filium studere legere. Participiis quoque iunguntur: studens legere. Participialibus etiam uel supinis: ut causa spectandi currere equos ascendo. circumspectando currere equos delector: spectandum est currere equos spectatum currere equos eo. iocundum est spectatu currere equos. Et nominibus tamen pulchra sociatur figura: id est infinitum: ut bonus iudicare fortis bellare. prudens intelligere. iustus disceptare: ut Virgilius in bucolicis. Cur non mopsa boni quoniam conuenimus ambo. Tu calamos inflare leues ego dicere uersus.

De Constructione finitiuorum

Indicatiuus quia essentiam plerumque ipsius rei significat: hoc nomine nuncupatur. Ideo autem diximus plerumque: quia inuenitur sapissime etiam dubitatiuus: uel interrogatiuus. ut Terentius in phormione. Sic sum si placeo utere. & Virgilius in tertio Pro quo si sceleris tanta est iniuria nostri. Si dubitatiue posuit. In eodem Hectoris andromachae pyrrhin connubia seruas. In eodem. Verane te facies: uerus mihi nuncius affers. Nate dea: uiuis nec: aut si lux alma recessit. Hector ubi est? Itaque oportune aptatur aduerbiis: uel

dd iiii.

coniunctionibus affirmatiuis: uel casualibus: quæ substantiam uel
essentiam rei comprobant: uel abnegatiuis: quæ eam abnuunt: ut
Virgilius in tertio. *Viuo equidem, uitamq; extrema per omnia duco*
Sallustius in catilinario. *Verum eniuero is demum mihi uiuere: ac
frui anima uidetur: & per abnegationem.* **Virgilius in tertio aeneidos**
Non tibi tindarydis iacis inuisa lacenæ: culpatusue paris: uerum in
clementia diuum **Has euertit opes.** **Et inueniuntur quoq; etiam cū**
aliis modis supradicta aduerbia uel coniunctiones frequenter tamē
indicatiuo locantur. **Iste autem modus est oportunus ad plenam re**
rum expositionem. **Virgilius in secundo aeneidos.** **Eumus troes fuit**
ilius: & ingens Gloria dardanium ferus iuppiter argos **Transtulit:**
incensa danai dominantur in urbe. **Vnde hoc modo frequentissime**
utuntur historici. **Cuiuscūq; autem casui indicatiui iungantur: neces**
se est ceteros quoq; nominatiuos cōiungi: de quo postea dicetur.

De Constructione imperatiui.

Imperatiua primas personas singulares non habent: quia
nemo sibi ipsi potest imperare: nisi figurate: quasi ad alium
loquens in secunda persona seipsum proferat. ut **Iuuenalis**
in primo. **Tecum prius ergo uoluta** **Hæc animante tuba.** &
Terentius in adelphis. **Edepol scyrice te curasti molliter. lauteq; mu**
nus administi asti tuum. abi. **Pluralis uero numerus apud nos omēs**
habet personas. potest enim per connumerationem aliquis se se illis
quibus imperat adiungere: ut dux suos milites. iubens cōmittere bel
lum aptissime dicit: pugnemus: conflagamus. **Græci tamen ea i hoc**
sensu παρακελευστικῶς nominant: i. hortatiua dicentes: q; quasi ad
si miles: & socios huiuscemodi uerba solent dici. **Imperatiua uero ad**
subiectos ab eminentioribus: quod minime est uerum. **Cum etiam**
ad deos frequentissime imperatiuo modo in supplicationibus & in
uocationibus utimur. & ad reges quoq; & imperatores: ut **Musa mi**
hi causas memora. & **Pandite nunc eliconæ deæ cantusq; mouete.**
Ergo multo aptius ē eo uti ad pares cū & excellentiores tā in frequenti
ē usu. **Et sciendū q; ad secūda psonā sermo dirigit imperantis: cuiuscūq;**
imperat personæ **Nā qui dicit pugnemus fortiter cōmitones: cū uo**
catuo utitur: ad secūda loquitur psonā. **Nā cōnumerando se eis cum**
sit usus uoce primæ personæ pluralis ostēdit paratissimū quoq; se ad

id quod illis imperat efficiendum. & qui dicit pugnet exercitus impe-
 rat: ut intermuncia secunda persona efficiat per tertiam quod impe-
 rat: Est tamen quando significantia causa imperatiuis adiungantur
 subiunctiua: uigila ut legas: id est diligenter legendo uigila. Cicero in
 tertio inuectiuarum: Cura ut uir sis. **T**erentius in andria. Fac ut ad
 me uenias. **E**ya & age: aduerbia hortatiua aptissime imperatiuo con-
 iunguntur: ut **Virgilius** in quarto aeneidos: **E**ya age rumpe moras:
 uarium & mutabile semper laemina. **I**dem in sexto: Nunc age darda-
 niam prolem qua deinde sequatur **Gloria**: qui maneant italia de ge-
 te nepotes Expediam dictis: & te tua fata docebo. deest enim ueni uel
 audi: etiam si secum ipse loquens: & sese hortans aliquis hoc utatur
 figuratiue: quasi ad secundam loquitur personam. Inueniuntur ta-
 men auctores & indicatiuis & optatiuis: & subiunctiuis usi pro im-
 peratiuis: quomodo supra ostendimus. **E**t graeci quidem habent im-
 peratiua praeteriti temporis. **N**os autem in actiuis uel neutralibus uer-
 bis penitus ea habere non possumus. **I**n passiuis uero & omnibus quae
 habent participia praeteriti temporis per circumlocutionem possumus
 habere: ut doctus es uel esto **Διδάχῃς** τι doctus sit uel esto. **Διδάχῃς**
τῶ. ornatus es uel est. **ὀκοσ ἀνοητῶ**. ornatus sit uel esto. **κοσ ἀνοητῶ**.
Similiter ueneratus sit uel esto: plicatus sit uel esto: clausus sit uel es-
 to. & per omnes sic personas secuti sumus: sitis sint. **I**mperatiue di-
 cta inueniuntur: cum sint praeteriti temporis. **S**ed hanc uim habent
 ut imperemus: ut in futuro sint transacta: ut si dicam: clausa sit mox
 fenestra. impero ut statim claudatur: & mox sit clausa: uel si dicam:
 post horam primam sit iuratus: ostendo me impare: ut iuret ante ho-
 ram primam si nitam. **I**llud etiam monendum quod imperatiua uerba uo-
 catiuis adiuncta nominum perfectionem orationis habent: ut **A**pol-
 lonii doce: **T**rypho disce. **N**ominatiui egent plerumque substantiuis uer-
 bis & nominibus similiter substantiua significantibus telatiuis: ut qui
 es **A**pollonius doce: qui es **T**rypho disce. **G**raeci autem participio utun-
 tur substantiuo: ut **ὁν πρεσβύτερος σῶκρατεσιδρῶου ἑαπειρος ὁν**
γέωργιε λέγε. quo nos quoque secundum analogiam possemus uti:
 nisi usus deficeret participii frequens: quis **C**aesar non incongrue pro-
 tulit ens a uerbo sum es est: quomodo a uerbo possum potes potens.
 & per eclipsim tamen supradictorum iuuenimus nominatiuos: ut latus
 cogito: paratissimus cogitas. **C**icero iustus defendit. & similia.

De Constructione Optatiui.

Optatiua uerba indicant per se & rem: & uotum: aduerbiū
 uero tantū uotū significat. Ad ampliorem igitur demōstra
 tionem: additur uerbis optatiuis. quomodo & confirmati
 ua aduerbia indicatiuo: ut profecto facio: certe lego: scilicet intelligo
 & apud graecos quidem αἰε: idest utinam aduerbium non solum op
 tatiuo: sed etiam indicatiuo modo adiungitur: & facit id loco optati
 ui accipi: ut **Homer.** αἰὸφελῆσ παρά νῆυσὶν ἀλάκρυ ἀπὴ δαων ἦσαι
Idem αἰ γάρζῆν τε πᾶτερ καὶ αθηναίη καὶ ἀπολλων: Apud nos tamē
 ut indicatiuo non adiungitur. Et graeci quidē maxime atticietiā sine
 deprecatione solent hoc modo τοιοῦτοι λέκαμοι δὲφάλαρονεσ εἰ ἐν
 σχαῖων: idest optatiuo uti pro indicatiuo: nos uero minime: quis si/
 miles sint eius uoces subiunctiui uocibus quibus frequentissime pro
 indicatiuis utuntur auctores nostri. Optatiua autem praeteritū ideo
 habent: quanq̄ ea debemus orare: quae non deuerint: quia saepe eue
 nit ab esse eos pro quibus oramus & optamus: ut id illis iam perfe
 ctum sit. quod cupimus: ut utinā filius meus: qui athenis est: doctus
 esset uel fuisset: idest utinam perfecta in ipso doctrina sit: uel utinam
 cognoscamus id illi euenisse. Est autem quādo optatiuo utimur pra
 teriti temporis dolentes q̄ non factum sit: ut utinam homines con
 tra se ferrum non mouissent: utinam mare nunq̄ nauigassent. & simi
 lia. O etiam aduerbium sicut & si coniunctio: & ut pro utinam inue
 nitur. **Virgilius in septimo:** Adtis o tantum: & propius tua numina
 firmes. **Idem in sexto:** Si nūc se nobis ille aurcus arbore ramus **Ostē**
 dat nemore in tanto. & **Terentius in eunucho:** Ut illum dii deaque
 omnes superi inferi malis exemplis perdant. Et per se tamen uerbum
 optatiuum saepe ponitur sine praedictis particulis: ut **Lucanus in pri**
mo: Diu uisa secudent: Et sibi sit nulla fides: sed conditor artis **Fin**
 xerit ista tages. Et nota q̄ subiunctiuo simile protulit praeteritum p/
 fectum optatiui: quod multis placuit artiū scriptoribus

De Constructione subiunctiui.

Subiunctiuus & dubitatus dicitur: uel quod subiungi
 tur coniunctioni: uel q̄ alteri uerbo omnimodo subiūgi
 tur: uel subiungit sibi alterum uerbum: ut **Virgilius i bu**
colicis: Cum faciam uitulam pro frugibus ipse uenito. **Idem in ter**
tio aeneidos: Inter utranq; uiam lati discrimine paruo **Ni** teneat cur
 sus: certum est dare lintea retro. Et sciendum q̄ necesse etiam est alte
 ri modo cum sociari: uel eiusdem modi alteri uerbo: etiam si sit cum

infinito: ut cum doceam legere discipulum expono ei: uel cum do-
cerem legere exponerem. & similia. Omnibus igitur modis potest so-
ciari: ut si doceam discis: si doceam disce: utinā discas si doceam. cum
doceam discas. Similiter omnibus modis impersonalis quoque uerbi
potest coniungi: ut cum ueniam curritur: & cursum sit: & curatur:
& cursum erit. similia. Frequentissime tamen si coniunctio dubitati-
onem significans ei sociatur: id est pro ἢν ἕάν græca coniunctio po-
sita: ut **Terentius in adelphis**: **Si** tu sis homo hic faciet. **Cum** ἔἰ uero
coniunctionem græcam significat: quæ apud illos συναντικὸς ὑπο-
θετικὸς nominatur: id est coniunctiua: quod rem rei cōtinuari demō-
strat indicatiuo coniungitur: ut si uiuit spirat: & si spirat uiuit: si am-
bulat mouetur: in hoc non possumus reciproce dicere: si mouet am-
bulat. non enim qui mouetur ambulat omnimodo: qui ambulat ue-
ro: & mouetur omnimodo. Inuenitur tamen ea coniunctio apud græ-
cos id est ἔἰ non solum indicatiuo sed etiam optatiuo: & maxie apud
antiquos: etiam subiunctiuo sociatur. ut **Homerus** ἔἰ περ γὰρ Τηχόλον
γε καὶ αὐτῆ ἀρκάτα πᾶσι ἀλλά γε καὶ μετόπισθεν ἔχει κότον ὄφρα
τάλεσθῃ subiunctiuum posuit. **Idem** ἔἰ περ γὰρ κέοιλοι μὲν ἀχαιοὶ Τε-
τρῶες φεῖορκια πρὸς ἀφ᾽ ἀόν Τεσ ἀριεμνησιν ἀμφώ. **Idem** ἔἰ Δέσ ὕγες
πόλεμον πωλήσεσσι. indicatiuo usus est pro subiunctiuo: & ἔἰ ἢ ἕάν
Demosthenes uero in oratione παρὰ πρὸς βείας. optatiuum protulit:
qui mos est atticis frequentissimus. **G.** Nostri quoque frequentissime
atticis imitantur & subiunctiuos siue optatiuos. Nam eadem sunt
uoces non solum cum supradictis coniunctionibus: sed etiam sine his
ponunt: quando confirmatiue uel dubitatiue proferunt: in quo græ-
ci ἔἰ uel κἔἰν solent adiicere. Nil mirum igitur si coniunctiōem apud
nos: quæ tam pro ἢν ἕάν græca coniunctione: quæ causalis est uel p-
fectiua: quam pro ἔἰ: quæ coniunctiua est ponitur utriusque constru-
ctionem: quam habent apud græcos supradictæ coniunctiones ad
uerba seruare: id est ut indicatiuo & optatiuo & subiunctiuo possit ad-
iungi. **Indicatiuo**: ut **Virgilius in nono**. **Si** tibi quæ posco promit-
tunt: nam mihi facti fama sat est. **Terentius in phormione**: **Sic** sum
si placeo utere. **Optatiuo**. **Virgilius in sexto**: **Si** nunc se nobis ille
aureus arbore ramus **Ostendat**. **Subiunctiuo**. **Terentius in phormi-
one**: **Si** attingisses ferres infortunium. **Sed** indicatiuo sæpe coniu-
ctum ostendit magis quæ confirmari & credi rem sic esse: uel fieri pos-
se quæ dubitari. **Virgilius** etiam in secundo æneidos: **Dis** si qua ἔἰ celo

pietas. **C**onfirmatiue enim potius quā dubitatiue dicitur. **I**dem in nono quod supra dictum est. **S**i tibi quæ posco promittūt: nam mihi facti fama lat est: tumulo uideor reperire sub illo. **P**osse uiam. **C**redit enim facile promissuros. **T**erentius in andria. **I**d si impetro quid alias malim quā hodie has fieri nuptias. hic enim quoque sperat se impetraturum. **I**dem in eadem: **S**ed si quid tibi narrare occæpi continuo dari tibi uerba censes. **E**t est hoc loco etiam illud attendendum: quod præteritum indicatiui cum præsentis solent auctores con iungere: quando perfectio nem rei res sequitur alterius altera: & in illis quidem quæ prior petiti ciur significatione præterito perfecto uruntur: præsentis uero in conse quentis demonstratione: ut hic. **S**i quid tibi narrare occæpi: continuo dari tibi uerba censes. **I**dem in eunuchis: **E**t quæ uera audiui taceo: & contineo optime: si falsum aut uanum: aut fictum continuo palam est: plenus rimarum sum: hac atque illac perfluo. **I**dem in andria si con firmatiue posuit. **S**i te in germani fratris dilexi loco: siue hæc te solū semper fecit maximum. seu tibi morigera fuit in rebus omnibus. **L**u canus in primo: **N**ec si te pectore uares **A**ccipio cin hæc uelim secreta mouentem **S**ollicitare deum. **I**ndicatiuo enim usus comprobat hoc fieri: & uelim subiunxit promittens: cum hoc sit posse minime egere **A**polline quod græci $\delta\upsilon\lambda\lambda\omicron\sigma\epsilon\iota\sigma\upsilon\mu$ dicunt: id est nolim penitus. **I**dem in decimo: **S**i tua restituit ueteri in dextera lato **A**mplector re gina pedes. **T**erentius in phormione: **S**i placeo utere: absque dilatio ne hoc ostendit faciendū. **I**dem in eunuchis: **S**i diis placet spero me habere qui hunc exerceat meo modo. **R**em enim quam sperat firmā esse ostendit: **S**i enim dixisset si diis placeat: dubitare se ostendisset. **I**dem in andria: **S**i illum relinquo eius uitæ timeo. si opitulator huius minas: utrunque enim sibi certum esse ostendit. **I**dem in adelphis. **E**go in hac re nihil repperio: quam obrem laudet tantopere ego meum of fictum facio: quod peccatum a nobis ortum est corrigo: **N**isi me ex il lo credidisti numero hominem esse: qui putant sibi fieri iniuriam ul tro: si quam fecere ipsi ius expostulāt. **E**cce hic nisi credidisti dixit: p credis. **S**imiliter indicatiuis utuntur quando in ipsis esse uel fuisse re bus aliquid uolūt ostendere: ut **C**icero de prætura urbana. **Q**ui si con demnatur desinent homines dicere his iudiciis pecuniam plurimū posse. si absoluitur: desinemus nos de iudiciis transferendis du bitare. **V**irgilius etiam in sexto: **S**i potuit manes arcessere coniu gis orpheus. **S**i fratrem polux alterna morte redemit: **I**tque reditque

uam totiens: de rebus quæ sine dubio factas esse ostendere uult: in/
dicatiuis est usus cum supradicta si coniunctione. Quando uero du/
bia res ostenditur utrum fieri possit nec ne per inductionem: id est κα
τὰ ὑπόθεσιν subiunctiuus magis utuntur. Virgilius in octauo: Sed si
quisq; multa uides discrimine tali: Si quis in aduersum rapiat: casus/
ue: deusue: Te superesse uelim. Idem in bucolicis: Si quis tamen hoc
quoq; si quis Captus amore legat. Cicero tamen: Si quis uestrū iu/
dices: aut eorum qui ad sunt forte miratur. Additione forte cum indi/
catio est usus loco subiunctiuo cum dubitatione posito. Terentius in
andria. Si ueniat q; dii prohibeant dissidium. Cicero in primo inue
ctiuaz. Si te parētes timerent atq; odissēt: tui nec aliter possunt sup
positiua siue inductiua: quæ græci ὑποθετικὰ uocant proferri. nisi p
subiunctiuum. Idem in eodem: Nunc intelligo si iste quo intenditur
in maliana castra peruenerit neminē tam stultum fore: qui non uide
at coniurationem esse factam ὅσα δοκῶσα ἰδοίη affirmatiue dixit. Et
erunt qui illum si hæc fecerit: non improbum: sed miserum me nō di
ligentissimum consulem: sed crudelissimum tyrannum existimari ue
lint. ὁμόλοιν Τρ ἄρα. hæc quoq; affirmatiue dixit. Similiter Virgili.
in octauo: Similis si cura fuisset. Idem in .xi. Esset par ætas: & idem:
si robur ab annis. Est tamen quando etiam in dubiis utuntur indica
tuo cum si coniunctione: ut Virgilius in .xi. Aut si qua id fortuna ue
tabit Absenti ferat inferias uetabit: pro ueter: dixit metri causa. Nam
in eodem sensu subiunctiuo est usus: Si quis in aduersum rapiat ca/
susue deusue. Est tamen quando per defectiōnem si quomodo etiam
ut subiunctiua proferuntur & subaudiuntur supradictæ coniunctio
nes: ut Iuuenalis in primo: Græculus esuriens in cælum iusseris ibit
p si iusseris. Stattius in secundo thebaidos: Miratosq; uelint transu/
mere cultus Et pallas doceat pharetras: & delta cristas: p si uelit. Vir
gilius in sexto: Tu quoq; magnam partem: opere in tanto sineret do
lor icare haberes. Deest enim si. Horatius in primo carminum: Sapi
as uina liques: pro si sapias. Et sciendum q; quomodo apud græcos
τὸ εἰν subiunctiuo τὸ εἰ uero & indicatiuo & optatiuo & subiuncti
uo inuenitur coniunctū: sic & apud latinos si coniunctio quæ utrūq;
demonstrat quando consequentiā significat: sine dubio indicatiuo
adiungitur: ut si ambulat mouetur: & si uiuit spirat. Quando autem
causalis est: magis subiunctiuo. Est tamen quādo indicatiuo causalis
cōsociatur: ut si doceam discis: uel discis: discas & disces. Et si prodest

tibi fac: & facis & facias: & facies. **I**ste igitur modus: idest subiunctiuus
ut breuiter eius uim colligam: apud Latinos ē quando dubitationem
quādo coprobationem: quādo possibilitatē significat: in qua sunt eti
am illa quæ ὑποθετικῶς idest suppositiue inducuntur. **D**ubitationē:
ut **Virg.** in tertio aenei. **E**loquar an sileā: gemitus lachrymabilis imo.
Auditur tumulo. **I**dem i primo: **O** quā te memorē uirgo: nāq; haud
tibi uultus **M**ortalis μνησοί ἀνησν. **T**ertius in eunu. **Q**uid igitur
faciam: non eā ne nunc quidem cum accersor ultro an potius ita me
comparē nō ppeti meretricū cōtumelias? **A**pprobat onē: ut **Virg.** in
quarto aenei. **S**i mihi nō animo fixū: imotūq; sederet: **N**e cui me un
clo uellē sociari iugali. **P**ostq̄ primus amor decepta morte fefellit: **S**i
nō pthesum thalami tædæq; fuisset: **H**uic uni forsā potui succum/
bere culpa. εἰ ἐγεγόνει ἄρα. **E**t notandū q̄ & forsā dubitationis ad/
uerbium: & potui possibilitatis uerbum cum infinito posuit: pro qui
bus sufficeret si subiunctiuum posuisset: huic uni succubuissem cul/
pæ: **D**ocuit igitur poeta quæ sit uis subiunctiui possibilitatem signifi
cantis. **I**dem in eodem: **S**ed mihi uel tellus optem prius ima dehiscat
Ante pudor q̄ te uiolem. optē εὐχοίμην ἄρα affirmatiue dixit. **I**n eo/
dem: **S**ese interea quando optima dido **N**esciat: & tātos rumpi non
speret amores. **N**esciat: & nō speret affirmatiue dixit. **S**imiliter **C**ice
ro in primo uerrinarū: **S**i quis uestrum iudices: aut eorum qui adsint
forte miratur me: qui tot ānis in causis iudiciisq; publicis ita sim uer/
fatus: ut defenderim multos læserim neminē. **I**ta sim dixit non dubi
rans: sed approbās: δὲ τὸσ ἀνέξ ῥέφθην ἄρα. **S**ciendū tamen q̄ tā ut
coniūctione casuali q̄ si sequētib; cum uerbis subiunctiuis: uel ante/
cedētib; etiā antecedētia: uel sequētia quoq; frequētissime p subiu
ctiuum modum proferre solent romani: & maxime qui adiūcto: uel
quæ: uel quod rationem colligentes: uel dubitationem ostendentes:
ut rogabā ut ostenderes qui fueris: & placebas si diceres quod feceris.
Quod per ἄρα cōiunctionis additionem solent graeci significare. **V**ir/
gilius in sexto: **Q**uem socium exanimum uates quod corpus humā/
dum **D**iceret. λέγοι ἄρα. **C**icero in uectiuarum secundo: **Q**uæsiui a
catilina nocturno conuentu apud maritum **L**euca fuisset: nec ne?
εἰν ἄρα: hic interrogatiue protulit. **V**irgilius in quarto aeneidos: **E**lo/
quar an sileam, λησοί ἀησν ἄρα dubitatiue posuit. **H**oratius in
primo carminum: **C**ur apricum campum patiens pulueris atq; solis.
Oderit ἀδησοί ἄρα quis idē sit idicatiui futurū. **C**ice. i. uecti. secūdo.

Non cum ille audacissimus conscientia conuictus. primo reticisset
patefecit cætera: quid ea nocte egisset ἐξ ἑδράκει ἄρα: Quid proxima
constituisset εὐθετίκει ἄρα quemadmodum esset ratio totius belli de
scripta. ὡς περ ἄρα ἐγὲ γράπτω. Omnia affirmatiue dixit. Id in præ/
tura siciliensi. Quare cuiusmodi putamus illa esse quæ negat: cū hæc
tam improba sint quæ fateatur. Græce enim quoque hoc interpretâtes
dicimus ἄπερ ἄρα ὁμολογεῖ. Rationem colligentes: confirmantesque
quod dicitur. Idem in eodem: Hoc postulatium de statu is ridiculum
esse uideatur: qui rem sententiâque non respiciat οὐκ ἀρακάτιδοι. Ter/
tius in phormione. Ita fugis ne præter causam quod aiunt. ὅν τοσ
ἄρα φεύγοις ἢ φύγοις. Idem in andria: Quæ sit rogo. In eadem: Quâ
timeo quorū euadas. Τίς ἄρα εἶν ὡς Διδοικαὸ ποι ἄρα ἐπιβάνοις:
Nam si illum obiurges uitæ: qui auxilium tulit quid facies illi qui de
derit damnum: aut malum: ἄν quoque græca coniunctio quoties apud
græcos ponitur possibilitatem significans: quæ apud illos indicatiui
quidem modi: uel præterito imperfecto: uel ἄορισω: quem nos nō ha
bemus: nisi quod pro eo: & pro παρακειμένου præterito perfecto uti
mur: & cum plusquamperfecto adiungitur. Optatiuis autem omnibus
quippe coniunctis cum tribus supradictis temporibus. Præsens eim
optatiuū: & præteritū imperfectū idē est. & præteritū perfectū: & plusquam/
perfectum: & futurū: & ἄορισον: quod uocant tempus coniungitur ἄν.
Nostri ergo quoque in omnia illos sequentes quādo possibilitatē demō/
strare uolūt: optatiuis siue subiunctiuis uerbis utūtur: ut Ter. in phor.
Neque defeciscar usque adeo experiar: donec tibi id quod sum pollicitus
esserero ἐκτελέσοι μὲν ἄπερ γασοί μην ἄν. Sic ergo quod illi solēt &
per indicatiuū: & per optatiuū facere addentes ἄν coniunctionē græ/
cam. Nos subiunctiuis per se politis solemus demonstrare: ut docuif/
sem si discere uoluisses. Διδαξάμην ἄν ἢ διδαξάμην εἰ βουλήσιν:
id est poterā docere. Et præteritis quidē utētes ostēdimus rē quæ po/
tuisset facta esse: nō esse factam. Præsentī uero uel futuro subiunctiuo
utētes in huiuscemodi cōstructione ostēdimus posse fieri aliquid: ni/
si quid impediatur: ut doceam si uelis. id est possum docere si uoluntas
tua non impediatur. Similiter in futuro docuero si uolueris: id est pote/
ro docere si uolueris. Horatius in primo car. Quis martē tunica te/
ctum adamā in a digne scripserit: pro scribere potuerit. Illud quoque
sciendum quod quotiens pœnitere nos rei non factæ demonstrare uolu/
mus: subiunctiuo etiam utimur: ut Virgilius in quarto æncidos: Fa

ecce in castra tulissem: **I**mplesemque foros flammis: natumque patremque
Cum genere extinxem memet super ipsa dedissem. id est cur faces in
castra non tuli: quod debui facere: **C**ur non impleui foros flammis.
Cur non natum patremque extinxi: & super memet ipsa dedi. Potest ta-
men & hoc possibilitatis esse. **O**stendit. n. se potuisse: nisi de mens fuisset
hoc facere. **I**deoque se poenitere: quod autem atticum more sequentes his utuntur
necessarium esse arstimo. **I**llorum etiam auctoritate hoc comprobare. **P**lato
in alcibiade. **G.** in eodem. **G.** ecce enim & ἀπα affirmatiue posuit. **I**dem
in lisiside. **G.** ecce hic & interrogatiue & comprobatiue posuit enim. **I**n eo
dem. **G.** & ἀπα quoque tam interrogatiue quam confirmatiue in hoc loco po-
suit. **I**nuenis tamen & per ecliplum ἀπα & enim apud illos proferri. **O**pta-
tiua uerba in simili sentu quomodo apud latinos proferuntur. **V**t idem
in carmide. **G.** ecce more Romano sine ἀπα uel enim hoc totum protulit.
Electiue quoque sapissime hoc modo utimur. ut imperare potius quam mo-
neam: discam quam doceam: quae & confirmatiue dicuntur. tamen & praeterito
plusquamperfecto praeteritum imperfectum coniungere: & praesenti
praesens: uel futuro solent uel praesentis: ut fecissem nisi impedires: &
contra facerem: nisi impedisses: & facias nisi impedias: & nisi inpedi-
eris: & fecero nisi impedieris: & impedias. **V**irgilius in secundo aenei-
dos: **N**on prius aspicias ubi tessum atque parentem **L**iqueris anchisem
superet coniunx ne **C**reusa: **A**lcaniusque puer: quos omnes undique gratia
Circuebant acies: & nimia cura resistat. **I**am flammam tulerint inimi-
cus & hauserit ensis: pro poterant tulisse: & poterant hausisse. **H**orati-
us de arte poetica: **D**ixeris egregie notum si callida uerbum **R**eddi-
derit iunctura nouum: id est poteris dicere egregie. **F**requentissime ta-
men auctores utuntur subiunctiuis confirmantes: & praeterito tem-
pore res perfectas. **E**t sciendum quod hanc uim habent ut ad cognitionem
intelligantur futuram. **Q**uique per cum subiunctiua etiam praeteriti tem-
poris quae modo optatiua uim habent futuri. **O**ptamus enim ea quae
sunt futura. **C**icero in initio uerrinarum: quod supra quoque posuimus.
Si quis iudices uestrum: aut eorum qui adsint forte miratur: me qui
tot annos in causis iudiciumque publicis ita sum uersatus: ut defenderim
multos laeserim neminem. **S**ic quoque intelligi potest ita sum: pro ita in-
ueniar uel cognoscar. **N**ec mirum subiunctiuum poni pro futuro: cum
etiam indicatiuo utuntur saepe futuro de rebus iam dudum praeteritis in
supradicta significatione: ut **L**ucanus in primo: **N**on tu pyrthe serox
nec tantis cladibus auctor **P**oenus erit. **E**rit dixit: pro cognoscat uel

dicitur. **Ut** causalis coniunctio omnibus temporibus. & quacumque
 pro ea ponuntur causalis. id est $\alpha\upsilon\tau$ significanti subiunctiuo adiungunt
 licet autem & indicatiua & subiunctiua eis coniunctionibus antepo-
 nere: uel subiungere: ut doces ut proficias: docebas ut proficeres. &
 doceres ut proficeres. docuisti ut proficeres. & docuisses ut profeceris
 docueras ut profecisses: docuisses ut profecisses: docebis ut profeceris.
 & docueris ut profeceris: **Sed** indicatiuis utimur: rem quae sit indicantes
Subiunctiuo uero quod debuit fieri ostendentes magis suasotie. **Im-**
paratiua quoque & **opratiua** bene possunt his adiungi: ut lege ut discas
 utinam discas ut doceas. **Pro imparatinis** quoque subiunctiua frequenter
 ponunt auctores. ut **Terentius in andria**: Quaslo edepol carne quo-
 niam non potest id fieri quod uis: id uelis quod possit. **Idem** in phor-
 mione. **Definas** sic est ingenium mulierum: pro define: quae autem in ple-
 risque intellectae supradictae coniunctiones graecae: id est $\alpha\upsilon\tau$ & $\alpha\pi\alpha$ faci-
 unt poni subiunctiuos: etiam aliis coniunctionibus positus uel non usi
 bus auctorum. **Iterum** aliis quoque comprobabimus. **Virgilius in secun-**
do georgicorum. **Tamen** haec quoque si quis **Inserat**: aut serobibus
 mandet mutata subactis. **Exuerint** siluestrem animinum $\epsilon\kappa\Delta\upsilon\sigma\sigma\tau\epsilon\nu\ \alpha\upsilon\tau$
Idem in eodem. **Non** alios prima crescentis origine mundi. Illuxisse
 dies: aliumue habuisse tenorem **Crediderim**: $\pi\tau\iota\varsigma\epsilon\upsilon\sigma\sigma\alpha\iota\ \alpha\iota\ \alpha\upsilon\tau$. **Idem**
in aeneidos. **At** prius aeneas per noctem plurima uolucens: **Ut** primum
 lux alma data est exire locosque Explorare nouos: quas uento accesserit
 rit oras. $\pi\rho\sigma\ \epsilon\lambda\lambda\eta\nu\sigma\epsilon\nu\ \alpha\pi\alpha$ qui teneant $\tau\iota\nu\sigma\ \alpha\pi\alpha\kappa\rho\alpha\ \tau\omicron\iota\epsilon\nu$ homines ne
 fere ne **Quarere** constituit. **Horatius in secundo carminum**. **Illum** &
 patris crediderim sui fregisse ceruicem. **Cofirmatiue** $\pi\epsilon\pi\tau\iota\varsigma\epsilon\upsilon\kappa\alpha\sigma\iota\nu\ \alpha\upsilon\tau$
 dixit. **Virgilius in octauo**. **Similis** si cura fuisset: **Tum** quoque fas no-
 bis teucros armare fuisset. $\upsilon\ \pi\eta\rho\epsilon\nu\ \alpha\upsilon\tau\ \epsilon\iota\nu\ \alpha\upsilon\tau$. **Cicero de praetura urba-**
na. **Voconia** lex uidelicet te delectabat imitatus esses illum ipsum **Vo-**
conium qui hereditatem lege sua ademit nulli imitatus esses: primi-
 tari potuisses. $\epsilon\ \alpha\iota\ \alpha\ \eta\theta\eta\sigma\ \alpha\upsilon\tau$. **In eodem**. **M. Iunior** tutor & paruus
 nuncius dixisset si uiueret: $\epsilon\iota\ \pi\epsilon\nu\ \alpha\upsilon\tau\ \epsilon\iota\ \epsilon\tau\eta$. **Et** frequentissime apud
 omnes auctores hunc sensum hac ordinatione proferri inuenis: quo-
 modo etiam graeci $\alpha\pi\alpha$ coiunctionem affirmatiuam: siue dubitatiua
 ut supra dictum est ponunt. **Terentius in phormione**. **Quid** sit deni-
 que: quid fiat: $\tau\iota\ \alpha\pi\alpha\ \gamma\epsilon\nu\ \sigma\iota\ \tau\omicron$: subiunctiuo est usus: ut intelligatur etiam
 am $\alpha\pi\alpha$. **Idem in andrianis**: **Quin** tu uno uerbo dic quid est quod me
 uelis: $\tau\iota\ \alpha\ \beta\omicron\upsilon\lambda\omicron\iota\omicron\ \alpha\pi\alpha$. **Idem in eadem**. **Consilium** meum cognosces:

& quid facere in hac re te ueli. σου α βουλήν εχην υνοίης ερα και ιτ
ερα βουλοι ανησαι ποιησαι. Ecce hic affirmatiuum est: in superiori/
bus uero interrogatiuum. **Cicero** de prætura urbana. **Quid** ageret
cogitare cepit si opus pupillo redimeretur: quid ageret dubitanter
dixit: Τι ερα πρætτοι. Et notandum q; latini quando de rebus tran/
facto tempore promissis uel cogitatis loquuntur pro futuro uel præ/
senti graeco præterito imperfecto subiunctiuu utuntur quomodo in
supradictis quid ageret cogitare cepit Τι ερα εφοι. **Similiter. Vir/
gilius** in primo **æneidos**. Certe hinc romanos olim uolentibus an/
nis. **Hic** tore ductores reuocato a sanguine teucii: **Qui** mare: qui ter/
ras omni ditione tenerent **Pollicitus** κρατησοιεν αν. **Cicero** De prætura
urbana. **Qui** etiam ad extremum ascripserit: rediuiua sibi habeto
quali quicq; rediuiuum ex opere illo tolleretur: ac non opus totum ex
rediuiuis constitueretur: η κατασασησαι το αν καεσ εδοιτο αν. **In eodẽ**
Atq; nullis columnis dico esse: quæ a tuo redemptore commotæ nõ
sint: dico esse ex qua tamen tectorium uetus deiectum sit: & nouum
inductum: **Affirmatiue** his quoq; usus est subiunctiuus q; si tanta pe/
cunia columnas dealbari putassem: certe nunq; adilitatem petissem
hic quoq; affirmatiue dixit ουκ αν ητησαι. **Et nota** q; si præposita cõ/
iunctione: subiunctiuum: subiunctiuo coniunxit. **Similiter** in eodem
Nemo dubitat: quin multo magis sit μεζον ερα ειν: nouam facere
Similiter in eodem. **Cum** staret **Habonius** in me causam conferat: q;
eum codicem obsignassem εσ φεργισα αν affirmatiue. **Idem** in eo/
dem. **Hac** conditione si quis de populo redemptor accessisset nõ esset
usus: confirmatiue dixit non esset usus ουκ αν εχησσο. **Nam** si quis
accessisset dubitatiue protulit. **In eodem**: **Quid** iste i hostium præda
molitus sit: qui manubias sibi tantas ex. **L. Metelli** manubiis fecerit:
qui maiore pecunia quattuor columnas dealbandas: q; ille omes: adi/
ficandas locarat. **Ecce** hic quoq; omnia affirmatiue dicuntur. **Idem**
in eodem. **Quis** a signo ueterum in circum maximum uenit: qui in
uno quoq; gradu de auaritia tua commoueretur: quam tu uiam: the/
saurum atq; pompæ eiusmodi ex egeste: ut ipsa illa re non audeas ου/
κ αν το λησοις: id est prorsus non audes. **In eodem**. **Qui** eadem **Ca/
storis** testem futurum tuorum esse uolueris. **Βε βουληκοις ερα**: quam
populi romani quortidie iudices: etiam tunc cū de te sententias ferrēt
uiderent ερωεν ερα: pro omni modo aspicerent. **In eodem**. **Qui** ad/
ductus est in iudicium uerbo: quod cum esset tribunus intercessisset

contra legem corneliam reuera q̄ in tribunatu dixisset contra alicu/
ius hominis nobilis uoluntatem dixisset **ἐπιήκοι ἄρα.** **In eodem.** Hic
etiam quaritur q̄ a nobis nouem solis diebus prima actio sui iudicii
transacta sit: cum apud istum tribus horis **Quintus Opimius** sena/
tor populi **Romani** bona fortunas ornamenta omnia miserit **Hic**
quoq; affirmatiue ponuntur substantiua uerba. **In eodem.** Cum prop/
ter indignitatem iudicii sapissime est actum in senatu: ut genus hoc
totum multorum atque eiusmodi iudiciorum tolleretur: ut quia pro
ita accipitur subiunctiuum attraxit. **In eodem.** Iamq; ex calamitate
senatoris populi **Romani** cum prator iudicio eius praesuisset: spolia
domum suam referre: & manubias detrahare conatus sit: is ullam ca/
lamitatem a sese poterit deprecari: **Ecce** hic quoq; de re indubitabili
posuit subiunctiuum conatus sit: **ἐπιθήσει ἄρα.** **In eodem.** Multos an/
te uiros primarios audisse: cum diceres ignosci oportere: q̄ falsum co/
dicem protuleris. **Namq;** inuidia **gaius iunius** conflagrauit ea nisi p/
uidisses tibi ipsi tum per eundem fuisset. **In eodem.** Dicit inq; & reli/
gione adduci: & domesticarum legum metu. quid illo **Myoparone**
factum sit. hic quoq; confirmatiuam habet uim subiunctiuum uer/
bum. **In eodem.** In quibus nō dubito: quin offensionem negligētia
uitare atq; effugere non possim **δὲ κἄν δὲ νόμοι.** Quapropter ita me
de praturæ criminibus audite: ut ex utroq; genere & iuris dicendi: &
sartorum tectorum exigendorum ea postuletis: quæ maxime digna
sint eo reo cui paruum: aut mediocre obici nihil oporteat **δὲ κἄρα χρεῖ**
Nam ut prator factus est quia auspicato **Achelidone** surrexisset: for/
te nactus urbanæ prouinciæ docet hominem quid posset fieri: tuto/
res pecuniam præceptorum si dedissent: quemadmodum rationem in/
ducerent: quemadmodum sine periculo suo dare possent. **δὲ νόμοι τὸ**
ἐπιθήσει ἄρα. **In eodem.** **Iste** arbitrium eius cui condona/
bat hæreditatem ereptam liberis: q̄ æquum edictum conscripserit **συ**
νέγραψεν ἄρα. Quæso cognoscite: qui testamentum fecit: pro fecerit:
præterito indicatiuo usus est: quasi dubitabili: futuro uero subiuncti/
uo: in quo est aliqua dubitatio: utrum faciat nec ne: de iure uero ciui/
li: si quis noui quid instituerit **διευθετήσεν ἄρα.** Non omnia quæ an/
te acta sunt: rata esse patiat: id est non debet pati rata esse. **Ergo**
hæc quoque confirmatiue posita sunt subiunctiua. **In eodem.** **Ac**
si hoc iuris non unius hominis causa dixisses: cautius composuisses
δὲ νόμοι κἄν. **Quod** est confirmatiuum. **In eodem.** q̄ si plus legerit

delatum esse dicebat monumentum illa amplitudine: illo opere. quis
 certum tectum integrumque esset: tamen aliquid se inuenturum: in quo
 moliri: pater darique possit Δύναται ἔρα. **In eodem.** Habonius qui le-
 gem noscet qua in lege numerus tantarum columnarum traderetur
 πρὸς Δίδω τοῦ ἔν. Perpendiculari mentio sit nulla. Et qui non puta-
 ret sibi expedire ita accipere: ne eodem modo sibi tradendum esset. **In**
eodem Qui erat quod rescinderet cum suo quandoque loco reponeret
In eodem. Quærimus quid in extremis panphile partibus fecerit:
 qualis in bello prædonum prædo fuerit: qui in foro populi romani pi-
 rata nepharius reperiatur. **In eodem.** Quod nemo quenquam tam
 audacem: tam amentem: tam impudentem forte arbitrabatur: qui tā
 nephariis criminibus: tam multis testibus conuictus ora iudicium as-
 picere: aut os suum populo Romano ostendere auderet. Est idem uer-
 res: qui fuit semper ut audendus proiectus sit paratus ad audiendum
 Nam si id fecisset quod statuerat: ut non adesset minus aliquando:
 quam mihi opus esset: cognosceretur quod ego elaborassem: uestra ue-
 ro laus tenuisset si condempnatus sit is qui adesse noluerit. Et si for-
 tes fueritis in eo quem nemo sit ausus defendere ubi alterutra supradi-
 ctarum conjunctionum græcarum cum subiunctiuus est intelligenda
In eodem de impudentia singulari sunt qui mirentur: **In eodem.** Ille
 unus inuentus est qui & a complexu parentum abreptos filios ad ne-
 cem duceret: & parentes precium pro sepultura liberum posceret. **In**
eodem si populus romanus pro istius unius supplicio contemptus
 fuerit: ac non sic statuerit non istum maius in se scelus concepisse quā
 eos qui istum sententia sua liberarint ἔλεος ἔρωσθ' ἀνδρῶν. Ideo ex uuo
 libro Ciceronis tot usus ponere studui: ut docerem quam frequentis-
 sime hac constructione usi sunt auctores eloquentiæ latinæ. **In hoc**
quoque maxime atticos imitati: quorum similiter usus necessarium
 existimaui collectos subiicere. **Plato in alcibiade** priore. πᾶράπαν τὸς
 σοιφιλοῦς καὶ γνῶριμῶς πλείους εἶναι καὶ βελτίους. οἱ τινες
 ἂν τις χεῖρα ἁλῆι τοῦ ὑπογενῶσσι: **Quod nos** sicut supra osten-
 dimus per subiunctiuos proferentes non egemus ἂν græca coniuncti-
 one: ut ex parte tibi amicos & agnatos plurimos esse & optimos qui
 si quid opus sit ministrēt tibi. **In eodem.** **G.** Vide autem: nō enim sit mirū
 si quomodo uix ceperi: sic uix desiero. **Et** atrede quod illi quoque est ubi si-
 ne coniunctione ἂν uel ἔρα: uerbis utuntur optatiuis: quō hic. **G.** quod
 nos ubique in huiusmodi sensibus facimus .i. qui ad supradictas coniū-
 ee iii

ctiões græcas attinēt: subiunctiuus p se uerbis utētes: cum illi nō solū optatiuis sed etiā indicatiuis: ut supra ostendimus eas adiungant: ut idē **Plato** in eodē *πρὸ λαίαν ἐν ἐνὶ ὠνοσ τῆ ἀγάπῃ*. **N**ecessē ē ut subiunctiuo utamur dicendo dudum expeditus essem amore. In eodem *νῦν ἐφῆ νῦν γὰρ αὐτοῦ ἀκουοῖς ἄρα*. **N**ūc inquit: nunc enim me audias affirmatiue dixit. **I**n eodē. *ἂν τις σοῖαν λεγῶι θεός*. **P**er inductionē optatiuo est usus. **S**i quis tibi dicat deus. **I**n eodem. **G**. **N**ora tamen non solum *ἂν*: sed & *ἰνά* græcas coniunctiones & *ὅπως*. etiam optatiuo coniungi atticis: cmm apud nos causa: ut causalis conjunctio *ῆ*. ne. quando *ἰνά* *ἢ* significat. subiunctiuo sociantur. **Q**ui tamen simili est: ut saepe diximus: optatiuo: ut ne frustra disputarem. **I**dem in georgicorum. **G**. **S**i uelitis loqui. **H**omercus *εἰ περ γὰρ κέεῖ λοιπὸν ἀχαιοῖτε Τρῶες τε. ὄφρ᾽ ἔστυ γινώσκουσ ἢ ἀέν θεόν ἢ Δέ καὶ ἄνδρα ὄφρα ἄν τι τοῦ ὅπως*. q. autē interrogatiue quoq; ἄρα ponentes cum optatiuis proferunt. **P**lato in alcibiade. **G**. q. autem latini quoq; omnibus temporibus subiunctiuu modi: etiam optatiuo utuntur: ostendit tam usus *ῆ* antiquiores **Donato** scriptores artis. **V**irgilius in sexto. **H**ætroiana tenus fuerit fortuna secuta. **E**cce hic fuerit: optatiue posuit impretatione **A**enæ hoc uerbum: quod tam præteriti perfecti quàm futuri potest esse. **Q**uod etiam **Donatus** & quidam alii subiunctiuu tantummodo putāt esse. **C**um aliæ omnes uoces optatiui communes sunt etiam subiunctiuo. **E**rgo non imerito in supradicta attica constructione: qua illi optatiuis utuntur: hoc quoq; tempore indifferenter nostri sunt usi. **I**nueniuntur tamen nostri pœtæ saepe metri causa tam indicatiuis quam subiunctiuis usi: ut **Horatius** in secundo carminum. **M**e truncus illapsus cerebro sustulerat nisi faunus ictum de xtra leuasset: sustulerat pro sustulisset posuit propter metrum.

De Constructione quam habet uerbum ex natura significationis siue generis.

Quoniam igitur de constructione modorum uerbi dictū est: qui omnes eundem casum sequuntur: quem genus siue significatio uerbi exigit: quam *Διάθεσιν* græci uocant: de hac quoque est diligentissime quaerendum.

Sciendum itaq; q; omnia actiua apud Latinos quæ faciunt a se passiua & transitiva sunt in homines: sine dubio accusatiua adiunguntur ut oro te curo te: quæ etiam passiuum habent: curror a te. **S**imiliter acculo te: accutor a te: audio te auditor a te: patro te patror a te: impetro te: impetror a te: temno te: temnor a te: negligo te negligor a te: despicio te despicior a te. sentio te sentior a te. impedio te impediore a te: **S**imiliter etiam neutra uel deponentia actum significantia cum transitione in quodcumq; actiuum sequuntur. ut facio domum: eo iter nauigo pontum. ardeo uxorem. quando pro amo accipitur. **V**irgilius in bucolicis. Formosum pastor corydon ardebat a lexim. dedilco illam rem. **L**ucanus in primo. Dedit iam pace ducem. **C**icero tamen simplicis eius passiuum protulit de prætura urbana ius civile discatur. **T**erentius in adelphis. Nisi dum hæc silescent turbæ interea in angulum aliquo abeam: atq; edormiscam: hoc uilli pro uillu: quod est diminutiuum uini. **V**irgilius in secundo æneidos. Pars stupet innuptæ do num exitiale mineruæ: **H**oratius in primo carminum. Nec muliebriter expauit ensem. **S**imiliter dicimus doleo pedem: serueo pectus: ambulo spacium. **S**ic etiam deponentia transitiva actum significantia. sequor hominem: loquor fabulam: expergiscor socium. experior rem. arbitror iusticiam. reor ueritatem. suspicor inimicum. **S**unt tamen tam ex his quædam q̄ exactiuis: quæ cum accusatiua & datiuo adiunguntur. quæ sunt acquisitiua: de quibus mox dicetur ut do tibi aurum. do illi seruum: **D**icitur tamen & in eodem sensu. do no illum seruo: more attico: **V**irgilius in quinto. Bergestum æneas promisso munere donat. **S**imiliter præbeo. præsto. exhibeo. mado polliceor. muneror. indico. **E**xprobo tibi illam rem. **S**imiliter dicimus præpono tibi illum. & præfero. & præfacio **P**auca sunt quæ actiua uoce transitiue soli datiuo adiunguntur ut noceo tibi. inuideo. maledico. benedico. præniteo. **H**oratius in primo carminum. Cur tibi iunior læsa præniteat fide. dissideo tibi. **H**oratius in secundo carminum. Redditum cyrisoleo pharatem dissidens plebi numero beatorum eximit uirtus. **Q**uanuis si quis attente hoc quoq; inspiciat. **I**nter acquisitiua uel æquiparantia sunt ponenda. **N**occeo tibi. idest nocens tibi fio. **I**nuideo tibi: quasi non uisens tibi fio: hoc est non ferens te bene agentem uidere. maledico tibi: contra te dico male. **I**nueniuntur tamē pauca. quorum quæ actus transeat in aliam personam: non habent tamen passiuam: ut facio ex eo cum infinitis uerbis composita: ut ca

lesacio. tepesacio obstupesacio pro passiuo quoq; eorum fio : & ex eo
similiter composita accipiuntur: ut calefio tepesio: stupefio & similia
Cum prepositionibus enim compositum facio: plerunq; habet pas/
siuum: ut perficio: perficior: afficio afficior: inficio inficior . & similia.
Illa quoq; uerba actiuorum uocem habentia: quorum actus ad res
carentes loquela pertinent: primas quidem & secundas uoces non
possunt naturaliter passiuas habere: quippe cum nec de se loqui ip/
sae res quid patiantur possint: quod est primae personae. nec ad eas
cum careant auditu: qui proprie pertinent ad secundam personam
loqui possumus . **T**ertiam uero habent personam de qua iter primam
& secundam loquela recte fieri potest. ut laboratur uestis. **V**nde **Vir/
gilius in primo aeneidos. Arte la. oratae uestes. Potatur fluius Iuue/
nalis in secundo. Epotaq; flumina medo Prandente. Similiter dici/
mus cenatur piscis prandetur olus. decurritur spacium . Terentius
in adelphis. Decurso iam spacio**

**De Constructione uerborum passiuorum
non actionem significantium.**

Passiuia ablatiuo & datiuo transitue adiunguntur: ut do/
ceor a te: & tibi. uideor a te & illi. Similiter passiuam uim
habentia: & neutralia uel deponentia: ut uapulo a te & ti/
bi. exulo nascor patior. Licet tamen etiam accusatiuum ad/
dere his quibus per diuersas fieri solet passio: ut doceor a te litteras:
pascor carnem. uituperor insipientem. **Virgilius in quarto aeneidos**
Testor cara deos: & te germana: tuumq; Dulce caput magicas inui/
tam accingier artes. Et docemur enim: & pascimur: & uituperamur:
ac cingimur diuersis rebus. Nasci enim & exulare ad unam rem per/
tinet ipsius natus & exilii.

De Constructione communium.

Communia quando actum significant actiuorum constru/
ctionem quando passionem. passiuorum sequuntur: ut cri/
minor te: & criminor a te: ueneror te & ueneror a te.

De Constructione absolutorum.

Absoluta siue actiua: siue passiuae sint uocis cum nominati/
uo perfectam habent constructionem: ut plato uiuit. Aristote/
les deambulat. Socrates philisophat: ego esurio. tu dormis
ille uolat. Et reciproca uero siue sui passiuae: quae $\text{i}\Delta\text{i}\text{o}\pi\alpha\sigma\alpha\text{i}$ uocant graeci
licet absolute pferre: ut rubeo. horreo. tepes. ferueo & coniunge re

his ablatiuos: ut rubeo pudore: horreo frigore: tepeo austro: ferueo
aestate. Nec tamen solūmodo his: sed omnibus uerbis licet ablatiuū
adiungere: cum causam per eum indicamus ipsius actus uel passio/
nis: quod licet in omni specie facere uerborum: ut Plato uisit anima:
idest p̄ animam. Aristoteles deambulat pedibus: idest per pedes. So/
crates philosophatur scientia: idest per scientiam. similiter horreo fri/
gore: idest per frigus. Nec mirum absoluta posse obliquis iungere ca/
sibus: cum & transitua licet & absolute proferre. cū maxime aliquā
sui passionem ipso actu significant: ut hic amat: ille luget: iste ridet.
Itaq; Virgilius huiuscemodi res ostendit animorum esse passiones:
ut in sexto: Hinc metuunt: cupiuntq; dolent: gaudentq;. In eodem
Lugentes campi: Idem in quin. o: Risit p̄ optimus olli. Terentius i
adelpis: Amat: dabitur a me argentum dum erit commodū. Et rur/
sus eadem uerba cum casibus transitue dicuntur: amo clementiam:
lugeo miseriam: rideo stultitiam. Quæ uero non egent obliquis cas/
ibus: ea nec passua habēt: ut spiro: uiuo: nauigo: proficiscor: quis hæc
quoq; ut supra diximus coniunguntur obliquis casibus: ut securam
uiuūt uitam: & expirat animam: nauigo mare: & nauigatur marē. &
similia. At quæ egent casibus: & transitue dicuntur: ut actus in ho/
minem fiant. habent & passua: ut ferio Tryphonem: quem actum
ille interpretando in quem fit facit uerbum passuum: ferio a te: uul/
nero hostem: uulneror ab hoste. Excipiuntur pauca: quæ quāuis sint
actiua: & transitua dicuntur in homines. tamen non habent passua
usu deficiente: ut noceo tibi: facio te doctum. Sed hoc uerbū loco pas/
sui habet alterū uerbum similiter actiua uocis: sed significatiōis pas/
sua: fio. Noceo quoq; & maledico. benedico. inuideo. cuius tamen
passuum Horatius in arte poetica auctoritate usus protulit. Ego cur
acquirere pauca si possum inuideor. Idem etiam actiuum ei uerbo
cum datiuo adiunxit in primo epistolarum. Inuidet usum lignorum
& pecoris tibi calo argutus: & horti. Et hæc tamen ad imitationem
græcorum datiuis adiunguntur. Nam ἰλιφθονῶ & γασοῖς & φθνοῦ
αὐτὸ ὑποσοῦ. Herodorus. G. Cætera uero omnia nisi sint acquisiti
ua: uel æquiparantia: uel pereminētia: uel subiūctiua a nominatiuo
actū trāsitue ad homines faciētia: ut prædiximus ad accusatiuos con/
struuntur: cum utraque persona supraponatur tam agentis quam
etiam patientis: ut doceo te: & doceor a te. Nam is qui patitur
in significatiōe passua transfert accusatiuum qui ad se p̄tinet: cum

actiuum proferebatur uerbum in nominatiuum adiunctum passiuo: qui in ipso uerbo: ut saepe diximus intelligitur: etiam si nominatiuo apponatur. Contra uero nominatiuum agentis in ablatiuum: ut erudio te: erudior a te: tango te. & tangor a te. Itaq; communia utrunq; habent modum constructionis.

De Constructione uerborum descendendo ad diuersas species.

Uerborum uero alia ad corpus: alia ad animam: alia ad utrumq;: alia ad extrinsecus accidentia pertinent. Ad corpus uero: ut lauo te: tondeo te: uulneco: sordido. Ad animam: ut erudio: doceo: instituo moneo: consulo suadco. Ad utrunq;: ut ludo offedo: monco: noceo: maledico: benedico: prouideo. Ad extrinsecus accidentia: ut dicitur: impero: subiungo: domo. Sunt alia communia omnium supradictorum: ut facio te doctum: uel formosum: uel felicem. Inueniuntur quaedam quae cum sint actiua uoce: & constructione. tamen actiuam habent significationem: & passiuam actiuam: ut timeo te: & timeor a te: metuo te & metuor a te. **Lucanus in quinto: Dum metu ar semper terraq; expectet ab omni.** Et sunt alia laudatiua: uel uiruperatiua: ut cano: praedico: laudo: celebros: amplifico: uiti: pero: culpa: teprahendo: incuso: accuso: insimulo: succenseo. Alia artificiorum: ut philosophor: praetor: architector: modulator: medicor & medico & medeor. **Virgilius in secundo georgicorum: Et senibus medicantur anhelis.** Idem in primo georgicorum: **Semina uidi equidem multos medicare serentes.** Sunt alia deceptiua: ut fallo: decipio: eludo: indico: illucito: pellicio. Alia acquisitiua uel supereminetia: uel subiectiua: uel aequiparatiua: quae datiuo adiunguntur cuiuscunq; sint generis: uel significationis uerborum: ut laboro tibi: metuo tibi: profum tibi: timeo tibi: uigilo: propugno: largior: dono: muneror: indulgeo: praesto praebeco: exhibeo: do annuo: consentio: assentior: medeor tibi: id est sanitatem acquiror. dicitur tamen & medico: quod actiuorum seruat constructionem. **Virgilius in secundo georgicorum: Et senibus medicantur anhelis.** Idem in primo: **Semina uidi equidem multos medicare serentes.** **Terentius in andria: Eius labore: atq; eius dolore nato ut medicarer tuo.** Idem actio in phormione. quae scitum est eius modi parare in animo cupiditates: quas cum res aduersa scient paulo mederi possis. **Moderor tibi & te.** **Salustius in catilina: Fortuna cuius libido gentibus moderat.** Intelligimus enim res omnes ad felicitatem uel miseriam

gentium. **Lucanus in nono:** Syderibus quacunq; fugam moderatur
olimpi. moderantur. pro regunt **Maledico tibi. Cicero pro Deiotaro:**
Eius enim nomine optimi uiri: nec tibi igno i maledicebant. benedico
tibi. parco tempero. **Virgilius in primo georgico:** Iam sibi tum cur
uis male temperat unda carinis: quando pro parco accipitur. **Super**
eminētia uel subiecta sunt: ut impero tibi. Virgilius in primo georgi.
Exercetq; frequēs tellurē atq; imperat aruis. Regno tibi: dominor ti
bi: præcipio tibi: suadeo tibi: puiideo tibi: pficio tibi: cōsulo tibi. Nā
consulo te interrogatiuum est: & tunc habet passiuū: quō & tempero
Eorum tamen quædam possunt etiam acquisitiua esse. Subiecta sūt
ut seruo tibi: obedio: pareo: ministro: misceo tibi famulor. Acqui pa/
rantia: ut luctor tibi: sermocinor: certo loquor: altricor: inuideo tibi.
Nam plarunq; ad pares fit scel eius agentes. auctorq; huius est He/
siodus dicens. ἀγαθὴ Δέρις ἠΔεβρω τοί καί κερσάμεις κερσάμεικο τέ
εἰ καὶ τέκτονοι τέκτων καὶ πτωχός πτωχῶ φρονέει καὶ δοῖ Δοσδοί/
Δῶ ὦ πέροα. Desideratiua uel inquisitiua accusatiuo sociantur: quæ
ro te. Similitar inuenio. reperio. expecto. aspicio: desidero: opperior:
scrutor. sequor & sector præstolor te: & præsto or tibi. Sed magis q̄/
do datiuo coniungitur acq uisitiuum est. Terētius in eunucho. Quē
præstolare parmēno. Cicero in primo inuectiuarum. Qui tibi ad fo/
rum aurelium præstolarētur. & quæ per obtinentiam κατὰ τὴν κρᾶτην
σιν dicuntur superpositiua: ut habeo: possideo: teneo: contineo susti/
neo: seruo: custodio: tueor: tutor: defendo: prohibeo: arceo: impedio:
implico: soluo: uinco: supero: domito: subiicio: deiicio. Adoratiua
quoq; colo te. honoro. adoro. erubeo: adolor te: & tibi. Suspectiua
etiam uel opinatiua: suspicor. opinor. arbitror. existimo. reor. quæ
maxime infinitum substantiui assumunt cum accusatiuo: ut suspi/
cor inimicum esse. opinor amicū esse. arbitror alacriter profuturum
esse. Sed aliis infinitis iunguntur. opinor me intelligere & intellexisse
Virgilium. existimo recte legere. & legisse Ciceronem: & similia. Vo
luntatem quoq; significantia accusatiuo coniunguntur cum infinito
alterius uerbi: uolo te currere. Similiter studeo: propero. cupio. affe/
cto. festino. nisi infinitum a uerbo alii sit casui iungendum. Tūc eim
neesse est infinitum quoq; uerbi sui constructionem seruare: ut mise
reor tui. misereri tui uolo: noceo tibi: nocere tibi uolo. dignor te lau/
de. dignari te laude cupio. mercor laudem. mereri laudem affecto.

Absolutis uero supradicta si coniungantur accusatiuum assumunt:
ut desydero uidere filium. studeo te currere. propero me deambulare.
Similiter interrogatiua: interrogo te: rogo te. stipulor. **Iuuenalis in**
secundo. Quantum uis stipulare: & protinus accipe quod do: ut
totiens illum pater audiat. frequentissime tamen stipulor abs te. **Cice**
ro in uectiuarum secundo. Quasiui a catilina nocturno conuētu apud
M. Leccam fuisset nec ne: pro interrogauit **Catilinam.** Inuenitur ta/
men in passiuua significatione similiter dictum. stipulor abs te: pro in
terrogor abs te. **Suetonius in secundo pratorum.** Minor uiginti quique
annorum stipulari non potest: passiuue dixit. **Consulo** quando inter/
rogatiuum est: ut supra dictum est: accusatiuo rationabiliter: acquisi/
tiuum uero datiuo copulatur. **Funebria** quoque uerba ad accusatiuum
feruntur: ut lugeo te: ploro te: lachrymo te: plango te: queror te. & ti
bi: pro apud te. **Virgilius in bucolicis:** Dū queror & diuos: quāq̄ nil
testibus illis **Profeci.** **Iuuenalis in secundo.** Nec quereris patri: nec ter/
ram cuspidē quassas: intelligitur romanos queri apud patrem. **Voca**
tia quoque: uoco te: imploro clamo. neminem nūci por. inuoco. arce
so. **Ulla** quoque notanda: quæ cum nullum significant actiuum: sed ma
gis passionem demonstrant: tamen quia actiuam habent uocem: ac
cusatiuo coniunguntur: ut trepido. horreo. formido. uito. fugio. recu
so. similiter metuo & timeo. hæc autem cum passiuue dicuntur magis
actiui significant. **Et** contrario cum actiue dicuntur: magis passio/
nem significant: ut timeor a te: timorem facio. timeo uero timorē pa/
tior. **Lucanus in quinto:** Dum metuar semper: terraque expecter ab
omni. **Adem in primo:** Fœcunda uirorum **Paupertas** fugitur: fugam
facit: quod est fugat: eadē uim habent & similia. **Hortatiua** quoque
accusatiuum asciscunt. excito illum. hortor. incito. moneo. agito. sti/
mulo. **Precatiua** etiam accusatiuo coniunguntur. oro. obsecro. obte
stor. quaeso. litor. precor. supplico. hoc non solum accusatiuo: sed etiā
datiuo coniungitur. **Terentius in andria.** Huic supplicabo. Est enim
subiectiuum plus aliis omnibus: quæ sunt illius speciei. **Multifida**
etiā cū accusatiuo constructio. iuro castigo. docco. illudo. calefacio
frigefacio. **Ad sensum** pertinentia. quæ græci genitiuo coniungunt:
quasi passionem quoque significantia in ipso actu ἀκούωνοῦ ἀπ τοῦ κα
δοῦσ ὁ δὲ ἀτὸς ὄν φαί νο δὲ κα τῆσ κνίσσησ ἐγὲσ ὁ δὲ ἡν τοῦ κρὰ τοσ.
Excepto uideo & similibus quæ plus actus habent q̄ alii sensus: nos
accusatiuo copulamur: quippe exactiua passiuam uocem faciētia:

ut audio te: & audior a te, tãgo te, & tãgor a te, guſto te & guſtor a te
 ſetio te & ſetior a te. Similiter omnia actiua fere impetro illã rã: quia
 & impetror: patro & patror. curo & curor. ipedio & ipedior, negligo
 & negligor. Sepatiua: ſiue discretiua: cũ accuſatiuo etiã & ablatiua
 cõiungunt: ut auerto illum hac re: & ab hac re. Similiter pello, amo
 ueo: torqueo. ſpero, dirimo, educo & ſimilia. **Virgilius in primo aenei-**
dos: Nec poſſe italiã teucrorum auertere regem. Cicero in philippi-
carum quinto: Ab urbe. M. Antonii impetus i galliam auertere. idẽ
in uectiuarum ſecundo. Quis tam auerſus a uero. Nec mirum uerba
ſenſum ſignificantia: quã habent aliquid paſſionis accuſatiuo iungi
cum multa alia quoq; ſunt & actiua & neutra: quã quãuis ex ipſa ui
ipſius intellectus aliquid pati uideantur: accuſatiuis tamen adiungũ
tur: ut amo: deſydero & ardeo. Virgilius in bucolicis: Formoſum pa-
ſtor corydon ardebat a lexim. Neutra & deponentia: quod ſuperius
dictum eſt: ſi actum ſignificant: & habeant tranſitionem ab homine
in hominem: accuſatiuo coniungũtur: ut facio te doctum: ſequor ho-
minem. miror, aſperror, ſuſperror, contempolor, conſperror. Vnde non
irrationabiliter antiquiſſimi etiã in paſſiua ſignificatione profere-
bant, quod laſus de uerbo tranſcãtantes oſtendimus: Sin hac eadem
ideſt neutra uel deponentia paſſionem ſignificant: paſſiuorum con-
ſtructionem ſibi defendunt: ideſt datiuo uel ablatiua coniunguntur:
ut ſio a te doctus: uapulo ab illo: exulo, naſcor, patior. Ad eos autem
caſus ad quos coniungitur: indicatiuus neceſſe eſt totius uerbi decli-
nationem conſtrui: & participia & ſupina: ut amo illum: amãs illum
amando illum uigilo: amandi cauſa curro: amandum eſt illos; ama-
tum eo illum. Nam in u deſinens nominatiua adiungitur. Virgilius
in tertio aeneidos: Nec dictu facilis: nec uilu affabilis ulli. Non mire-
ris tamen omnia actiua ex quacunq; uoce actum ſignificantia cum
tranſitione: romanos accuſatiua coniungere: cum attici quoq; tam i
eis q̄ in aliis cõſtructionem pleriq; idem ſeruent.

Quamobrẽ neceſſariũ eſſe duximus multos & diuerſos uſus
 ab auctoribus utriuſq; linguã: colligere omnium orationis
 partium: quorum exemplis gaudeant: confidentiũq; utan-
 tur: qui laudibus utriuſq; gloriari ſtudent doctrinã latini. curo illam
 tem: ut **Virgilius in primo georgicorum: Inuidet atq; hominũ. queri-**
tur curare triumphos. Græci tamẽ φθοντις τοδετο πρãγα αριζο

φάνος καὶ τὴν ἀπὸ τῶν κερῶν εἰ τι μὲν περὶ λειψήσε
ται. **Lucanus in quinto:** Quo tempore primas impedit ad noctē iam
lux extrema tenebris. Nos sentio illā rem. **Similiter illi εἰ δόδομαι**
τόλα τὸ πρῶτα καὶ τοῦδε ratio. **Virgilius in decimo:** Hoc patris an
chisā manes hoc sentit lulus **Et Euripides αἰ σὶ γὰρ κροπτάν βέσις εἰ**
δόδομαι τῶν δέ γυναικῶν. Nos audio illū. sic etiā illi ἄκούω τὸδε.
Virgilius in duodecimo: Audiat hoc genitor qui sedē fufmine sancit
Demosthenes ἠκούνατέω ἄσδρες δικασοὶ τὸ ψήφισμα patior illum
Lucanus in primo. Pellimur e patriis laribus: patimurq; uolētes Exi
lium. **Demosthenes διὰ μὲν ἠδὴ πτόνοσιν ἀπαιτῶν τῶν ἰσασιν διδοῖ**
ἐν ποτεσὺ μὲν βῆ πείσονται. Memini illam rem. & illius rei. **Virgili in**
bucolicis: Numeros memini si uerba tenerem. **Idem in quarto anei/**
dos: Nec meminisse pigebit elisā. **Illi μὲν μὲν ἀδὲ τὰ πρῶτα ἐν τῷ**
ἐμνήσθη τὸ πᾶρος. & εὐλαϊμῶν ὠν ἐμνήσθη τῶν φίλων ἠμάλι/
σα δὺς τυχόντων. Impero tibi ἔρχῶ σοί. **Virgilius in primo geor/**
gicorum: Exercetq; frequens tellurem: atq; imperat aruis: **Attici ἔρ/**
χω ἀνὸρ ἄπῶν. Latini aufero tibi: & a te. **Similiter eripio adimo amo/**
lior: amoueo Terentius in phormione. Aufer mihi oportet: **Lucanus**
in quinto. Heu quantum fortuna humeris iam pondere fessus Amo
litur onus. **Virgilius in secundo aneidos.** Teq; his ait eripe flaminis
Homerus in iliadis. G. Et per accusatiuum tamen. **Idem in iliadis II**
ἠ ἀλγῶ τῶ πᾶσι καὶ ἀλγῶ τῆς δὺς τυχῶν. Et nos quoq; dolco illā
rem: & illa re. **Salustius in catilinario.** Et quasi dolens eius casum.
Virgilius in secundo aneidos. Et casum in fontis mecum idignabar
amici. **Idem in primo.** Nota tibi & nestro doluisti (sape dolore. **Auf/**
culto tibi & te Attici. ὁ ποτὰ τὸ ἀδὲ σοὶ καὶ ὑποτὰ τῆς ὄσρα τῶν
τῶν ῥά τῆ γῶ ἀκρῶ αἴσε καὶ ἔων ἠκροῶν τοῦ λέτοντος καὶ ὑδὰ κου
σὸν ἠμῶν. **Terentius in adria.** Pamphiluum ne adiutem: an auscul
tem seni. **In eadem.** Ausculta pauca: & quid ego te uelim: & tu quid
quaris scies: nec enim aliter stat iambus qui est quaternarius: quod
Donati commentum approbat: potior illius rei: & illam rem: & illa
re. Cicero in secundo inuectiuarum. Rerum potiri uolunt. **Terentius**
in adelphis. Ille alter sine labore patria potitur commoda. **Virgilius**
in primo: Egressi optata potiuntur troes arenam. **Similiter attici.**
ἀπᾶ δὺς τῆς οἴσ ὁ μάλιστ καὶ ἀπᾶ λανσᾶ τῶν σὺν ἀρετῶν. ἄριστο φά
νῆσ δέ. ἀγαθόν γὰρ ἀπᾶ δὺς δὺν δέν ἄντοῦ πῶ ποτῆ. Et in sequen
tibus uero etiam ponitur hoc idem κέρπουμαι τὴν ἠδὸν ἠν καὶ κερ/

ποῦ ἄαι χαρισματα λαμπρά. **Illi** χόρτάζω σὲ ἄρτῳ χόρτάζω δὲ ἄρτον
Huic simile nos dicimus pascor hanc rem & hac re. **Virgilius** in se/
cundo **æneidos**: **Et** miseris morfu depascitur artus. **Idem** in georgi/
corum tertio: **Pascuntur** uero syluas & summa lycci. **Idem** in bucoli/
cis: **Fronibus** irfutis: & cortice pastus acuta. ἐχοτάσθην πολλοῖς
ἔγασοῖς καὶ βόσκε τὰς τήν ὕλην καὶ βόσκομαι τῷ χόρτῳ **Illi** ἄπελπι/
ζῶ τόννοδοῦντᾶ. **Latini**, despero illam rem. **Lucanus** ἰκίτο. **Despe**
ra te uia: **Euripides**, ὄσον περ ἐν γῆ τῆδε χερὸν νησία μητρῆ ἀήτῶση
νος ἐκ τροίας πάρα καὶ ἄπεσι τρίτην ἡ. **Et** nos absum tertium dicm.
φεύγοσέ ὡς τόπον τῆς δῆπεφεύγασι τόν ἐπιτημενον κίν λήνον
καὶ εἰσὶ πέφεν γὰς τόν ἐμόν κέσιον Διά εὐριπιδης. **fugio** te. **Lu**
re ordinē: quō & apud grācos & dicere decimus & septimus p̄ septi
mū decimus: & tertius & uicesimus p̄ uicesimū tertius. sic & similia
tricesimus quadragesimus quinquagesimus sexagesimus septagesi
mus octogesimus nonagesimus cētesimus ducentēsimus & ducesī
mus: tricesimus tricētesimus: quadrigētesimus uel quadricēsimus:
quigētesimus uel quigesimus. **Liuius** ab urbe cōdita. xxxi. āno quin
gesimo: sexcētesimus uel sexcesimus: septingētesimus uel septingēsi
mus octingētesimus uel octigesimus: nonigētesim nonagesimus &
nō gētesimus: millesimus habēt ex omnibus nūcris romani disptiua
quā grāci uocāt Δίαιπετικὰ quā naturaliter semp̄ plura sunt. quip
pe in multos distribui eūdem significāt numerū: ut singulos oculos
habebāt cyclopes quod grāci dicūt: sic usq; ad mille habent latini &
singuli bini: quā sunt anomala: quantū ad uocem unius & duorū:
terni uel trini. sed terni Τριτασι trini Τριτοι magis significat: uel Τρι
Ταϊοι trini ludi. quatrini quāni seni: septeni octoni nouēni deni: un
deni duodeni ternideni ex duobus itegris quō tertius decimus: & de
inde quaterdeni quindenī senideni septedeni octonideni nouēnide
ni. **Viceni**: uiceni singuli uiceni bini: uiceni trini. **Similiter** catcri tri
ceni quadragenī quinquagenī sexagenī septuagenī octogenī nonage
ni nonagenī. **Cēteni** ducēteni p̄ syncopā duceni: tricēteni p̄ syncopā
triceni: quadrigēteni quadrigeni: quigēteni & quingenī: sexcēteni &
sexcenti: septingēteni & septigenī: octingēteni & octigenī: nongēteni
& nongeni: milleni. **Auctores** tamē nō pprie etiā singulari numero
ca ptulisse inueniūtur. **Lucanus**. **Septeno** gurgite nilus. & **Virgi**. in
.x. **It** grauis aulestes: cētenaq; arbore fluctū: uerberat assurgēs. **Hac**
tamē ipsa etiā semp̄ in plurali congeminitatis ponunt ut bina mœnia
terna. **Cice**. in. ii. uetrinarū. **Inter** binos ludos: quia ludi quādo specta
cula significant: semp̄ pluraliter dicunt. **Liuius** in. xxxv. & bina eque
stria & arma uniuoq; & una & una semp̄ pluralibus adiunguntur:
quā pro singularibus accipiūtur: ut **Salustius** i catilinario. **Hi** postq̄
in una mœnia conuenere: pro in unā urbem. **Virgilius** in. ii. æneid.
Satis una superq; uidimus excidia: pro unū excidium. & **Lucanus** in
quarto: **Totūq;** in ptibus unis bellorum fecere nefas: pro una in parte
Donatus in arte prima. **Atq;** excepto amphibraco & epitrito: quo
rum alterum seculū alterum epitrita diuisione partimur. **V**niuerso.

rum pedum trina cōditio reperitur: trina pro triptita dixit. **P**riamus
primæ legionis. secundanus secundæ legionis. **S**imiliter tertianus.
unde tertiana febris. **Q**uartanus unde etiã quartana febris. **Q**uinta/
nus unde & quintana porta castrorū. **S**extanus septimanus unde se/
ptimana dierum septē. **O**ctanus nonanus decimanus: unde decima
porta castrorū: decāu quoq; a decē & decuria & decurio nomē & uer/
bū decurio decurias unde decuriana comitia: ut a centū centurio no/
mē & uerbū & cēturiatus ex quo cēturiata comitia: ex quo succēturi/
atus. **T**erentius in eunucho. **E**go in subsidiis hic ero succēturiatus si
quid deficias: **S**unt & altera forma ex omni numero deriuatiua in ri/
us desinentia. exceptis unus & duo: e quibus singularis dualis: ut ter/
narius iambus: qui tres habet pedes: quaterarius quinquarius: unde
& semiquinarius senarius septenarius: unde & semiseptenarius. **O**cte/
narius nouenarius denarius: unde denarius nummus. undenarius
duodenarius ternarius denarius. **S**imiliter ceteri uicenarius tricen a/
rius quadragenarius quingenarius sexagenarius octogenarius nona/
rius. **C**entenarius ducentenarius & ducenarius: tricentenarius & tri/
cenarius: quadringentenarius & quadringenarius: & quingenarius &
sexcentenarius & sexcenarius: septingentenarius & septingenarius:
octingentenarius & octingenarius: noningentenarius & noninge/
narius: & melius per syncopam pferuntur millenarius: **A**duerbia ex
omni numero inueniuntur ab uno quidem & duo inaequaliter semel
& bis: a ceteris uero aequaliter ter quater & reliqua. **O**mnia in es pro/
ductam desinunt: quinquies sexties septies octies nonies decies un/
decies duodecies tridecies quaterdecies quindecies sexdecies decies/
septies decies octies decies nonies. **V**igecies & uicies: trigecies & trici/
es: quadragies quinquagies sexagies septuagies octogies nonagies.
Centies ducenties tricenties quadringenties quingenties sexcēties se/
ptingēties octingēties noningēties & nongēties millies. **I**nfinitis ta/
mē numerorum aduerbiis & n interponitur: quotiēs rotiens: similiter
multotiēs. **I**nueniuntur & aliæ deriuationes uel compositiones multæ
a nomibus numerorū: ut unicus ullus unitas unio uniuersus: & uno
unas at uerbū: ternitas uel trinitas: septimana senio. **P**ersius. **I**ure ete/
nim id summū quod dexter senio ferret: milia semiquinarius semise/
ptenarius. nundinū & nundinæ trinūdinū trimūdinū. **E**t sciendū
q; poetæ sæpe deriuatiuis utuntur p primitiuis uel ecōtra: uel aliis speci/
ebus p aliis: ut **V**irg. i. x. an. **T**ot lecti pceres bis denis nauibus ibāt

pro bis decem. & **Luca. in. vii.** Septeno gurgite nilus: p septenario.
Sūt praterea simplū duplū triplū quadruplū & similia quæ pprie ad
pōdus uel numerū dicunt. **S**implex duplex triplex & similia: quæ ad
omnē rem dīcūtur. & uerba ex his duplico duplicas: triplico as multi
plico as: dupōdius tripōdius. & similia. Illud quoq; sciēdū q; undeui
giti dicimus p decē & nouem: **I**dē unde unū deest xx uel unde uigin
ti: post quē uiginti numerus est quod est nouem & decem numerus
post eum eīm sequitur. xx. numerus. **H**oratius in. ii. sermonū **V**nde
octoginta natus cui stragula uestis. unde octoginta dixit. i. septuagi
tanouem annos habens ætatis: hoc est octoginta: unde unum deest
etiam duodeuiginti dicunt p decem & octo: quod attici. g. dicunt.
Idem inuenitur in cæteris cardinalibus numeris. **I**dē triginta & qua
draginta & reliquis duo de triginta pro uiginti & octo. **V**niformis bi
formis triformis & similia: duo asses dussis dupōdius tressis quadra
sis decussis uicessis tricessis quadragessis quinquagessis sexagessis
septuagessis octogessis nonagessis centussis: post quem numerum
teste **V**arrone non componūtur cum asse numeri densus dextans de
drans bestis septuns secuns quincuns triens quadrans sextans. **S**ex
tula libra bilibris trilibris quadrilibris & similia: anniculus uel annus
biennis triennis quadriennis quinquennis & similia: biennium trien
nium quadriennium quinquennium & similia: bimus trimus qua
drimus & similia: bipes tripes quadrupes deinceps & decēpeda & si
milialia: biduum triduum quadriduum & similia: binoctium trinocti
um quadrinoctium & similia: bicorpor tricorpor & similia: biceps tri
ceps quadriceps centiceps & similia: bifariam trifariam quadrifariā
& similia: bipatens tripatens & cætera: bilinguis trilinguis & similia
biuium triuium & similia: bifidus trifidus quadrifidus & similia: bi
sculus trisculus & similia: geminus tergeminus centūgeminus & si
milialia: unimanus bimanus trimanus centimanus & similia: unicolor
bicolor tricolor & similia: duumuir triumuir quiqueuir septemuir de
cemuir cētumuir & similia: bigæ trigæ quadrigæ & similia: biuigus
unde **Virgilius** in quinto aneidōs: Biuigo certamine campum corri
puere: & bigati nummi: triuigus quadriugus & similia. **T**riangulū:
Cæsar in arato cur diuste lingua græcia præcurram potius q̄ trian
gula dicam. **Q**uadrangulum quinquangulum sexangulum & simi
lia: bifurcus trifurcus quadrifurcus & similia.

Pondera praxoris ueterum memorata libellis
 Nosse iuuat, pondus rebus natura locauit
 Corporeis: elementa suum regit omnia pondus
 Pondere terra manet: uacuu quoq; poteris aether
 Inde fessa rapit uoluentis sydera mundi.
 Ordinar a minimis: post hæc maiora sequentur.
 Nam maius nihil est aliud quã multa minuta.
 Semi oboli duplum est obolus: quem pondere duplo
 Gramma uocant: scrupulum nostri dixere priores.
 Semina sex alii siliquis latitancia curuis
 Attribuunt scrupulo, lentis uergantur in octo
 Aut totidem speltas numerent tristisue lupinos
 Bis duo: sed si par generandi his pondus inest
 Seruarent eadem diuersa pondera gentes
 Nunc uariant: etenim cuncta non tædere certo
 Natura: sed lege ualent hominumq; repertis
 In scrupulis trinis drachmam: quo pondere doctis
 Argenti facilis sinatur pondus athenis.
 Oleaq; a drachma non res: sed nomine differt.
 Drachmam si gemines aderit quem dicier audis
 Siciliquus drachmæ scrupuli si adiecto fiet.
 Sextula quæ fertur nam sex his uncia constat.
 Sextula cum dupla est ueteres dixere duellam
 Vicia fit drachmis bisquatuor: unde putandum
 Grammata dicta q; hæc uiginti quattuor in se
 Vncia habet: tot enim formis uox nãq; notatur
 Horis q; mundus per agit noctemq; diemq;
 Vnciaq; in libra pars est quæ mensis in annum:
 Hæc magno latio libra est gentiq; togata
 Attica nam minor est: ter quinq; hanc deniq; drachmis.
 Et ter uigenis tradunt explerier unam
 Accipe præterea paruo quam nomine graii
 Minam uocitant: nostriq; minam dixere priores:
 Centum hæc sunt drachmæ: quod si decerpseris illis
 Quattuor: efficies hanc nostram deniq; libram.
 Attica quæ fiet: si quartam dempseris hinc mna.
 Cæcropium superest post hæc docuisse talentum.

Bis quinque faciunt drachmae si appendere uelles
Oxybaphus fiet si quinque addantur ad istas
Ad mystrum cyathi quarta est ac tertia mystri
Quam uocitant cyanem capit haec cochlearia bina
Quod si mensurae pondus componere fas est
Sextari cyathus pars est quae est uncia librae.
Necnon oxybaphi similis sescuncia fiet.
Sicilicquumque tibi mystro simile licebit
Cochlear extremum est scrupulique imitabitur instar
Attica praeterea discenda est amphora nobis
Seu cadus: hanc facies nostrae si adieceris urnam
Est & bis decies quem conficit amphora nostra
Cullerus hac nulla est maior mensura liquoris
Est etiam terris quas aduena nilus inundat
Artaba, cui superat medii, pars tertia postres
Nanque etiam modis explebitur artaba triplex.
Illud praeterea cohibere memento
Nam librae ut memorant besten sextarius addet:
Seu puros pendas latices: seu dona liai
Addunt semissem librae labentis oliui
Selibramque ferunt mellis superesse bilibri
Hac tamen assensu facili sunt credita nobis
Nanque nec errantes undis labentibus amnes
Nec mersi puteis latices aut fonte perenni
Manantes par pondus habent: non denique uina
Quae campi aut colles nuper ue: aut ante tulere
Quod tibi machanica promptum est depromere musa
Ducitur argenti tenui ue ex aere cylindrus
Quantum inter nodos fragilis producit arundo
Cui tono interium modico pars ima grauatur:
Ne totus sedeat totusue supernatet undis
Lineaque a summo tenuis descendit ad ima
Ducta superficie tot quaeque in frustra secatur
Quod scrupulus grauis est argenti aetisue cylindrus:
Hoc cuiusque potest pondus spectare liquoris
Nam si tenuis erit maior immergitur unda

Sin grauior plures modulos superesse notabis
Aut u tantundem laticis sumatur utrinq;
Pondere perstabit grauior si pondera secum
Conueniunt: tunc maior erit quæ tenuior unda est
Quod si ter septem numeros texisse cylindri
Hos uideas latices illos cœpisse ter octo
His drachma grauius fatearis pondus inesse.
Sed refert æqui tantum conferre liquoris:
Vt grauior superet drachma: quantum expulit undæ
Illius aut huius teretis pars mersa cylindri
Hæc de mensuris quarum si signa requires
Ex ipsis ueterum poteris cognoscere chartis
Nunc aliud partum ingenio trademus eodem
Argentum fuluo si quis permisceat auro
Qantum id sit: quoue id possis deprendere pacto
Prima syracusii mens prodidit alta magistri:
Regēq; nanq; serunt siculam quam nouerat olim
Caliculum regi ex auro statuisse coronam
Compertoq; dehinc furto: nam parte retenti
Tantundemq; argenti opifex imiscuit auro
Orasse ingenium ciuis: qui mente sagaci
Quis modus argenti fuluo latitaret in auro
Repperit illaeso quod diis erat ante dicatum.
Quod te quale sciet: paucis aduerte docebo.
Lancibus æquatis quibus hæc appendere mos est
Argenti atq; auri: quod edax purgauerit ignis
Imponens libras: neutro præponderet: hæc;
Summitis in qua quam pura ut cœperit unda:
Protinus inclinat pars hæc: quæ sustinet aurum
Pensius hæc nanq; est simulare crassius unda:
At tu siste iugum: mediūq; e cardine centri
Interualla nota: quantum discerpserit illinc
Quodq; notis distet suspenso pondere filum
Fac drachmis distare tribus cognouimus ergo
Argenti atq; auri discrimina: deniq; libra
Libra tribus drachmis supera cum mergitur unda

Sume dehinc aurum. cui pars argentia mixta est
Argentiq; meri per pondus: itemq; subunda
Lancibus impositum expecta propensior auri
Materies subsistet enim: furtumq; docebit
Nam si ter tenis superabitur altera drachmis
Sex solas libras auri dicemus inesse:
Argenti reliquum quia nil in pondere differt
Argentum argento: liquidis cum mergitur undis
Hac eadem puro deprendere possumus auro
Si par corrupti pondus pars altera gesser
Nam quotiens ternis pars illibata grauarit
Correptam drachmis sub aquam totidem esse notabis
Argenti libras: quas fraus permiscuit auro:
Pars etiam librae quæuis si forte super sit
Hac quoq; drachmarum simili tibi parte notetur
Necnon sine aquis.

Volumen prisciani de octo partibus orationis:
de constructione: de duodecim carminibus: de accentibus:
de numeris & ponderibus & mensuris explicitum est.

Anno domini, M. CCCC. LXXXI.

Priscianus grammaticus de præexercitamentis
rhetoricæ ex **Hermogene** translatis.

FABVLA EST ORATIO FICTA VERISIMILI dispositione imaginem exhibens ueritatis: Idco autem hanc primam tradere pueris solent oratores quia animos eorum adhuc moles ad meliores facile uias instituunt rite. **V**si sunt ea tamen uetustissimi quoq; auctores. ut **H**esiodus: **A**rchilochus: **H**oratus: **H**esiodus quidem luluia. **A**rchilochus autem uulpis. **H**oratus muris: **N**ominantur autem ab inuentoribus fabularum: alia aetopia: alia cyapria: alia lybica. alia tybaritica. **O**mnes autem communiter aetopia: quoniam in conuentibus frequenter solebant aetopus fabulis uti: & pertinet ad uitae utilitatem. & est uerisimilis: si res quae subiectis accidunt personis apte reddantur. utputa de pulchritudine aliquis certat. **P**auo supponatur hic: oportet alicui astutiam tribuere: uulpecula est subiicenda: Imitatores aliquos hominum uolumus ostendere: hic simis est locus. oportet igitur modo breuiter modo latius eas disserere. **Q**uomodo autem haec fiet si nunc narratione simplici proferantur. **N**unc etiam sermo inductis fingatur personis exempli causa. **S**imia conuenerunt: & consiliu habuerunt de urbe condenda & quia placuit illis: paratae erant incipere aedificatione: sed uerus inter eas prohibuit ab incepto eas docens quod facile capiantur si intra muros concludantur. sic breuiter dices: si uelis producere sic. **S**imia conuenerunt: & consiliabantur de urbe condenda: quarum una in medium ueniens concionata est. quia oportet ipsas quoque ciuitatem habere. **V**idetur enim aiebat: quod ciuitates habendo homines etiam habent domos singuli & concionem uniuersi & in theatrum ascendentes delectant animos spectacionibus & audicionibus uariis. **E**t sic proferes orationem in orando dicens: quod & plebiscitum scriptum est. & fingens etiam orationem ueteris simia. **E**xpositio autem fabularum uult circuitionibus carere: & iucundior esse. **S**ed oratio qua utilitatis fabulae retegitur: quam epimythion uocant: quod nos affabulationem possumus dicere: a quibusdam prima: a plerisque rationabilis postrema ponitur. **S**ciendum uero quod etiam oratores inter exempla solent fabulis uti.

De Narratione.

Narratio est expositio rei factæ uel quasi factæ. Quidam ta-
men idest usum posuerunt ante narrationem: **S**peci-
es autem narrationis quattuor sunt. fabularis: fictilis: histo-
rica. ciuilis. **F**abularis est ad fabulas supradictas pertinēs
Fictilis ad tragedias: siue comedias ficta **H**istorica ad res gestas
exponendas. **C**iuilis quæ ab oratoribus in exponendis sumitur cau-
sis. **N**unc autem ad ea quæ ad exercitationem pertinet dicemus: quã
uariis proferre modis solemus per rectum inclinatum: per coniuncti-
uum: per dissolutum: per comparatiuum: per rectum. ut **M**edea cætæ
filia fuit: hæc prodidit aureum uellus & sequētia. **R**ectum autem no-
minatur quod per rotam uel ampliorem orationem casum seruat no-
minatiuum. **I**nclina dicitur in qua obliquis utimur casibus. ut mede-
am cætæ filiam dicunt amauisse **I**asonem & reliqua quia alios quoq;
casus assumit. **C**oniunctiua uero figura est qua arguentes utimur:
ut quid enim **M**edea non amauit quidem **I**asonem prodidit aureum
uellus: interfecit fratrem & sequentia. **D**issolutum uero fit sic **M**edea
cætæ filia prodidit aureum uellus. **A**bsytrum interfecit & sequētia. **C**o-
paratiuum est hoc. **M**edea cætæ filia debens pudicitiam seruare turpi-
tudine amoris prodidit eam: & quam decebat custodem fraternæ sic-
ri salutis interfecit fratrem: & quæ debuit tutari aureum uellus tradi-
dit insidiatori: & rectum quidem hystoriæ conuenit: est enim plani-
us inclinatum uero magis certaminibus rhetoricis cōiunctiuis quoq;
ad arguendum accommodatius. **D**issolutum autem per orationibus
siue conclusionibus: est enim passiuū. idest affectus animi cōmouēs.

De Vsu.

Usus est quem græci $\chi\rho\sigma\iota\sigma\tau\upsilon\varsigma$ uocant commemoratio alicuius
orationis uel facti: uel utriusq; simul celerem habens de-
monstrationem. quæ utilitatis alicuius causa plerūq; pro-
fertur. **V**sus autem alii orationales: alii actiui: alii mixti.
Orationales sunt quibus inest oratio sola: ut **P**lato dicebat musas in
animis ingeniosorum esse. **A**ctiui uero in quibus actus inest solus. ut
Diogenes cum uidisset puerum agentem idcenter pedisequum uir-
ga percussit mixti si addas percussit dicens quare sic erudiisti. **I**nterest
autem inter usum & cōmemorationes q̄ usus breuiter p̄fertur. **C**om-
memoratiōes uero quas $\delta\pi\omicron\delta\upsilon\eta\mu\alpha\tau\alpha$ uocant longiores sunt. **A** sen-
tentia uero differt. q̄ sententia indicatiue profertur. **V**sus uero sæpe

etiam per interrogationem & responsionem. Præterea quæ usus etiam actu solent inueniri. Sententiæ uero in uerbis tantum: & quoniã usus habet omnino personam quæ fecit uel dixit. Sententia uero sine persona dicitur. Traduntur tamen differentiæ uisum plures a ueteribus. Alii enim sunt indicatiui: alii interrogatiui. Sed nunc ad instans ueniamus: hoc est ad operationem & ordinationem ad usus pertinentiũ capitulorum. Disponendum igitur sic primum ut laus breuiter dicatur eius qui fecit uel dixit. Deinde expositio ipsius usus hinc causa ut Iſocrates dicebat stirpem quidem doctrinæ esse amarum: fructum uero dulcem: laus Iſocrates sapiens fuit & producis per tempora locũ: Postea sequat̃ elocutio ipsius usus: non enim oportet nomen ipsum per se ponere: sed latius cã interpretari, deinde a causa. Maxima enim factõꝝ per laborem perfici solent: pfecta uero afferunt iucũditatem. De ine utendum a contrario, nam uilissime res non egent labore & finẽ teterimum habent. Studiosissime uero res ecõtrario, post hæc a cõparatione: Quomodo enim agricolas oportet laborantes in terra accipere fructus: sic etiam eloquentes. Deinde ab exemplo demosthenes inclusit sese in ædiculis ad legẽdum multo labore post accepit fructũ coronas prædicationes. Deinde a testimonio, ut Hesiodus quidem dixit. Virtutis sudorẽ dii longe posuere. Alius p̃c̃ta dixit laboribus uedunt dei nobis omnia bona. Post omnia inferes exhortationẽ: quæ oportet parere illi qui dixit aut fecit.

De Sententia.

Sententia est oratio generalẽ p̃nũciationẽ habẽs hortã aliquã rem: uel deterrã: id est dehortã uel demonstrã quale sit aliquid. Dehortans quidẽ quõ in illo Homericõ. Nõ oportet p̃ totã noctẽ dormire cõsultorẽ: ut in illo Virgiliano. Heu nihil inuitis fas quẽq̃ fidere diuis. Hortaris uero ut in illo oportet pauperiẽ fugientẽ etiã latissimum pontũ penetrare & ad scopulos inclinare præcipites demonstrans uero qualitã rei ut p̃spere enĩ agẽtes indigni occasione accipiũt in sapientẽ malefaciẽdi. Præterea aliæ sententiæ sunt ueræ: aliæ uerisimiles aliæ cõiũctæ: aliæ suplatiuæ. Veræ quidẽ ut nõ potest inueniri uita hoĩs carẽs molestia. & heu nihil inuitis fas quẽq̃ fidere diuis. Verisimiles autẽ ut si quis cũ malis cõuersat̃ libẽter: nunq̃ de hoc bene interrogauit uiro: sciẽs quoniã talis est quales illi cũ quibus conuersat̃: & quid nõ mortalia pectora cogis Auri sacra fames? Cõiũctæ ut nõ est bonũ multos esse reges: unus rex sit. & obsequiũ amicos uerĩ

tas odium parit. Superlatiua ut nihil imbecillius homie terra pascit:
& fama malum quo non aliud uelocius ullum mobilitate uiget.

De Operatione.

Operatio uero sententia: consimilis est meditationi usus: de
quo superius dictum est. Prouenit enim a laude breui eius
qui dixit a simplici expositione ipsius sententia: a causa: a con-
trario: a compatione: ab exemplo: a iudicio. a conclusione. Fit autem senten-
tia exempli causa: non oportet per totam noctem dormire uis: multis consulen-
tem: laudabis igitur eum qui dixit breuiter. Deinde simplici expositione
eloqueris sententiam: ut non decet uirum in summa potestate multis praes-
fidem ab occasu solis usque ad ortum opprimi somno. A causa debet
praeses in curia semper esse. Somnus uero curas omnibus aufert. A
contrario: contrarium est enim rex & priuatus & somnus & uigiliae.
Quomodo ergo molestum non est si priuatus homo per totam dor-
miat noctem, sic intolerabile si rex non uigiliis consulat curis: quod sibi
parentium saluti. A comparatione quomodo enim gubernatores & si-
ceteri dormiant soli pro communi uigilant salute: sic oportet imperatores
curare pro suis. Ab exemplo. Hector enim noctu uigilans & curas specu-
latores ad naues graecorum mittebat dolonem. Ab iudicio: ut Salustius
quoque hac comprobatur dicens: Sed multi mortales dediti uenti: atque so-
no: uitam secuti peregrinantes transire. Conclusio uero habet exhortationem
plurimumque: ut oportet & nos necessarias res suscipientes nimia cura uigi-
liisque eis consulere.

De Refutatione.

Refutatio est improbatio quam graeci ἀνασκειν uocant rei propo-
sita. Confirmatio uero e contrario comprobatio κατὰ σκευήν. Quae
uero planissime sunt falsa uel uerba: nec refutanda sunt nec con-
firmanda: quales sunt fabulae aetio: uel historiae indubitabiles. Opor-
tet enim refutationes de illis rebus fieri quae accipiuntur adhibent opinionem
Refutandum igitur ab incerto: ab incredibile: ab impossibili: ab inconseque-
te: ab indecete: ab incommodo: ab incerto: ut incertum erat tempus in
quo Narcissum fuisse dicunt. Ab incredibile: incredibile est Arionem ma-
ris affectum uoluisse canere. Ab impossibili: impossibile erat Arionem
a delphino seruari. Ab inconsequente quod contrarium dicit: ut contrarium erat
uoluisse perdere libertatem eum qui eam seruasset. Ab indecete: indecens erat
Apolinem cum sit deus uoluisse mulieri uim inferre. Ab incommodo: cum di-
cimus quod neque prodest haec audire confirmes uero a contrariis.

De Loco communi.

Locus cōmunis exaggerationē habet manifestæ rei: quasi ex argumentationibus iam pactis. Non enim quærimus i hoc an iste sacrilegus: uel uir fortis sit: sed rei coniunctæ & manifestæ exaggerationem facimus: cui tamē legibus suppliciū sit definitum uel præmium. Dicit autē cōmunis locus quia conuenit contra omnē uerbi causa sacrilegium: uel etiā ut quibusdā placet p̄ omni uiro forti. Oportet autē sic p̄gredi p̄ inquisitionē cōtrarii: deinde ponere ipsam rem post compationem quā sequitur sententia: post eā coniecturaliter præteritam uitā crimineris a præsentibus. dehinc amoueas misericordiam per capitula. quæ finalia dicuntur. i. utili iusto legitimo honesto & similibus: & p̄ demonstrationem huius rei actæ. p̄ticipia enim in loco cōmuni pure nō inuenis: sed usq; ad formulā quandam seruentur. & ut exemplum manifestum fiat. sit locus cōmunis cōtra sacrilegum. P̄cipia igit̄ dicēda sūt usq; ad formulā hoc modo. Oēs quidem oportet maleficos homines in odio esse uobis iudices: maxime uero eos qui contra deos aliquid audent secundum quasi principium. Ergo si uultis facere ut ceteri quoq; sint pessimi isti concedite: in hoc placet minime. istum suppliciiis afficite meritis. Tertium uidetur enim reus in periculum duci solus: re autem uera. Vos quoq; in discrimen extremum uenietis. contēptio enim iurisiurandi & fidei religionisq; uiolatio: nescio an minores habeat sacrilegio p̄enas. Post has igitur formulas principii antequā in ipsam rem ueniamus: de cōtrario est dicendum q̄ leges constituerunt prudentissime deos aris placari. templa eis deuouerunt. donariis ornauerunt: hostiis honesta uerunt: festis diebus redeuntibus celebrauerunt: & inferens etiam approbationem tractando causam: q̄ iustissime has leges constituerūt Deorum enim placatorum p̄uidentiā custodit salua respu. uiolatorq; uero prodictione corrumpit sic progredere ad propositum. Quæ cū ita sint: iste quid ausus facere: & exponis rem nō quasi docēs: sed quasi exaggerans quod uniuersæ nocuit ciuitat̄: & cōmunibus & priuatis rebus. & timēdum est: ne tale scelus consequatur sterilitas frugū: ne hostium supemur armis & similia. Post hæc ad compationes. uenies q̄ homicidis multo est iste peior. Quanta uero sit differētia conicere possumus ex læsis: homicidæ enim contra homines audens Sacrilegus autem in ipsos sceleratam exercet audaciā deos: tyranni. iste simillimus: sed tamē & illis non oibus sed pessimis omniū. Illorū

eim facinus est leuissim: quod sacratas diis diuitias auferunt: a maio
re uero ad minus compationes p increpationem induces: ne minue/
re crimen uidearis. **N**o est iniquissimum furem uel iniuriosum affici
supplicio: sacrilegum uero abloloi: licet autem praterita eius uita a
præsenti terminari: q; a paruis cœpit. & ad hoc pessimum facinus p/
gressus est. Ergo no solum sacrilegum: sed etiam furem atq; effracto
rem & adulterum habetis: excuties & sententiã per quam uenit ad ta
le peccatum: q; nolens ingenue laborare uel arando cibum acquirere
per sacrilegia uult diuitias quarere. **S**i dicis contra sacrilegum uel ho
miciã. **P**raterea a cõsequentibus dicis q; per hũc iminuta maestas
templorũ infamati sacerdotēs: segniores ad offerendum ornamenta
delubris redditi ciues: **V**tere autem amotione misericordia. **A** mouet
autem misericordia a finalibus capitulis. i. iusto utili possibili decenti
& descriptione ipsius iniuriã: ut non istum mihi attẽdatis qui lachry
mat ante conspectum uestrum: sed illũ contẽnentem deos: adeuntẽ
fama: euellentẽ fores: auferentẽ donaria sacri: & post oia peiores i ex
ortationẽ delinẽs. **Q**uid moramini: quid cogitatis: de eo qui iam pri
dem omnibus uidetur damnatus.

De laude:

Laus ẽ expositio bonorũ quã alicui accidit psonã. uel cõster
uel priuatĩ. **C**õster ut laus hõinis. **P**riuatĩ uero ut laus loca
tis. **L**audamus tamẽ etiã res: ut iusticiã & muta animalia ut equũ
necnon etiam arbores: & semina: & montes: & fluuios. & similia. **S**cĩ
endum est autem q; & laus & uituperatio sub uno eodemq; genere re
feruntur demonstratiuo: q; ex eisdem locis utraq; pficiscunt. **Q**uod
autem interest inter has & locũ cõmunem: **V**identur enim i quibus/
dã unũ esse hoc: q; in loco cõi p uiro forti dicẽtes: eo cõsilio dicimus
ut pœmiũ petamus. **L**aus autẽ p se testimoniũ uirtutis habet. **L**oca
uero laudis uel uitupationis hæc sunt: gens ut latinus græcus: ciui/
tas ut romanus atheniensis: genus ut æmilianus alemeonides. **D**ices
autem si quid nascendo euenit uiro uel ex sõiis. uel ex signis: uel hu
iufcemodi quibusdam prænunciationibus. **D**einde sequitur uictus
ut in **A**chille: q; medullis leonum pastus ẽ: hinc educatio quõ erudi/
tus est apud thironem. **N**ecno etiã natura animi corporisq; tractetur
& eorũ utrũq; per diuisionem. **D**ices enim de corpore quidem q; pul/
cher: q; magnus: q; citus: q; fortis. **D**e animo uero q; iustus: q; mode/
ratus: q; sapiens: q; strenuus. **P**ostea laudabis a pfectionibus: idest q;

officiū p̄fessus ē philosophicum uel theoreticū uel militare. Omnibus autē est exquisitissimum de gestis dicere: ut militarem uitam degens quid in ea gessit. Laudabis etiam uel uitupabis extrinsecus: id est a cognatis amicis. Diuitiis familia fortunis & similibus. Preterea etiam a tempore: quantum uixit multum uel parum, utrumque enim occasiones laudis uel uitupationis præbet. Ad hæc ex qualitate mortis: ut p̄ patria pugnās: uel si quid mirabile in ipsa morte euenit: uel etiam ab eo qui eam interfecit: ut Achilles ab Apolline interfectus est: & exquirē etiam quæ secuta sunt post mortē. si certamā in eius honorē sunt celebrata: quomodo Patroclo ab Achille: & Anchise ab Aenea. Si oraculū aliquod datū est de ossibus eius: quomodo de Oreste & Palinuro si filios habuit laudabiles: quomodo Achilles Pyrrhū. Maximam uero occasionē in huiuscemodi oratiōibus suppeditant. Comparatiōes quas pones in quo loco tempus admoneat. Cōsimiliter autem muta quoque animalia quomodo cōuenit & a loco in quo nascūtur: laudant a diis in quos sunt tutela. ut columba ueneri: equus neptuno dicitur esse consecratus. Preterea dices quomodo nascit: qualem habeat animum. quale corpus aut quod opus quid utilitatis: quale spaciū tēpis uitæ: necnō etiam comparatiōe & omnibus accidentibus locis uteris. Res autē laudes ab inuētoribus. ut uenationē Diana iuenit. & Apollo & ab his qui ea usi sunt: ut heroē uenatiōibus utebātur. Maxima autē facultas in huiuscemodi rerū laudationibus datur ex contēplatione corū qui eas res affectāt. quales sunt tā animis q̄ corpibus. ut uenantes fortes audaces acuti integri corpibus. Hic nō ignores quō etiam deos debeas laudare. Similiter arbores a loco in quo gignunt: & a deo in cuius sunt tutela: ut oliua mineruæ: laurus apollinis: etiam a pastu quomodo nascūtur: & id si multa cura egēt admireris. si sint parua id quoque laudabis: dices autē quomodo de corpore staturam pulchritudinem quomodo de mali arbore: & quid utile habēt in quo maxime morandum. Comparationes autē ubique assumēdæ quin etiā urbium laudes huiuscemodi locis non difficulter acquires. dices eim & de genere q̄ indigena: & de uictu q̄ a deis nutriti: de eruditione quomodo a diis eruditi sūt. Tractes uero quomodo de homie qualis sit statuta. quibus p̄fessionibus est usa quid gesserit.

De Comparatione.

Comparatio est uel similitum uel diuersorum: uel minorum ad maiora: uel maiorum ad minora collatio: ea usi sumus

etiam in communi loco augentes per comparationem crimina. **A**ssu-
mitur tamen & in laude & uituperatione eiusdem rationis causa : &
quonia tamen doctissimi oratores ea quoq; p se pro exercitatione sūt
usi: dicamus etiam de hac. **P**rocedentes igitur p loca laudationis: cō-
paramus & urbem urbi ex qua sunt uiri: & genus generi : & uictum
uictui: & professiones professionibus: & gesta gestis : & ea quæ acci-
dunt extrinsecus: & diuersos mortis modos: & quæ ea sunt cōsecuta
Similiter si arbores comparare uolueris: conferes etiam praesidentia
eis numina: & loca in quibus nascuntur: & fructus & utilitatem & si-
milia. **R**es quoq; si compares dices: qui primi eas inuenerint & eos
comferes. **P**raterea qualitatem animi & corporis idem tibi sit præce-
ptum in reliquis. **S**ic enim uel in omnibus uel in plerisq; similia ostē-
dimus quæ comparamus. **E**st autem quando alterum præponimus
comparando. **E**st autem quando alterum uituperantes alterutrū lau-
damus: ut si comparemus iusticiam & diuitias. **F**it autem cōparatio
etiā ad melius: ut si laudas **V**lyxē cōparē illū **H**erculi. **M**inorē similē
maiori uirtutibus uolēs ostēdere: exigit aut huiusmodi locus fortē
oratorem & callidum: & celerē ut agiles possit sēp facere trāsitiōes

De Allocutione.

Allocutio ἄπο τοῦ ἑα dicitur imitatio sermōis ad mores & sup-
positas personas accommodata: ut quibus uerbis uti potuit
Andromache: **H**ectore mortuo : **C**onfirmatio quam græci
πρόσωποποιεῖν nominant: est quando alicui rei contra naturā da-
tur persona loquendi: ut **C**icero patriæ & teipū. in i nuctiuis dat uer-
ba. **E**st praterea simulachri fictio quam græci εἰδολοποιεῖν dicunt
quando mortuis uerba dātur: quod facit **C**icero pro **C**elso: uerba dās
Appio cæco contra clodiam. **F**iunt autem allocutiones & finitarum
personarum & infinitarum. **I**nfinitarum ut quibus uerbis uti potuif-
set ad suos aliquis profecturus a patria. **F**initarū uero ut quibus uti
potuisset uerbis. **A**chilles ad deidamiam profecturus ad bellum tro-
ianum. **A**llocutionum uero quædam sunt simplices. quando suppo-
nitur aliquis ipse per se loquens. **Q**uædam duplices: quando ad ali-
os loquitur: per se quidem ut quibus uerbis uti potuisset **S**cipio ui-
ctor reuertens: ad alios uero quibus uerbis uti potuisset **S**cipio post
uictoriam ad exercitum: ubiq; autem est seruanda proprietates & per-
sonarum & temporum. **A**lia sunt enim uerba iuuenis : & alia senis :

& alia gaudentis: & alia dolentis. Sunt autem quædam allocutiões passionales: quædam morales: quædam mixtæ. **P**assionales sunt in quibus passio, i. commiseratio ppetua inducitur: ut quibus uerbis uti potuisset **A**ndromache mortuo uiro. **M**orales uero i quibus optinet mores: ut quibus uerbis uti potuisset rusticus cum primū aspexit nauim. **M**ixtæ uero utrūq; habent: ut quibus uerbis uti potuisset **A**chilles interfecto **P**atroclo. habet enim & passionem funeris amici & morum de bello cogitantis: sed operatio procedit per tria tempora: & incipit a præsentibus. recurrit ad præterita: & transit ad futura: habet autem stilum suppositis aptum personis.

De Descriptione.

Descriptio est oratio colligens & præsentans oculis quod demonstrat. **F**iūt autē descriptiões tā psonarum q̄ rerum: & tēporum: & status & locorum: & multorū aliorū. **P**ersonarum quidem ut apud **V**irgilium. **O**s habitumq; gerens & uirginis arma **S**partanæ. **R**erum uero: ut pedestris preclii: uel naualis pugnæ descriptio. **T**emporum autem ut ueris: æsentis status pacis uel belli: **L**ocorum: ut littoris campi: montium urbium: potest autem cōmixta esse demonstratio: ut si quis describat pugnam nocturnā simul demonstrat & rem & tempus. **C**ōuenit igitur quidem describere ab antefactis & quæ in ipsis eueniunt uel aguntur: ut si belli dicamus descriptionē primū quidē ante bellum debemus dicere delectus habitos sumptus paratos timores qui fuerunt. hinc cōgressus cædes mortes uictorias. laudes uictorū illoꝝ nō qui uicti sunt: lachrymas: seruitutē. **S**in uero loca uel tēpora uel psonas describamus: habebimus aliquā etiā narrationē. de qua supra docuimus: & a bono uel utili uel laudabili rationem. **V**irtus autē descriptionis maxime planities: & præsentia uel significantia est: **O**portet enim elocutionem pene per aures oculis uel præsentia facere ipsius rei. & exequare dignitati res: stilum elocutiōis si clara res est: sic & oratio similis: sin summissa: huic quoq; aprabitur qualitas uerborū. **S**ciendū autem q̄ quidam nō posuerunt descriptionem in præexercitamentis quasi præoccupatam & in fabula & narratione. **I**n illis enim quoq; describimus & loca & fluuios: & personas: & res. **S**ed quoniam quidam eloquentissimorum eam quoque tradidit inter præexercitationes nō incōgruum est eos imitari.

De Positione.

Positio ē deliberatio alicuius rei generalis ad nullā personam certam pertinens: uel aliquam ptem circumstantiū ut si traitemus an nauigādum. an ducendum uxorem. an philoso phādum: non addētes cui. sed ipsam rem p se. & p accidētia eius re quirētes. ut an illa res sit faciēda: quam facientibus solet illud & illud accidere: quod si finitam assumamus psonā. & sic deliberemus: non positio iam: sed suppositio est: quā magis ad controuersias p̄tinet. **S**unt igitur positionum: aliā ciuiles: aliā priuata. **C**iuiles quidem quā cōibus & ad ciuitatē p̄tinētib; subiacēt opinionibus: ut an rhetoricā dādū studiū: & his similia. **N**on uero ciuiles uel priuata: quā sunt ppria aliquarū disciplinarū: & eas p̄tentiū. ut an pilā formam habeat mūdus. an multi sint mundi: an ignis sit sol: hāc eīm quāstiones ad philosophos p̄tinent. **N**am oratores in aliis sunt exercitandi. **N**ominauerūt autē quidam has actiuas: illas autem inspectiuas siue intellectiuas. **H**āc enim possunt agere. illarū autem finis est inspectio siue intellectus. **E**st autē inter locum cōmunem & positionem hoc q̄ locus cōmunis cōiuncta & manifesta rei est exaggeratio. **P**ositio autē dubiā rei quāstio. **P**ositionum autē aliā sunt simplices: aliā ad aliquid cōparantē. & duplices uidētur esse. **S**i eīm dicamus an luctationem exercēdam an agriculturam duplex. **O**portet enim ab altero de hortari in alterū hortatē. **D**iuidūtur autē positiones capitulis: quā finalia nominātur. i. iusto: utili: possibili: decenti. **N**t iustum ē ducere uxorem: & quod a parentibus accepimus reddere uirā quod prodest. **M**ulta enim ex nuptiis accidunt solatia: quod possibile. **A** simili bus eīm facile possumus dicere: q̄ nō decet more ferarū degere: hoc modo confirmes. **R**efutes autē ex contrariis: necnon etiā incidentes obiectiones reprobēs. **I**n p̄oratione uero hortatiōibus uteris: & cōmunibus omniū moribus hominum.

De Legis latione.

Legis quoq; lationem in p̄exercitationibus ponunt: quoniam etiam in negociali. & lationibus legum. & accusationibus utuntur quāstione. **D**ifferētiam autem hanc esse dicūt q̄ in negociali circūstantia est. **I**n p̄exercitatione non est ut fert aliquis uendendos esse honores sine tempore & sine reliquis circūstantiā p̄tib; . **D**iuiditur autem. manifesto: legitimo: iusto: utili: possibili: decenti. **M**anifesto ut apud **D**emosthenem est. **F**acile est id hominibus discere & cognoscere simplicia & manifesta esse iura legum.

Legitimo si dicamus q̄ contra ueteres leges. Iusto quando dicimus q̄ & contra naturam & contra mores. Vtili quando dicimus quod & nunc & in futurum laedit. Possibili quando dicimus q̄ neq; potest fieri. Decenti quando dicimus q̄.

Criticiani grāmatici de uersibus comicis **R**atio.

Quoniam non solum Terentius: sed etiā Plautus ennius. Aeli usq; & Neuius. atq; Pacuuius. Turpiliusq; & omnes tā tragœdiæ q̄ comœdiæ ueteris latinæ scriptores eodē metri modo iambici sunt usi: ut omnibus in locis indifferēter ponerent quinque pedes: id est iambiū uel tribrachum: uel anapestū uel dactylum: uel spondeum: absq; postremo loco in quo uel iam iū: uel pyrrhicium omnino posuisse inueniuntur. Minor quosdam uel abnegare esse in Terentii comœdiis metra: uel ea quasi archana quædā & ab omnibus doctis senota sibi solis esse cognita confirmat. Quos ut uel imperitiæ uel arrogantia uitium effugiamus: breuiter de supra dictis metris auctorum exponamus: & uetustissimorum testimoniis etiam metrorū uelūq; approbationibus utentes. Sciendū igitur q̄ iambici uersus uel menœtri: sūt ex duobus pedibus simplicibus cōiūctis. Vel dimetri ex quattuor: uel trimetri ex sex: uel tetrametri ex octo: nā pētametri ex decē: & exametri ex duodeci rarissime inueniuntur. Ergo trimetris & tetrametris frequēter utunt. Comici aliis uero raro: & in medio dispersis p̄nūciatiōis rhythmicæ eā & distinctiōis. Ideo autē spondeū uel dactylū in secūdo uel quarto loco posuerūt: quod inueniunt etiā apud græcos comicos uetustissimos: quis tamē raro fieri hoc idē. Solēt autē latini in multis initiū aliqd̄ incipiētes a græcis ab angusto in effusum licētiæ spaciū hoc dilatare: quō fecerūt in. vi. casu secūdū uetustissimos græcorū grāmaticos: sextū eim casum illi dicebant ἐὶ ἀθεοενσέθεν εὐθεν. i. a me: a te: a e: quē in oibus casualibus seruauere magistri latini. Similiter impersonalia a paucis græcis accepta: ἄε γὰρ τῶν ἀθεταὶ γίνεταὶ λέγεταὶ Διογένην τὸν κυνικόν. In oibus sc̄re actiuis & neutris εἰσθεμφιλεῖ ἢ φρονεῖ γηρά. S. quoq; quū rarissime necessitate carminis uim cōsonantis amittit apud græcos: ut Home rus in bætia τῶν ἡρχ ἀσκάλαφοο καὶ ἰάλαενοσ υἱεσ ἀρησοσ. Itē in iliade αἰσάλοεν πρῆσ αἰλῆ πυρόσ Δυῖ οιοθούρε Τρα. Itē in odyssæa nostri tamē quū licētia & maxie uetustissimi subtrahūt eā in metris frequēter. Hoc igit idē fecisse arbitror i supradictis metris. ut qd̄ illi rarissime posuerūt: hi frequētissime i iābis ponerēt. Sūt tamē q̄ altitudinis

causa etiam & pompalitatē quæ stilo elocutionis conuenit latinæ.
Hec autem frequentia facit dactyli uel spōdei: & ut pene dissoluta &
pedestri similia esse uideat personarū sermocinatio: id illos fecisse arbi
trant trochaicis etiā utuntur plerūq; tetrametri. catalecticis: idem qui
bus una deest syllaba in fine in quibus omēs iābicos ponūt in quocūq;
loco pedes cōmixto tamē metro trochaico: in eis plerūq; iueniunt ante
ē in uersus lōgam. **S**unt tamē & ultra citraq; tetrametro usi trochai
co: eorū igitur exempla proferā si prius metris de supradictis scripta
proponam.

Terentianus de iābico metro.

Culpatur autem uersus in tragœdiis
Et rarus intrat ex iāmbis omnibus
Ut ille contra qui secundo & talibus
Spondeon: aut quem comparem receperit
Sed qui pedestris fabulas loco premunt
Ut quæ loquuntur sumpta de uita putes
Utriant iambum tractibus spondaicis
Et in secundo: & in cæteris æque locis
Fidemq; factis dum procurant fabulis
In metra peccant arte: non in scitia
Ne sint sonora uerba consuetudinē
Paulumq; rursus a salutis differant
Magis ista nostri nam fere græcis tenax
Cur est iambi uel nouellis comicis.
Uel qui in uetusta prælucent comœdia.
Vide Terentium quoq; scire qd non penitus caruerit hoc græci ut in
secundo: & talibus ponerēt spōdeos uel dactylos. qd ostendit dicēdo
Magis ista nostri: **N**ā fere græcis tenax cura est iambi: **A**stidius idē
etiā confirmat his uerbis. **C**ōici pœtæ laxius etiā in uersibus suis q̄ tra
gici spaciū dederunt. & illa quoq; loca quæ proprie debebant iambo
dactylicis occupāt pedibus: dum quotidianū sermonem imitari uo
lunt & a uersificationibus obseruatione spectatorem ad actū rei con
uertere: ut non fictis: sed ueris affectiōibus iesse uideant. **I**N **B**A ideo
in. i. &. iii. & .vi. loco iambos non recipit. nisi a breui incipientes quia
in his locis feriuntur p conjugationē pedestrium metrorū: & uult ex
trema ps pedum iābicoꝝ celerior esse quō & ipsi iambi. **A**ccipere autē
solent casuras duas quas & herotcum. i. semiquinariā & semiseptēariā

Erit autem pbabilis iambicus uersus. & tragediis aptus. Si secundū
& quartū pedem non alios feceris q̄ iambo: aut eū qui tribracus aut
anapaestus quoniam sunt pares. **C**acometros autem si aliter nā primus
& tertius & quintus hanc admittūt pmutationis pedis. licētia. causa
obscura multis est: sed aperietur a nobis. Nam quoniam ter terit hic uer
sus: necesse est ubicūq; ab ictu pcussionis uacat: morā temporis adie
cti non reformidet. In primo autē pede & tertio incipit & in. v. scit
i. ii. & .iiii. & .vi. Attende iubam quoq; scire inueniri quoddā iambo
in quibus secundus & quartus absq; obseruatiōe ponit: quos **C**aco/
metros uocant. Idem in octauo. **Q**ui ergo oōfuderūt &
multiformiter cōiugauerūt hoc genus uersuū omnibus uel locis idif
ferenter posuerūt trocheos: aut pro spondeis aut pro dactylis: & hac
est quoq; uitiosa confusio. ut

Si qua flagella iuuabis ante putare decet.

Ne resoluta & uidua ulmus & **C**ornus

Agri dissidium dare nysya rura queant

Hac confusione usi sunt **C**omisci nostri. uel in trochaicis suis: ut indis
crete dactylos uel spōdeos uel trocheos ponerēt. **A**t illud quoq; sciē
dū q̄ oēs quidē crebris synaliphis & episyphaliphis & collisionibus &
abiectionibus. s. littera sint usi scādēdo uersus tuos. **T**erē. aut plus om
nibus. Igitur i plerisq; plogis & primis scanicis trietris utunt. **P**lau
tus in truculenti plogo.

Per paruam partem postulat plautus loci

De uestris magnis: atq; amcenis mœnibus

Athenas quo sine archithectis conferat.

Nam omnis aetas at perdiscendum sat est

Amantis: dum hic perdiscat quot pereat modis

Neq; eam rationem ea ipsa nunq̄ edocet uenus

Idem in milite glorioso in prima scana.

Curate ut splendor uitro sit clipeo clarior

Quam solis radii esse olim quum sudum est solet.

Ut ubi usus ueniat contra conferta manu

Per stringat oculorum aciem in acie hostibus.

Idem in amphitryonis prologo.

Ut uos in uostris uoltis mercimoniis

Emundis uendundisq; me lætum lucris

Afficere: atq; adiuuare in rebus omnibus.

In eiusdem prima scæna.

Qui me aliter est audacior homo: aut qui confidentior
Iuuentutis mores qui scientia qui hoc nocti solus ambulem
Quid faciam. si nunc tres uiri me in carcerem compegerint
Ecce quãuis prima sit scæna: hic tamẽ tetrametris usus est: Ideo in ple
risq; diximus. Utitur tamen in hac ipsa scæna dimetris brachycatale
cticis. idest a tribus simplicibus pedibus. Ut

Ita peregre adueniens & similiter

Qui hoc noctis. a portu

Vel dimetris catalecticis. idest quibus una deest syllaba. ut

Ingratis excitauit

plum templi: **I**n er desinentia si a grecis sint ros in er conuertit apud nos: & quæ ex se faciunt feminina in a desinentia: & quæ s & t ante r habent nisi sint possessiua secundæ declinationis sunt: ut hic alexander alexandri: hic tener huius teneri: hic sacer huius sacri: faciunt enim tenera sacra: hic oleaster huius oleastri: hic apiafter huius apiastri. Excipiuntur hic sequester sequestris: quod quibus tertiæ declinationis lit. tamen sequestrinum in a facit hæc sequestra: quæ uetustissimi declinationis secundæ rationabilius hoc prulerunt. hic sequester huius sequestri. **A**lia uero omnia exceptis supradictis in er desinentia tertiæ sunt declinationis: ut hic pater huius patris: hæc mulier huius mulieris: hic & hæc pauper huius pauperis: hoc tuber huius tuberis. Excipiuntur puer pueri: focer foceri: gener generi: siber sibri cæcer cancri: liber libri culter cultri. **I**n ir duo inueniuntur masculina secundæ declinationis: ut hic treuir huius treuirii: quod est generale & hic uir huius uiri: & ego composita nomina duuir triuir semiuir leuir. **P**ræterea neutra duo inueniuntur in ir: unum tertiæ declinationis: ut hic gadir gadiris nomē ciuitatis: & hoc ir quod greci οὐρανός dicunt indeclinabile. In ur uero unum inuenitur: cuius femininū in a desinit secundæ declinationis: ut hic satur saturi. **A**lia uero omnia sunt tertiæ declinationis ut hic furfur huius fursuris: τάρταρος: hic & hæc fur huius furis: φόσφος hoc sulfur sulfuris. quod græce οὐρανός ἀρσενικόν dicitur. **I**n us correpta desinentia s uel t uel x antecedentibus si sint rerum incorporaliū uocabula: masculina sunt & quartæ declinationis. ut hic risus huius risus hic uisus huius uisus: hic uersus huius uersus tumultus tus: metus tus: motus tus: luxus luxus similiter sunt quartæ declinationis: & quæ ex his componuntur: ut hic senatus a senibus & natus: huius senatus: hic magistratus huius tus: hic exercitus huius tus: & quæ cognominati ex his prolatis fixa sunt: ut hic magistratus πριτάνειον καὶ πρίτονέος huius magistratus. hic exercitus στρατός καὶ στρατόπεδον huius exercitus: hic saltus ἄλλος πάλιον huius saltus eiusdem præterea quartæ declinationis quædam sunt: quæ quum sint fixa in tus desinunt aliqua præcedente consonante in eadem syllaba ante t posita: ut hic fluctus ctus: qstus tus hic rictus huius rictus. excipit lectus ἀνέγνωσ ἀνέδος huius lecti: nam mustus facit musta: similiter sunt quartæ declinationis quæ per synopam a supradictis incorporalibus proferuntur ut portatus tus: certatus tus: artatus tus & arcitus: a uerbo arcco arcus: laqueatus lacus: uultus quoque ipsa res esse uidetur a uerbo uolo quomodo cultus a colo. **A**lia uero omnia supradicta ter

mīatiōis masculīa sūt secūda declinatiōis: ut bōus bōi: hōerus home
ri: uētus ti: q̄uis uideat hoc quoq; eē simile icorpali: qd̄ a uenio uerbo
nascit̄: ex quo cōpositū est aduētus: lactus cti: lanus ni. **Excipiunt** gra
dus: sinus: cūttus: ficus: quod ē uitū corpis: & tonitruus: & cornus:
quæ etiā neutra sunt in u desinētia: & unū tertiæ declinationis: ut hic
lepus poris. **Nā** penus & specus tā masculini q̄ fœminini & neutri ge
neris inueniūtur: & secūda & tertiæ & quartæ declinatiōis inueniūt:
ut hic penus huius peni & hoc penū huius peni: & hoc penus huius
noris: & hoc penū huius penū. **Similiter** hic specus huius speci: hæc
specus huius speci: & hoc specus huius specoris: & hoc specū huius
speci: & hoc specū huius specu. **In** us correptam desinētia fœmini
na si sint propria uel appellatiua aut græca in os apud græcos desinē
tia: uel arborū nomina secūda declinatiōis: ut hæc tyrus tyri: arctus
arcti: cyprus cypri: pyrus pyri: cupressus si: pylus li: arbutus alnus.
Excipiūtur quicq; quæ tā secūda q̄ quartæ inueniūtur declinationis:
ut quercus pinus cornus ficus laurus: & unū tertiæ ut uenus ueneris
Alia uero omnia nomina in us correptā desinētia fœminina: quartæ
sunt declinationis. ut hæc manus huius nus: nurus: locrus: porticus
anus. **Excipiūtur** alius alui: humus humi: & hæc domus mi uel do
mus: & colus coli uel colus. **Neutra** in us desinētia seu producta seu
correpta tertiæ sunt declinatiōis: & i ris termināt genitiuū: ut ius iu
ris: plus pluris: munus mūicis: pōdus pōderis: corpus corporis: pe
ctus pectoris: maius: minus. **Excipiūtur** hoc pelagus gi: qd̄ græcum
ē: & hoc uulgus gi quod & masculinū est: & hoc uirus ri: & hoc pus
ind eclinabile. **In** us correpta coīa duo inueniunt tertiæ declinatiōis:
ut hic & hæc & hoc uetus ueteris: lygus lyguris quod est gentile. **Et**
duo monosyllaba quæ pducuntur in nominatiuo: ut hic & hæc ius
suis: gr us gruis. **Nā** mus mus mūris epiccenū ē & a græco αῦσ & u
mutat̄ in u longā. **Nullū** eim masculinū in us pductā desinit: græca
igit̄ in us pductā desinētia: si apud græcos in dos finiūt genitiuum.
apud latinos dos in dis conuertitur p eundē casum: ut δ οἱ Διποῦσ:
Δοδ. hic cedipus huius cedipodis. δ α ε λ α α ποδ ο σ. Τοῦ α ε λ α α ποδ ο σ.
hic melampus huius melāpodis. **Latina** uero quæ i supradicta sylla
ba in us productā desinūt: sine dubio fœminina sunt & tertiæ decli
nationis: ut hæc seruitus tutis: senectus ctatis: iuuētus tis: tellus: sa
lus: palus. **Sed** eorū & aliorū nominū ultimis & penultimis syllabis ge
nitiuorū latius i libro sexto de noīe docuimus. **In** um desinētia omnia

sunt secundae declinationis: ut hoc templū huius tēpli: palladiū palla
dii. In eius definitia græca sunt & secundae declinatiois: ut hic tydeus
tydei: oilcus oilei: orpheus orphei. **T**ertia declinatio habet terminales
litteras decē: a e o c l n r s t x: ut hoc toreuma tis: hoc monile lis: hic
& hæc uirgo ginis: hoc lac: hic sal: hoc nomē: hic orator: hæc ciuitas:
hoc caput: hic & hæc & hoc scēlx. **I**n a neutra & in e correptam & in
o tertiæ sunt declinatiois: ut hoc toreuma tis: sedile lis: monile lis: hic
cato: hæc uirgo: hic & hæc homo. **E**xcipitur hoc cappe quod apertū ē
& tamē dicit hæc cappa capæ. **I**n c uel in l uel n uel t uel x definitia
oīa sunt tertiæ declinationis: ut alec alecis: piscis est: hic cōsul: titan:
hoc sinciput sincipitis: hic & hæc & hoc fallax. **I**n r definitia si nō sint
declinatiois secundæ ut supius docuimus sine dubio sūt tertiæ: ut hoc
bostar huius bostaris: hic agger huius aggeris: lāguor lāguoris: hæc
soror ris: hic & hæc memor ris: scēlicior melior: hoc laquear laquearif
In es uero definitia quinta declinationis inueniuntur: p antecedētes
igitur uocales ea decernimus. In as uero definitia latina quidē ter
tiæ sunt declinatiois: græca uero sunt: quæ in os termināt genitiuū
apud græcos: ut mœccenas huius natis: arpinas natis: pietas huius
pietatis: hic atlas huius atlantis: hæc pallas huius palladis. In es cor
reptā uero tertiæ sunt declinatiois: ut miles: seges: hic & hæc teres re
tis. In es pductā definitia quidē quæ genitiuū græcum in οὔσ uel in
εὐσ terminant tertiæ sunt declinationis: ut ὁ ἑρμῶ γενῆσ τοῦ ἑρμῶ
γενῆσ: hic hermogenes huius genis: ἔτεοκλῆσ ἔτεοκλεῶσ: hic eteo
cles clis. Latina uero si ante s i habuerint quæ sunt declinatōis ut
facies faciet: series seriet: dies diei. **E**xcipiuntur hæc quies cuius cōposi
tū reges facit genitiuū requietis uel requici. **A**lia uero oīa tertiæ sunt
declinatiois. ut ulyxes ulyxis: uerres uerris: hæc cædes cædis: nubes
nubis: hic & hæc hærcdes dis: cōe duū genex uel triū: ut locuples tis
Excipiunt res rei spes spei fides fidei plebes bei: qd & plebs bis dicit.
In is oīa sūt tertiæ declinatiois: collis lis: sãnis nitis: neapolis lis: lis li
tis: utilis utilis. **I**n os quoq; oīa latina & i os pductā græca tertiæ sūt
declinatiois: ut flos ris: nepos potis: hæc dos dotis: hic & hæc custos
huius custodis: hic heros herois: hæc erinys huius erinys. **S**ed de pe
nultimis & eorum & aliorū omniū in sexto libro de nomine inuenies
latius: ut supra dictum est. **I**n es uel in aus diphthongon definitia:
& omnia quæ in duas consonātes definiūt tertiæ sunt declinationis:
ut præ prædis: hoc æs æris: fraus fraudis: laus laudis: hæc arx arcis:

ars artis : mons montis : mors mortis . **Q**uarta declinatio habet
terminales litteras u & s: similiter habet duas terminationes us & u :
in us quidem masculinorum & foeminarum: in u uero neutrorum:
ut hic uultus uultus: hac manus manus: hoc genu huius genu. **S**ed
in us terminatorum regulam superius tractauimus quando de secun-
da docebamus declinatione. **I**n u uero desinetia neutra inueniuntur de-
clinabilia in numero singulari: in plurali uero secundum quartam flectuntur.
Quinta declinatio habet unam terminationem in es productam: de qua super-
ius ostendimus quando de tertia differabamus: ut meridies meridiem.
Hae dicenda sunt de obliquis casibus quinta declinationis: prima de-
clinationis genitiuus & datiuus in æ diphthongo desinit: ut huius &
huic poeta. **A**ccusatiuus in am: ut huc poeta. **V**ocatiuus & ablatiuus
in a: ut o & ab hoc poeta. **N**ominatiuus & uocatiuus plurales in æ di-
phthongo: ut hi & o poeta. **G**enitiuus in arum, ut harum poetarum.
Datiuus & ablatiuus in is: ut his & ab his poetis. **F**oemina mobili-
um duum generum: quae naturaliter mobilia differentiae causa nota-
tur: ut deabus filiabus natibus equabus mulabus animabus. **A**ccu-
satiuus in as: ut hos poetas. **S**ciendum tamen est quod in graecis nominibus est quan-
do graecis utuntur terminationibus auctores per diuersos casus: tam sin-
gulares quam plurales: ut huius familiae genitiuo casu: latine autem huius
familiae. **S**ecunda declinationis genitiuus in i desinit: ut hic magnus
magni. **D**atiuus & ablatiuus in o producta: ut huic & ab hoc magno.
Accusatiuus in um: ut hunc magnum, nisi sint neutra quorum accusati-
uus ubique sequitur nominatiuum: ut hoc pelagus accusatiuo hoc pelagus:
hoc laquear accusatiuo hoc laquear. **V**ocatiuus quando nominatiuus in
er uel in m desinit similis erit ei: ut hic uir o uir: hoc templum o templum. quando
uero nominatiuus in ius finitur: si sine propria nomina abiecta us fit uocatiuus ut
hic uirgilius o uirgili: laurētius o laurēti: terētius o terenti. **I**n aliis ue-
ro nominibus in us terminantibus in nominatiuo: mutatione us in e fit uocatiuus:
ut hic magnus o magne: socius o socie. **I**nuenit autem unum nomen filius
o fili & o filie: duplici pluralum uocatiuo. **V**eteres tamen aliquando uel me-
tri uel euphoniae causa nominatiuis utuntur per uocatiuis. **I**n eius desinen-
tia graeca sunt tantum: & uocatiuum seruat graecum: ut orpheus o orpheu:
quo & accusatiuus in a: ut huc orphea: & hoc frequentissime in omnibus
graecis nominibus quo diximus superius inuenies in multis fieri casibus nomina-
tiuus & uocatiuus plurales secunda declinationis per i finiuntur: ut hi & o
magni. **N**eutra autem tam eiusdem declinationis quam aliarum declinationum

in quibus inueniuntur nominatiuum accusatiuum & uocatiuum pluralē in a
termināt: quomodo & apud græcos genitiuus pluralis ab ablatiua si
gulari addita rū p̄fert: ut ab hoc magno horū magnorū. **Datiuus** &
ablatiuus in is: ut his & ab his magnis. **Accusatiuus** in os: ut hos ma
gnos. **Tertiae** declinationis genitiuus definit in is correptā: ut rex re
gis. **Datiuus** in i: ut huic regi. **Accusatiuus** i plerisq; i em: ut hūc regē
in paucis uero in im: ut tybri resti puppi turrim sicim: de quibus i le
xto libro exposuimus. **Vocatiuus** similis ē nominatiuo: ut hic rex & o
rex. In græcis autē nominibus licet uocatiuo uti græco: sicut supius
dictū ē: ut o tybri pater. **Ablatiuus** i quibusdā p e correptā: ut ab hoc
rege. in quibusdā p i: ut a tybri: in quibusdā p e & per i. ut a felice uel
felici. **Nominatiuus** accusatiuus & uocatiuus plurales tertiae declina
tionis in es p̄ductā definiunt: ut hi & os & o reges. In quibusdā etiam
in is finit̄ ipse accusatiuus: ut hos & has omnes & omnis. **Genitiuus**
pluralis plerūq; in um nō antecedēte i: ut a rege regū. in quibusdam
autē antecedēte i: ut horū motium: de quibus i libro septimo docuimus
Datiuus & ablatiuus in bus: ut his & ab his regibus. **Quarta** decli
nationis genitiuus singularis in us p̄ductam definit: ut hic senatus
huius senatus. **Datiuus** in ui: ut huic senatui. **Accusatiuus** in um: ut
hunc senatum. **Vocatiuus** similis est etiam nominatiuo: ut o senatus
Ablatiuus in u: ut ab hoc senatu. **Eiusdem** declinationis nominati
uus pluralis accusatiuus & uocatiuus in us. ut hi & hos & o senatus
Genitiuus in uum: ut horum senatum. **Datiuus** & ablatiuus i bus:
ut his & ab his senatibus. **Quinta** declinationis genitiuus & datiuus
singulares in ci diuisas syllabas proferuntur: ut huius & huic rei. **Ac
cusatiuus** in em: ut hanc rem. **Vocatiuus** similis est nominatiuo: ut o
res. **Ablatiuus** in e: ut ab hac re. **Nominatiuus** & accusatiuus & uo
catus plurales eiusdem declinationis in es p̄ductam exeunt: ut
hæ & has & o res. **Genitiuus** addita rum syllaba ablatiua singulari:
ut ab hac re harum rerum. **Datiuus** & ablatiuus in bus: ut his & ab
his rebus. & hoc quidem compendii causa ad instruēdos pueros suf
ficiat in præsenti dixisse. **Perspiciore** autē regulā rationē tā penulti
marū q̄ ultimarū syllabarū: quæ p̄tinent ad declinationes omnium no
minum in libris illis quos de nomine diligenter scripsimus inuenire
licet: & maxime in sexto & in septimo qui de nominatiuo & obliquis
casibus cōpositi: testimoniis multorū cōfirmantur auctorum.

Pronomina de quibus nulla dubitatio est apud Latinos sunt
quindecim: primitiua quidem octo hæc sunt: primæ perso-
næ unum ut ego. & secundæ unum ut tu. tertiæ uero sex: sui
ipse iste hic ille is. Deriuatiua septem: ut meus tuus suus noster & ue-
ster nostras & uestras. Habent igitur primitiua duas declinationes:
deriuatiua duas: & una quidem primitiuorum est declinatio: quæ tã
genitiuum quæ datiuum in i terminat. Accusatiuum & ablatiuum in e
productam: ut mei tui sui mihi tibi tibi me te se a me a te a se. Vocati-
uum secunda persona tantum habet qui similis est nominatiuo. Plu-
ralia uero primæ & secundæ personæ similiter declinantur. Nam ter-
tiæ personæ pronomen supra positum est id est sui: quod nominati-
uum non habet commune utriusque numeri: nos uos nostrum uel no-
stri: uestrum uel uestri: nobis uobis. In plurali autem numero secunda
persona tantum habet uocatiuum qui similis est nominatiuo: ut o uos & o
tu. Ideo autem sui nominatiuum non habet: quia nec apud Græcos .i.
sui: hoc autem in libro qui est secundus de pronome latius tractauimus.
Altera declinatio pronominum in reliquis quique primitiuis: quorum
genitiuus in ius & datiuus in i definit per tria genera. Accusatiuus au-
tem & ablatiuus singularis & omnes casus plurales in masculino qui-
dem genere & neutro secundæ declinationis nominum terminatio-
nes seruant: in feminino quidem primæ: ut ille illius illi: illa illius il-
li: illud illius illi: illum illam illud: necesse est enim neutra nominati-
uum & accusatiuum similem habere: ut ab illo ab illa ab illo: nomina
tuum plurales illi illa illa. Notandum tamen est quod hic & hæc & hoc hu-
ius: huic datiuum semper in c terminant differentia causa propter hui-
interiectionem. Ex septem autem deriuatiuis quinque quidem secun-
dam regulam mobilium nominum declinantur masculinum & neu-
trum secundæ declinationis: femininum uero primæ est: & sunt hæc:
meus tuus suus noster & uester. Reliqua uero duo communia sunt &
tertiæ declinationis: ut hic & hæc nostras nostratis: hic & hæc uestras
uestratis. Inueniuntur tamen nouem nomina mobilia: quæ quia decli-
nationem pronominum habent. inter pronomina quidem posuerunt
ut quis uel qui quæ quod uel quid: cuius cui: unus una unum unius
uni: ullus ulla ullum ullius ulli: solus sola solum solius soli: totus tota to-
tum totius toti: alius alia aliud alius alii: uter utra utrum utrius utri alter
altera alterum alterius alteri. Similiter declinantur quæcumque ex his componuntur
incipiuntur hic neuter huius neutri: uetustissimi tamen neutrius protulerunt

Quis uel qui accusatiuus in em terminat: ut quē. Ablatiuū tā in o q̄
in i: ut a quo uel qui: & datiuū & ablatiuū pluralē tā in is q̄ in ibus ut
quis uel quibus. Quidā tamē oīa noīa infinita uel interrogatiua uel re
latiua uel redditua substantiæ uel quātitatis uel qualitatis uel numeri
significantiā pronomina esse putauerunt: ut quis uel qui. qualitatis:
ut qualis talis. quātitatis: ut quantus tantus. numeri: ut quot tot &
quæ ex his cōposita sunt seu deriuata: sed p̄nomina esse non possunt
quia finitas personas nō habent: quod p̄prium est p̄nominis signifi
care certā p̄sonam cū casu coniunctam.

Omnia uerba quæ secundū analogiam declinant̄ desinūt ī o
uel in or: & habent cōiugationes quattuor. Prima igit̄ cōiu
gatio est cuius persona prima in o desinens mutat eam in as
productam & facit secundā p̄sonam: ut amo amas. Secūda uero con
iugatio est quæ eo primæ p̄sonæ in es p̄ductam cōuertit in secūda p̄
sona quæ semp̄ in ea cōiugatione una syllaba minor est: ut doceo do
ces. Tertia cōiugatio est quæ in io quidē desinens in prima p̄sona ab
iecta o & assumpta s̄ minuitur una syllaba in secunda persona: ut fa
cio facis. Alia uero uerba quacūq; littera antecedēte o in is breuē con
uertūt: ut ruo ruis: lego legis. Quarta cōiugatio est quæ primā p̄so
nā in io uel in eo desinit: eiq; in is p̄ductā cōuersis facit secundā p̄so
nā minorē una syllaba: ut audio audis: eo is. s̄ uero finali secundæ p̄
sonæ in t conuersa fit tertia p̄sona in omni cōiugatiōe: uocali tamen
correpta ante t. ut amas amat: doces docet: facis facit: legis legit: au
dis audit: interposita uero mu: s̄ eadē secunda p̄sona seruās facit pri
mā pluralē: ut amas amamus: doces docemus: legis legimus: audis
audimus: ti uero interposita facit secundā pluralem: ut amas amatis:
doces docetis. legis legitis: audis auditis. Tertia uero persona plura
lis in prima quidē & in secūda cōiugatiōe interposita tertiæ singularis
n̄ solet fieri: ut amat amant: docet docent. In tertia uero cōiugatione
& quarta primæ personæ o finalem ī unt cōuertentes facimus tertiā
pluralē: ut facio faciūt: lego legūt: audio audiūt: eo eunt. Præteritum
imperfectū primæ quidē & secūdæ cōiugationis a secūda p̄sona abie
cta s̄ & addita bā p̄ferimus: ut amas amabā: doces docebam. Simi
liter fit in uerbis quartæ cōiugationis desinentibus in eo. ut eo is ibam
In aliis uero tertiæ & quartæ cōiugationis primæ p̄sonæ o finalem in e
productā cōuertimus: & assumpta bam facimus præteritū ip̄fectū: ut
facio facebam: audio bam. licet autē & hoc maxime p̄ctis etiam per

syncopā in quarta cōiugatiōe audibā & munibā dicere: & similia eādē
autē declinationē habet präteritū īpfectū in omni cōiugatiōe quam
habet primæ cōiugationis præsens tēpus: & omnia quæ in as secōda
p̄sona faciunt: cuiuscūq; sit temporis uel modi uel cōiugationis simi-
liter declinat: ut amo am as amat: amamus amatis amant: amabam/
amabas amabat. amamabus: amabatis amabāt: amauerā amaueras
amauerat amaueramus tis rant: Optatiui quoq; futuri & præsens cō-
iunctiui tertiæ cōiugationis & quartæ: legam legas legat legamus le-
gatis legant: In es quoq; desinentia in secūda p̄sona cuiuscumque sit
temporis uel modi uel cōiugationis. secūdam præsens tempus indi-
catiui modi secūdæ cōiugationis declinat: ut doceo doces docet
docemus docetis docent. amarem amares amaret: amaremus amare-
tis amarent: amem ames amet: amemus tis ent: legerem legeres lege-
ret legeremus tis rent. In is uero desinentia secūda p̄sona tertiæ cō-
iugationis declinationem quam habent in præsenti tempore seruant
ut lego gis git: amabo bis bit. amabimus bitis bunt docebo bis bit do-
cebimus tis bunt. ibo ibis ibit. ibimus ibitis ibunt. Illud autem notā
dū est quod in subiūctiui tertiæ p̄sona pluralis non conuertit: in u:
ut amauerim uel ameuero amaueris amauerint: amauerimus tis rint
& in anomalis quidem sis & uelis: tam finalis secūdæ p̄sonæ q̄ p̄-
nultima primæ pluralis: & secūda syllaba p̄ducit: ut sim sis sit limus
sitis sint: uelim uelis uelit: uelimus uelitit uelit. in aliis uero rarissime
inueniuntur: igit omnia tēpora in omni cōiugatiōe indicatiuo apparēt:
& ī omnibus modis absq; präterito p̄fecto & absq; īp̄fecto trifariæ
declinatiōis etiā præsens tēpus trium cōiugationū: & omne quidem
präteritū īp̄fectum & plusq̄p̄fectum secūdū primæ cōiugationis
præsens tēpus declinat: ut amabā bas bat: amauerā ras rat: docebam
bas bat: docuerā ras rat: legebam bas bat: legerā ras rat: audiebā bas
bat: audiuerā ras rat. Similiter secūdæ & tertiæ & quartæ cōiuga-
tionis futurum optatiui & præsens subiūctiui secūdū primæ cōiuga-
tionis secūdā p̄sonā declinat: ut doceā as at: legam as at: audiā as
at secūdū præsens tēpus secūdæ cōiugationis declinat futuri indi-
catiui in tertiā & in quarta cōiugatione: ut legam ges get: audiam es
audiet. Et omne præsens & präteritum īp̄fectum optatiui & præ-
teritum īp̄fectum subiūctiui & plusq̄p̄fectum utriusq;: ut ama-
rem amares amaret: amauissem amauisles amauisset: docerē doceres
doceret: docuissem ses set: legerem geres ret: legissem legisles legisset

27

Similiter & optatiui futurum: siue subiunctiui praesens prima coniugationis: ut amem es et. orem ores oret. **T**ertia uero coniugationis declinationem quam habet praesens indicatiui futurum prima & secunda coniugationis seruant: ut amabo bis bit: docebo bis bit. **S**imiliter fit quarta in eo desinentibus: ut ibo ibis ibit. **S**imiliter subiunctiui praeteritum perfectum & futurum uniuersaru coniugationu: ut ama uerim ama uero ris: docuerim docuero ris: legerim legero ris: audierim audiero ris. **H**ic de generalibus trium coniugationum declinationibus collectum tibi expolitis: de praeterito quoque perfecto generaliter doceamus. **O**mnis praeteriti perfecti prima persona in i desinit: cuius de penultimis & ultimis syllabis in libro secundo de uerbi praeterito latius tractauimus: haec assumpta sti facit secundam personam: ut amaui ama uisti: docui docuisti: legi legisti: audiui audi uisti: t uero assumpta sed correpta i tertiam facit personam: ut ama uit: docuit. **S**imiliter correpta i & assumpta mus facit primam pluralem: ut ama uimus: docuimus. **S**is uero assumpta secundam facit pluralem: ut ama uistis docuistis. **I**n tertia uero plurali mutat in e productam & assumunt uel re: ut ama uerunt uel ama uere: docuerunt uel docuere. **P**lura perfectum tempus in omni coniugatione a praeterito fit i finali in e breuem conuersa & assumpta ia: ut amaui ama ueram: audiui uel audii audi ueram uel audieram. **F**uturum quidem prima & secunda coniugationis a secunda persona praesentis indicatiui modi abiecta s & addita bo solet fieri: ut amo amas amabo. **T**ertiae coniugationis omnium uerborum futurum & quarta in o desinentiu fit a prima persona praesentis finali conuersa in am: ut lego am es: audio audiam es. **E**t nota est qd nullo alio modo inuenies in prima persona ante m litteram uocalem quae in aliam transeat in secunda: nisi in supradicto futuro omnis secunda persona impariui modi praesentis temporis a secunda persona fit indicatiui abiecta s. **I**n tertia uero coniugatione etiam in e correptam conuertimus: ut amas ama: doces doce: legis lege: audis audi. **I**deo autem i in e conuertit tertia quia debet seruare tempus quod habet secunda indicatiui non poterat i finalem corripere. **I**n omni enim uerbo i in fine posita producit. **T**ertia uero eiusdem impariui persona a prima indicatiui finali in prima coniugatione in et: in aliis uero in at conuersa fit: ut amo amet: doceo at: lego at: audio at. **H**ae eadem tertia persona abiecta t: sed producta e uel a & assumpta mus facit primam pluralis suam: ut amet amemus: doceat doceamus: legat legamus:

audiat audiamus. **S**ecunda uero pluralis a singulari sua fit adiecta te
syllaba: ut ama are doce etc: audi ite: **E**t notandum q, in tertia coniu
gatione e finalis quæ loco i correpta, ponitur in plurali nũero eiusdẽ
personæ in penultimo loco: in quo licet i correptũ inuenire redit in i.
lege legite. **T**ertia autem pluralis imperatiui modi in omni cõiugatio
ne a singulari sua fit interposita n littera: ut amet ament: doceat doce/
ant: legat legant: audiat audiant: **F**uturũ imperatiui secũdæ & tertiæ
personæ cõmune est: & fit adiecta secũdæ personæ præsentis tẽporis
to syllaba: ut ama amato: doce doceto: lege legito: audi audito: **H**oc
quoq; notadum est q, e finalis in i redit in penultima syllaba propter su
pradictam rationẽ: lege legito: huc addentes te syllabã facimus secũ
dam personã pluralẽ: ut amato amatote: doceto docetote. **T**ertia
uero pluralis futuri imperatiui a tertia plurali præsentis indicatiui in
omni cõiugatione fit adiecta o: ut amant amanto docet docento: le/
gũt legunto: audiunt audiũto. eunt eunto. **O**ptatiui modi præteritũ &
præteritũ ipsectũ in omni cõiugatione a secũda psona ipatiui fit assu/
mẽs rẽ: ut ama amarẽ: doce docerẽ: lege legerẽ: audi audirẽ. **P**ræteri
tũ uero perfectũ & plusq̃ perfectũ eiusmodi fit a præterito pfecto addita
s & sem: ut amaui amaui sem: docui docuissẽ: legi legissem: audiui
audiuissẽ. **F**uturũ optatiui fit a prima persona idicatiui o in em con
uertens in prima cõiugatione: in aliis uero o in am: ut amo amem: do
ceo doceam lego legam: audio audiam: **F**uturo quoq; optatiui simile
est præsens subiunctiui: ut lego legã: audio audiã. **P**ræteritum quoq;
imperfectũ subiunctiui simile est præsentis & præterito iperfecto op/
tatiui: ut quũ amarẽ quũ docerem: quũ legerẽ: quũ audirẽ. **P**ræteritũ
pfectum subiunctiui a præterito pfecto idicatiui fit: quod mutati fi/
nalẽ in e correptam: & assumit rim: ut amaui amaauerim: docui docue
rim: legi legerim: audiui audiuerim. **I**dem est futurũ eiusdem prima
tantũmodo persona mutãte rim in ro: ut amaauerim amaauero ris rit:
amauerimus tis rint. **S**imiliter docuerim docuero rit rit: docuerimus
tis rint: legerim legero: audierim audiero. **P**ræteritũ plusq̃ pfectũ sub
iunctiui simile est præterito pfecto & plusq̃ pfecto optatiui: ut utinã
amauissẽ: docuissẽ: legissem: audiuissẽ. **I**nfinita in omni coniu/
gatione fiũt a præsentis tẽpore secũdæ personæ ipatiui addita re: ut
ama amare: doce docere: lege legere: audi audire. **P**ræteritũ pfectũ &
plusq̃ pfectũ a præterito pfecto & plusq̃ pfecto optatiui fit abiecta m:
ut amaui sem amaui sse: docuissẽ isse: legissem legisse: audiui sem

audiuisse. Futurū uero supinū desinens in um & uerbum ire. ut amatum ire. lectum ire: auditum ire. **V**el participium futurū neutrum & esse uerbū substantiuū. ut amaturū esse: docturū esse: lecturū esse: auditurū esse. Participia uel supina quæ tres casus uidentur habere & loci finitimi cū articulo cōiunctiui apud græcos accipiunt: nascuntur a principio præteriti s in d conuersa: & addita i uel o uel um: ut amans di dum: docendi docendo dum: legēdi do dum: audiendi do dum. **S**ūt alia quoque duo quæ ad formam participii præteriti tēporis desinunt in um uel in u: ut amatum tu. **S**ed hoc interest inter amandum & amatum: & inter amando & amatu quod amandū necessitatem amoris significat: amatum initiationem ad amorē. **S**imiliter amādo in ipso amore est. amatu pro amatione: uel pro amore. s: p ipsa re accipit & hoc manifestat etiam ipsa interpretatio græca: quod superiora: id est amādi do dum & amātū: infinitiuorum: nō solum cum articulo: sed etiā cū præpositione uim habent: ut in hoc faciendo faciendū: ad hoc faciendū faciendi p oportet facere. **S**equentiū uero alterū cum præpositione græca & articulo infinitū significat: ut uenatū: uel magis pro ipsa re ad locum accipit uenatū p aduenatione. quō & uenatu pro uenatiōe sicut miserabile uisu p uisione: dictu pro dictiōe. **M**ultis igitur modis sicut in alijs locis docuimus: nomina accipiēda sunt magis quā uerba: unde & præpositiones iueniuntur ante ea quæ in dum desinunt: qui est accusatiuus uel in do: qui est ablatiuus positus: ut amandū uel i amādo. passiuæ ex actiuis fiunt hoc modo. **O**mnia actiua cuiuscūque cōiugationis in quocūque tēpore modo uel persona in o desinētia assumuntur & faciunt ex se passiuæ: ut amo amor: amabo amabor. amato amator doceo doceor docebo docebor doceto docetor: lego legor: legito legitor: legunto leguntor: audio audior: audito auditor. audiunto audiuntor. **O**mnis secunda persona passiuæ in præteriti & præterito ipsefecto indicatiui & optatiui ab actiua sua fit interposita ri: sed in tertia pro i penultima e correpta habet: sed etiā ris in re cōuersa solet eadē secūda persona i omni cōiugatiōe pferri: ut amas amaris uel amare: doces doceris uel docere: legis legeris uel legere: audis audiris uel audire. **Q**uo modo docuimus in actiuo sic in passiuæ præteriti declinatio docet & reliquorum tēporum absque præterito ipsefecto & his quæ ex hoc nascuntur per diuersos modos declinationē quæ fit secūdū unā ex tribus cōiugationibus. **T**ertia uero persona ab actiua sua adiecta ut solet fieri ut amat tur docet tur: legit tur: audit tur. **S**ed penultima i oibus cōiugationibus pro

ducit̄ excepta tertia pluralis pria & secūda p̄sona a secūda p̄sōa acti
ui abiecta s & addita mur & mini sunt: ut amas amat̄ amamini. do/
ces docemur docemini: legis legimur legimini: audis audimur audi/
mini. **E**t in omni cōiugatiōe penultima primæ p̄sonæ a t̄penultima
uero secundæ p̄ducit̄ syllaba absq; tertia cōiugatiōe tertia p̄sona plu
ralis ab actiua sua fit adiecta ur: ut amant amatur: docent docent̄: le
gunt legunt̄. audiūt audiunt̄. **Q**uæ uero in m desinūt actiua primæ
p̄sonæ p̄ omēs cōiugationes & modos ī præsenti & ī præterito ipse/
cto uel in futuro m in r cōuersa faciūt passiuū. **N**ā omne præteritū p/
fectū p̄ p̄cipia declinant̄ in passiuis: ut amabā amabar. amarē ama/
rer: docebā docebar. docerē cerer: legebā bar: legerē legerer audiebam
bar audierem audirer: amam amer: doceā docear: legā legar: audiam
ar: **C**eteras uero p̄sonas secūdū supradictas regulas declinamus om
ne præteritū p̄fectū & plusq; p̄fectū passiuorū uel similiū passiuis per
p̄cipiū præteriti tēporis & per sum uerbū declinat̄ ut solco solitus sū
uel cōia uel deponentia. **P**assiuā uero ipatiua secūda p̄sona in omni
cōiugatione similia sunt infinitiuis actiuis. ut amare docere legere au
dire: **T**ertia uero a tertia sua uerbi actiui fit adiecta ur: ut amet amet̄
doceat doceat̄: legat legat̄. audiat tur. **P**luralia uero secūdū termina
tionē tertia p̄sonæ æqualiter terminant̄ addita m p̄ t in pria & tertia
p̄sona īterposita n: ut amet̄ amemur ament̄. **N**ā secūda p̄sona ipatiui
similis ē idicatiui secūda: quō & apud græcos amāin. docēini legimi
ni. **H**æc. n. tā indicatiuo q̄ impatiuo mō similiter p̄ferunt̄. idq; cōpro
bat auctoritas. **T**erē. in phormi. **D**ū licet dūq; adsum loquimini me/
cū: & idē. **E**t cōtēplamini me eodē uultu: & idē ī Eunu. **V**os me sequi
mini: **S**alustius ī catili. **E**xpergissimini aliquādo & capeſſite rē pu. &
idē ī Iugurthino **V**os colite & obseruate talē hūc uig: imitamini uirtu
tes eius. & enitimini ne ego meliores liberos sūpsisse uidear quā genu
isse. **F**uturū ipatiui secūdū supradictā regulā fit ab actiuo desinēte ī o
addita r: ut amato amator doceto docetor: legito legitor. audito au/
ditor. **S**imiliter ī tertia plurali: amāto amātor. docētō docētor. legun
to tor. audiūto audiūtor. **S**ecūda uero p̄sona idicatiui mōi mutatio
ne ī finalis ī or fit: ut amāini minor: docemini mior. legimini minor
audimini mīnor: **O**mnium modorū præteritū ip̄fectū & plusquāp̄fectū
sicut supradictū ē p̄ p̄cipiū præteriti tēporis: & substātiuum uerbū p̄/
ferē subiūctiui uero futurū sicut ē: ut amatus sum amatus fui: amatus
erā: amatus fuerā: amatus essem uel fuissetem: amatus sum uel fuerim:

amatus ero uel fuero. **I**nfinitiua passiuā ex actiuis fiunt mutatiōe finali in i absq; tertia cōiugatione: in illa. n. abiecta re ultima syllaba: penultima e in i cōuertit: ut amare ri: docere doceri: legere gi: audire ri. **P**ræteritū plusq̄fectū p̄ticipiū neutri generis & uerbū esse uel fuisse: ut amatū esse uel fuisse: doctū esse uel fuisse. lectū esse uel fuisse: auditū esse uel fuisse. **F**uturū p̄ticipiū simile & p̄iri uerbū: ut amatū iri: doctū iri: lectū iri: auditū in. **O**mne p̄ticipiū præteriti quidē tēporis in ns desinit: & in prima quidē & secūda cōiugatiōe interposita n secūda p̄sonæ præsentis indicatiui modi: ut amas amās: doces docēs. **I**n tertia uero & i quarta a prima persona fit conuersa o in ens: ut lego legens: audio audiens. **E**xciuntur eo & queo quæ euphoniæ causa iens pro cens: quiens pro queens: & faciunt genitiuos euentis pro ientis: & quæuntis pro quientis. **O**mne participium præteriti temporis uel t uel x habet āre us: ut amatus doctus: læsus fixus: excipit mortuus. **O**mne participium futuri in rus uel in dus desinit: ut amaturus & amandus: dēcturus & docendus: lecturus legendus: auditorus audiendus: **N**omina uerbalia plerunq; a participio præteriti fiunt mutata finali us in or: ut amatus amator: doctus doctor: **I**n tor desinentia mutant tor in trix: ut amator amatrix. doctor doctrix: lector lectrix: auditor auditrix. & faciunt fœmininum. **R**erum autem incorporaliū uocabula plerunq; præteriti temporis participiis similia inueniuntur sed quartæ declinationis sunt ut iudicatus monitus habitus auditus fiunt etiā a genitiuo supradicti participii addita o correpta i: ut coniunctus coniuncti coniunctio: ratus rati ratio: penultima correpta ē tamen quando nomina participiis futuri temporis fœmininis in a desinentibus similia sunt: ut scriptura pictura armatura: est quando in um desinunt uel i or: factum dictum: labor amor. **I**n o desinentia seruant regulam actiuorum. **I**n or uero passiuorum: de quorum speciebus in libris quos de uerbo scripsimus latius disertum inuenies.

ATVRE GENITOR: QVAE MVNDVM

continet omnem

N Annue rex caeli, positum telluris & undae
In quas imperium: mortalibus ipse dedisti
Materia: tanta me promere carmine digno
Incipiens terrae tractus pontiq; meatus
Et fluuios canere atq; urbes populosq; per orbem

Discretos: late refluxum memorare parabo

Oceanum: tellus quo cingitur aequore tota.

Insula ceu sese diffundens littore uasto

Non tamen assiduo, teres undiq; margine circum

Clauditur haec bifido: sed brachia littore pandens

Arctatur rapidos cursus ad solis utrinq;

Assimilis fundae sed quis corpore toto

Vna sit haec homines tris dicunt esse diremptras.

Et primam lybien, post europen: asiamq;

Sed lybiam europae discernit finibus amplis

Linea: quam obliquant gades atq; hostia nili.

Qua boreae excurrit mephitis terra sub axes

Atq; locum nouit spartano famo canopo

Sed terras aquilo qua frigore damnat iniquo

Europen asiae tanais disiungit ab oris

Sauromatas linquens: icythiam qui gurgite uasto

Præstringit: præcepq; ruit meotida poscens

At medius finis iam iam decliuis ad austrum est

Quas helleponti fauces dixere priores

Sed magis australis sunt terminus hostia nili

Per mare sic fluuiosq; patens discernitur orbis.

Ast alii terris malunt discernere terras

Finibus est asiae latus arctum lingua supernis

Caspia quam mediam faciunt: atq; aequore ponti

Euxini locus hic discrimen dicitur esse

Europae atq; asiae disiungens ruribus arua.

Ast alius finis longissimus exit in austros

Qui secat aegypti terras: aequorq; sabaeum.

Separat hic lybien asiae confinia rupens.
 Talia mortales perhibent discrimina terra.
 Circuit oceani gurges tamen undiq; vastus:
 Qui quis unus sit plurima nomina sumit
 Finibus hesperii atlanticus ille uocatur
 At borea qua gens ferens arimaspa sub armis
 Dicitur ille piger necnon saturnius idem
 Moriuus est aliis: minimo quod lumine solis
 Perfruitur: tarde radios nam suscipit ortus
 Nubibus & crassis premitur: nimbisq; grauatur.
 Vnde tamen primo conscendit lumine titan
 Eoumque uocant. atq; indum nomine pontum.
 Sed qua deuexus calidum posus excipit austrum
 Aeth opumque simul pelagus rubrumque uocatur
 Qua deserta patet tellus ardore perusta.
 Circuit oceanus sic totum maximus orbem
 Nominibus uariis celebratus: & aequore tanto
 Hinc atq; inde sinus penetrabilis efficit ille
 Exiguos multos dirimens mare quattuor amplos
 Periecat hesperiam primus qui porgitur undis:
 Pamphylumque latus libyae pertendit ab oris
 Hic minor est reliquis. maior quem caspia tellus.
 Suscipit intrantem uastis aquilonis ab undis
 Nomine saturni quod tethys possidet aequor
 Caspius iste sinus simul hyrcanusque uocatur.
 At duo qui ueniunt australis ab aequore pontis:
 Hic supra currens mare persicus efficit altum
 Eregione situs: qua caspia uoluitur unda.
 Fluctuat ast alter panchea quia littora pulsat
 Euxini contra pelagus protentus in austros
 Hosce sinus perhibens: quos tethyos efficit unda
 Maiores nam sunt alii: multique minores.

Nunc maris hesperii lustrabo carmine rectus
 Flexibus in uariis quo frangitur aequore pontus
 Astringens pelago terras circumfluus illis
 Montibus & radens: suppositas urbibus oras.

Ad sis o numen studiorum præful & artis
Ordine principium capiens atlantis ab unda
Herculeo celebrant quam mete munere gades.
Cæliseraq; tenet stans atlas monte colūnas
Est primus uastis qui pontus hibericus undis
Diuidit europen libya communis utriq;
Hinc atq; hinc statua sunt: ambæ littora cernunt
Hæc libyes hæc europes aduersa tuendo.
Gallicus hunc gurges: qui celtica littora pulsat
Excipit: hunc sequitur ligurum cognomine dictus
Quado mini rerum terris creuere latinis.
Ad petram leucen aquilo nis ab axe reductus
Quæ freta sicaniæ concludit littore curuo
Insula sed cyrnos propriis pulsatur ab undis:
Intra sardonium pelagus celtumq; refulis.
Inde salis tumidus tyrrheni uoluitur æstus
Ad partes uergens australes. excipit istum
Sicaniæ gurges solis deflexus ad ortus:
Qui procul effusus pachynis tenditur oris
Ad creten summam: quæ prominet æquore rupem:
Qua gortyna potens medius qua phæstos in aruis
Arietis hanc rupem simulantem uertice frontem
Pro merito graeci dixerunt metopon:
Hoc mare gargani concludit i pygis ora:
Illinc incipiens extenditur adria uastus:
Ad boream penetrans pelago solemq; cadentem
Iouius pariter sinus hic perhibetur ab orbe.
Diuidit & geminas diuersis partibus oras:
Quas tamen extremas coniungit terminus unus
Ad dextram partem protenditur illyris alma:
Post hanc dalmatiæ populorum martia tellus
Ad leuam auloniæ porrectus continet isthmus
Quem tria circundant maria undiq; littore curuo
Tyrrenum siculum necnon simul adria uastus
Finibus at propriis exceptant singula uentos
Tyrrenum zephyro: siculum sed tunditur austro.
Adria succurrens eoo frangitur euro.

Ast post sicaniam tractu diffunditur alto
Ad iytim pelagus libycis quæ cingitur oris:
Maiorem postquam minor excipit: aquota longe
Atq; linu gemino resonantia littora pulsant
Finibus a siculis cretæum tenditur æquor:
Ad solis ueniens ortus salmonida poscens
Dicitur eous qui cretæ terminus esse:
Post hanc est geminum mare uastum fluctibus atris
Fluctibus hismarici boreæ quod tunditur atris
Quod ruit aduersus celsæ de partibus arcti
Quod prius est pharium perhibent: hoc littora tangit
Pracipitis casu montis: post unda secunda
Sidonium est pelagus: penetrat qua gurgite pontus
Ilicus arctoas ad partes æquore uergens.
Non longe rectus: cilicum nam frangitur oris.
Hinc zephyros poscens ueluti draco flectitur undis
Quod iuga montiuagus uastat: siluasque fatigat:
Partibus extremis pamphylia clauditur isto:
Atque chelidonia rupes cinguntur eodem
At procul hunc zephyrus finit patareide summa.
Post hæc arctoas ad partes aspice rursus
Aegeum superat qui fluctibus æquora cuncta:
Dispersas uasto qui gurgite cycladas ambit
Terminat hunc imbros pariter tenedosq; coercens.
Angusta trahitur quæ fauce propontidis unda
Asia: quam supra populis distenditur amplis
Ad notiam partem: qua latus ducitur isthmos.
Threcius sequitur post bosporus hostia ponti:
Hoc nullum perhibent terras angustius orbis
Esse fretum dirimens. hic sunt symplegades arctæ.
Panditur hic ponti pelagus titanis ad ortus
Quod petit obliquo boream solemq; meatu
Hinc atq; hinc medio percurrunt æquore colles:
Vnus qui ueniens asia: de parte carambis
Dicitur australi: sed contra sinibus alter
Prominet europæ hunc criu dixere metopon.
Ergo conueniunt aduersi gurgite tanto

Distantes quantum ternis transire diebus
Eualeat nauis: bismarem sic aequore pontum
Aspicias similem cornu quod flectitur arcus
Neruo curuati distento dextera neruū
Assimulat: recto trahitur nam linea ductu
Extra quam boream quo scandit sola carambis
Sed formam cornu geminatis flexibus edit
Littus: quod pontum cingit sub parte sinistra
In quam moctis penetrans aquilonis ad axes
Quam scythia gentes circumdant undiq; ripis
Et matrem ponti perhibent moctidis undam.
Scilicet hic ponti uis exit gurgite multo
Cimmerium torrens per bosporon: hic ubi taurum
Cimmerii gelidis habitant sub sinibus unum
Hac maris est species splendens hac forma profundi.

Hunc tibi telluris regiones carmine pandam.
Vt cernas animo non uisas lumine terras
Atq; docens alios laudetis pectore docto.
Incipiens libyæ tenuisq; a cethyos undis
Oceanus tyrias qui pulsat gurgite gadis
Tenditur ad notias partes & solis ad ortus:
Et messis formam reddit mensuris arcis
Quam tradunt terræ non æqua margine cinctam
Terminat hæc fines rubri prope littora ponti
Latos athiopum populos: quos possidet alter
Quem calidis iuxta terris pascuntur erembi
Hos pelli similes pardi dixeret priores
Nanq; solum squallens urbes distinguit opacas.
Hac sitis hac humor latos uariatur in agros
Sed summam libyen habitant ad cethyos undas
Alcidae qua sunt statuæ maurusia plebes.
Post hos immensa nomadum de semine gentes
Atq; masalyii necnon masylia proles:
Saltibus hos duris asper siluisq; uagantes
Victis alit saua quæ sitis cæde ferarum.
Scilicet ignaros terras proscindere aratris

Agricolafq; boues plaustris domitare sonoris :
Nanq; erant nemorum per dumos more ferarum.
Quos prope tenduntur fines carthaginis altae
Perpetuas tyriis celebrat quæ condita laudes
Qua regnans foelix dido per faecula uiuit:
Atq; pudicitiam non perdit carmine ficto
Hanc minor insequitur syrtis maiorq; secunda
Qua tumor imenlus tyrrheni pellicur astus :
Accerluq; furit siccisq; receptus arenis
Ast inter syrtis urbs est quam nomine dicunt
Esse neapolin: hanc supra iustissima fertur
Hospitiis gaudens gens degere lotophagorum
Hos licet ad fines desertas cernere terras
Extinctis populus nasamonum marte latino.
Asbysta post hos terrarum rura tenentes
In medio summis libycis & gentibus hâmon.
Nec non cyrene clarorum mater equorum
Vibis amyclææ propter quam condidit olim:
Marmaridæ: post hos ægyptia flumina uertunt
Getuliq; supersunt uiciniq; nigrentes :
Continuo post hos sequitur phaurusia tellus:
Hanc habitant iuxta garamantes debrite clar
Quæ superat cunctas urbs miro munere fontis:
Frigord qui noctis feruet calefactus & umbris
At solis friget radius glacialis & igni
Omnibus extrema populis clauduntur in ora
Aethiopes: libyes ubi finit littore cerne
Oceanum nimio quæ pulsat sole calentem .
Nec longe feruent blemiorum collibus agri
Hinc fluii pinguis descendunt flumina nili
Partibus a libycis: qui currens solis ad ortus
Siris ab æthiopum populis cognomine fertur:
Versum cultores nilum dixere lycnes :
Hinc currens nilus ad partes flumine pingui
Fertilis ægypti terras fecundat opimas:
Septeno ferit pellæum gurgite pontum:
Non alius tantum fluuioꝝ ditat arenas:

Aq; trahens limum complectitur ubere campos:
Hic latis libyen alia determinat oris:
Hac ortus cernit: uidet austros illa calentes.
Hunc habitant iuxta sapientum corda uirorum
Dispoluere uias qui uitae mente potenti:
Et primi dederant sulcos & semina terris:
Obliquos solis tractantes pectora curfus:
Horum telluris lines nunc carmine dicam
Et formam celebrat quam gloria magna per orbem:
Hac igitur latis distula patescit in aruis
Fertilis & superans alias pinguedine gleba:
Marginibus laterum formatur at undiq; ternis
Lata quidem boreae sub littore tenditur oris:
Ast orus angusta petit: summamq; syenem:
Quam celi media montes utrinq; coercent:
Irrigui per quam descendunt flumina nili
Hanc habitant homines multi pariterq; opulenti
Qui ueteris claraq; colunt sub moenia thebes
Quam perhibent centum portas habuisse priores
Filius aurorae memnon qua regna tenebat.
Hic sunt & septem mediis in sinibus urbes:
Quas celebrat totum discurrens fama per orbem:
Et quicunq; maris uiuunt prope littora uasta.
Qua lacus est ingens liquidae serbonidis undae:
Ad cuius zephyrum mactum sunt moenia regis.
Et pharos in idothees scopuli pallenidis alti.
Post ubrs sub casio pellusi uergit ad ortus.
Nauigiis populus duris quam possidet aptus
Non tamen est lybies ponendus sinibus iste:
Scilicet aeas nili qui continet oras:
Nili quem circum floret mirabilis arbor:
Extinguit quae sitim pomos: cui nomen ad ipsos.
Hac facies libyes: hic claudit terminus illam:
Sunt tamen hic aliae gentes: quae littore summo
Tethyos aut mediis habitant telluris in aruis
Et gratas circum ripas tritonidis undae:
Hic lapis heliotropius: qui nomine uero

Dicitur: conuertit radios nam solis in undas
Si quis eum fusa labris inmergat aenis
Sanguineiq; rubens resplendet luce coloris
Purior at soli renitet nudatus ab undis :

Si placet europes quoq; me nunc dicere formam
Haud taceam. similis libyæ est sed uergit ad arctos
Finibus & pariter distentis pergit ad ortus

Linea nanq; asiæ similis disiungit utranq; .

Hæc notias spectat: partes aquilonis at illa :

Ast ambas unam si terras esse putemus

Assimulent conum laterum compagibus æquis :

Cuius ad occasus est summum: lata sub ortu .

Sic europa tibi facili dignoscitur arte.

Ad cuius summum prope metas herculis alti

Magnanimæ gentes dederat quis nomen hiberus

Ad spacium multum terrarum rura colentes

Oceanum boreo contingunt frigore durum

Scrutaturq; decus pulchrum sapientibus auri.

Quos tamen haud maculat præsens: nec deicit absens.

Qua sunt germani bellâces : atq; britanni

Saltibus hercynis germania subiacer atrox.

Hæc tergo similis taurino dicitur esse.

Epascit uolucres mirum fulgentibus alis :

Quis ducibus noctu cernuntur flexa uiarum.

Pyrrhenes sequitur mons : post hûc est celtica tellus

Eridani fontis contingens rauca fluenta .

Hic phaethonta suum caræ luxere sorores

Hic electra legunt alnis stillantia celtæ.

Sucina quæ memorant mellis uini ue colore.

Quæ paleas rapiunt tractu: frondesq; caducas :

Post hos tyrheni: quos iuxta solis ab ortu

Incipiunt alpes: quibus exit gurgite uasto

Oceani rumpens glacialis littora rhenus.

Hunc prope confurgit fons istri flumine longo

Qui poscens ortus : euxini peruenit in undas

Irriguam peucen amplexus gurgite quino

Cuius in arctoas est partes barbara tellus
Innumeras gentes gremio complexa reducto:
Cui finem faciunt maotidis hostia uasta.
Hinc sunt germaniq; truces: & sarmata bellax
Atq; getæ: nec non balternæ semina gentis.
Dacorumq; manus & maria pectora alani:
Atq; dromon tauri retinentes iortis achilli.
Angustum & longum maotidis hostia iuxta.
Hos equites supra celeres iunduntur agauri:
Atq; melanchanum populus metuendus in arcu
Post hippemologi sunt. hippopodseq; potentes:
Atq; gelonus cum neuris. pictiq; agathyrsi:
Hic ubi descendit porrecta borysthenis unda
Euxinumq; subit cœna prope tracta metopon
E regione iacet locus hic tymplegados arctæ
Hic sunt aldesti quoq; panticapiq; fluenta
Diuidui currunt ripis montibus ambo
Immiscet qua se ponti glacialibus undis.
Nascitur electrum præstans luce nitenti
Mense solet primo qualis splendescere luna
Hos adamanta legunt iuxta fortes agathyrsi.
Tot dirimit gentes aquilonis partibus istæ.
Huius ad australes terras getæq; feroces
Noriciiq; colunt bellaces pannoniq;
Et mysithracum boreis in finibus orti.
In quorum terris quas ponti perfluit unda
Ignipotens oleo comixto gignitur herba
Medica cui nomen cuius compescere flammæ
Si quis aqua capiat. plus ignem pascit in illa.
Pulueris hunc iactus potis est extinguere solus.
Thracæ arant post hos latissima rura tenentes
Quæ torrens stringit finitq; propontidis undas
Atq; helleponti fauces ægæus: & altus
Nascitur hic scopulus pallene gemma refulgens
Asterium perhibent: stellis certare putatur:
Et flammæ similis splendenti lumine lychnis:
Hic ripas istri porrectas undiq; stringunt.

Vropæ reliquas nūc partus aspice ternas
Phœbeos uergens: quibus eminent illa sub ortus:
Prima est hispanū: quæ frangit littora pontū
Altera tyrrhenum quæ pulsat molibus æquor
Tertia quæ graios circūflua gurgite pascit.
Sed tamen oceanum contingit hiberica tellus.
Occidū calpæ: qua sūmam sustinet unam
Herculis e statuis: quam supra diues & alta
Tartessus templiq; sedent qui collibus tmis
Pyrhenes: cœlum qui tangit uertice sūmo.
Alt ambas intra tellus iacet ausonidarum
Limite quam recto mediam fecat apēnius
Qui mons incipiens boreis ex alpibus altus
In freta sicaniæ porrectas terminat oras:
Hunc urbes circū populi gentesq; frequentant
Quos breuiter retegā nostro tibi carmine cunctos.
Tyrreni primum fortes: iuxtaq; pelasgi
Cyllentes quondam propria qui sede relicta
Tyrrenis socias petierunt nauibus arces.
Hos prope sunt omni superantes laude latini:
Quorum per terram d'icurrit in æquore thybris
Regius irriguo dirimit qui gurgite romam
Romam quæ genatrix regnum dominatur in orbem:
Post hos pingue solum sequitur campania diues
Hic tibi parthenopes domus est castissima frugum
Fertilis: hanc pontus propriis exceperat undis
Ad noton est longe supra sirenida rupem
Dicentis silari gurges spectabile flumen:
Hunc habitant prope lucani brutiq; coloni
Ad leucapetram longissima rura tenentes.
Hinc est ad boream zephyri quæ sūma uocatur:
Sub qua sunt locri celeres. qui tempore prisco
Istuc reginam propriam uenere secuti
Ausoniamq; tenent: qua currit flumen halecis.
Mcœnia cernuntur metaponti: deinde croronq;
Quam pulcher gratam præterfluit æsarum urbem.
Vlterius pergens hinc templa lacinia cernens:

Post hæc est sybaris: perit quæ numinis ira
Præponens hominum tumulos cælestibus aris.
Postere qui præcis ausi certamina soli
Samnitis medió complectitur itala tellus
In gremio. marisq; simul: tunc deinde tarentum
Tangitur æquoribus: quod muniuere lacones.
Continuo calabræ telluris rura sequuntur
Vsq; hyrii sũmam. sed tendit iapygis ora:
Qua salis adaiaci trahitur uastissimus æstus:
Atq; sinum penetrans aquileium colligit undas.
Alta tegestræon postrema in cœnia terræ
Qua sinus ionius finitur gurgite lasso.
Hi sunt ausoniae populi gentesq; potentes.
Flexilis hinc pontus conuertens uergit ad ortus
Atq; liburnorũ terras hyllisq; feroces
Bulimeon pariter præstingens littora currit:
Et uenit illyrias late porrectus ad arces.
Quas tollunt montes excelsa cacumina sũmas.
Cernitur hic tumulus qui cadmi dicitur esse
Hermionæq; simul. nanq; hic serpentibus illi
Corpora post tempus longum mutasse feruntur
In senio: postq; patriam thebasq; relinquunt
Hinc illos siud posuerunt numina monstrum
Nanq; duo tumuli concurrunt peste futura
Significat quotiens lætissima damna colonis.
Hæc regio fontem mirandæ concipit undæ
Quem merito ueteres dixerunt nomine sacrum:
Nam gelidus superat cunctarum frigus aquarum:
Accensasq; faces si quis prope duxerit undam
Extinguit flammæ: recipit sed rursus easdem
Admoueat dextra cum extinctâ lampada fonti.
Sed supra tracen: necnon epiros ad austros
Principium terræ doctissima græcia sumit
Ascendens multũ. geminoq; sub æquore cincta
Aegæo siculoq; mouent qua flumine uenti
Diuerso: siculũ zephyrus tenet: eurus ad altũ
Aegæum: sequitur pelopis post insula lata

Consimilis folio platani: quod muris acuta
Aequiparat caudam: cuius iacet isthmus imago
Hellas ad boream sibi met confinia iungens:
Lator at tellus folium seu flexile circum
Cingitur æquoribus zephyrum tryphylidis arua
Excipiunt: per quam descendit flumine pulchro.
Alpheus: qui messeni discinditur undis
Eurota: terris ambo nascuntur ascis.
Hic tamen eleos: & diuidit ille laconas.
Hic mediis habitant late telluris in aruis
Arcades apidanei sub scopulos crymanthi
Qua melas atq; crathis fluuii qua currit iadon
Tenditur atq; uetus: qua longo gurgite ladon:
Hic merulos perhibent albos mirabile dictu:
Hic nasci linum: qui tacto accensus ab igni
Extingui nequitur quem graii nomine uero
Albiflum memorant. ferni nitet ille colore.
Iuxta est argiuum tellus pariterq; laconum
Ortus argiui uergunt: lacones ad austros.
Æquoribus geminis isthmus pulsatur utrinq;
Hoc ephyren contra est zephyrus: sed uerberat illud
Eurus in imensum quæ mergitur unda profundum
Nomine quam danai dixere sacronida prisco.
Attica sed tellus post isthmon solis ad ortum est.
Hinc orythyam boreas rapuisse puellam
Traditur. hic illifos: aquis deuoluitur amnis
Bœt um sequitur ut sinis qua dicitur unda
Esse potestatis diuersæ: nanq; duobus
Fluminibus uertit ueruecum lana colorem:
Hoc fuscet niueas: hoc albat gurgite nigras.
Locridis inde solum sequitur re gionis: & ora
Thessalis & tellus macetum cum mœnibus altis
Sub cuius scopulos tangentes uertice cœlum
Speluncæ ueteris seruant insignia cladis:
Finibus in mediis terrarū nanq; uidentur
Ostrea muricibus siccata latentibus esse:
Diluuium latebras dederat quod piscibus illas.

Concipit & parit hic naturæ munere gemma :
Quam paraniten perhibent pregnantibus ista
Auxilium confert facilis releuamine partus.
Cernitur hinc niueas attolens uertice rupes
Aemus threicius:quem contra tenditur agris
Ad zephyrum regio dodones lata feracis
Ad cuius notias partes sub rupe aracynthi
Aetolæ gentes sunt belli laude potentes
Campi quos medios acheloia persecat unda:
Et mare trina:rium perumpit echinadas intra
Regna cephallenæ prope sunt sapientis ulyxi
Iste galactiten ripis ostendit in altis
Vberibus prodest: nec non infantibus idem:
Et si quis terat hunc: albescit lacte liquefcens
Hunc fluuium iuxta præclaros solis ad ortus
Phocis ad arctos uentos extenditur ingens
Donec contingat calida hostia thermopylarum
Sub iuga parnassi cephallos gurgite magno
Quam mediam dirimit descendens murmure uasto
Qua templum phœbi memorabile delphica sedes.

Nunc magno nobis sunt insulæ ore canendæ:
Quas homines toto dispersas æquore cernunt
Est igitur ponto tellus circumflua prima
Cui nomen gladis: statuas hæc herculis inter
Atyriis colitur continua uocata uerustis.
Continuoq; iacent gymnasia: has baleares
Romani memorant: hinc frangitur æquore bufos
Sardoniam postq; pelago circumflua tellus
Fontibus eliquidis præbet miracula mundo:
Quot sanant ægros: pandunt dānantq; nefando
Periueros furto: quos tacto flumine cæcant.
Postq; non longe cernuntur littora cyrni:
Corfida quam pariter geminato nomine dicunt:
Hanc solam perhibent catochiten gignere terram:
Corporibus lapis hîcceu glut sine rectus adhæret.
Nulla tamen tellus latissima robora siluæ
Sic habili generat: dehinc rupes æolidarum:

Quas septem numero perhibent cognomine plotas
Quippe usam ratibus pelago dant undiq; ualto
Trinacria post hos moles distenditur ampla
Cardinibus ternis: laterum quam terminat actus
Procurrens pachyno longe castrisq; pelori
Externensq; rates lylibæi cautibus alpris
Eminet ad zephyrum lylibæ: pachynusq; sub ortum
Aspiciat ausoniam: boreæq; pelorus ad axes:
Qua mare uix superant haud æquum mille periclis
Angustum rapido quod frangit gurgite saxa.
Traditur hic pelagi dirupras uiribus olim
Excepisse fretum terras cogente ruina.
Plurima sunt istic totum memoranda per orbem.
Dianas fons est: camerina gignitur unda:
Quem si quis manibus non castis hauserit unquam:
Lætifico tristis non miscet pocula baccho.
Hæc eadem montem mstrandam sustinet ætnam:
Vertice qui summo rigida niue temperat ignem:
Nec superant flammæ frigus nec frigora flammæ.
Hic salis acragas miracula possidet unus
Naturas in quo proprias mutare uiderur
Ignis & unda. salem nanq; illum soluere flammæ:
Unda solet crepitus illis coniuncta mouere.
Hic & haletinus fons est mitissimus undis
Tibia quem extollit cantu saltare putatur
Musicus & ripis lætans excurrere plenis.
Cernitur egregius lapis hic. cui nomen achates:
Hoc dederat fluuius cuius generatur ad undas
Hanc simulachra uides uenis ostendere gemmam.
Aequoris ad siculi: quod uastis funditur undis
Ad noton est pontus libyæ sirtisq; uadosa
Maior: at ulterius si pergas: cerne minorem
Occiduam iuxta quam menix insula fulget:
Et cercina simul libyca statione patentes
Hadria quas penetrat: uenias si parte sinistra
Atq; legas calabrum littus: tunc insula magni
Ostendit sese diomedis nomine dicta:

Quo profugus quondam uictor concesserat ille
 Coniugis incestæ per fraudes ægialia.
 Ionium pergens absyrtidas æquor ad ortus
 Circuit has olim colchi tenuere feroces.
 Lassidum frustra medeæ furta sequuntur.
 Continuo post hæc liburnidas aspicias altas.
 Ad notias partes: hinc sæua ceraunia nautis.
 Insula: ambraciæ contra cernuntur in alto.
 Et corcyra potens: ithaces atq; aspera tellus
 Et quas oblimat riuis acheloius amnis.
 Flumine torrenti præcelsam chalcida linquens
 Sed multæ amnis hyperboreæ sub parte uidentur
 Aegylaq; inde cythera: calabria dura colonis.
 Ad radios uergit: sed carpathus: hanc prope certæ
 Pinguis & umbrosis extendens collibus idem:
 Ante ortus solis perhibent quam fulgere sole.
 Gignitur hic alimos: quam si quis mordeat herbam:
 Compescit dānumq; famis rabiemq; diurnam.
 At rhodos ægyptum contra iacet insula diues:
 Suniados contra quōq; summum rupis ad ortus.
 Nubila quam nunquam uetuerunt lumine solis:
 Nam purus caræ potitur telluris abantas:
 Supra sunt selamis: necnon ægyna: sed ortus
 Cernentem cyprum pontus pāphylus ambit.
 Post hæc sunt ternæ citra patareide summa
 Fama chelidonias: celebrat quas nomine terras.
 Nec procul est arados phœnices æquore cincta.
 Aegæi uero diuersis partibus alti.
 Ad fauces arctas multæ sunt insula: abydi
 Confines asiæ: dextra: euorepesq; sinistra.
 Ad boream tamen hæc pertendunt ordine longo
 Europes macris contingit abantias oram:
 Et celsam scyrus peparethus sacraq; lemnos.
 Fertilis atq; thasos: simul imbros post corybantum
 Mœnibus antiquis samothracia cernitur alta.
 Ast asiæ partem: quæ tangunt æquore primam
 Delon circumdant: has dicunt: cycladas esse:

Contimbos:parados:ceu stellas aspicias almas
Ioniaſq; ſimul:quas inter caunus & alta
Sunt ſamnus atq; chiuſ celebrata nomine claro.
Acolica poſt:& leſbus teneuſq; ſequuntur .
Et iunus inde melas helles prorūpit in æquor
Panditur hinc pelagus:tumidaq; propontide ſeruet
Ad boream:ſaxiſq; uiget proconeuſus in illa:
Eſt etiam leuis euxini partibus una
Quam leucen perhibent:aduerſa boryſthenis ānis :
Paſcit aues quoniam multas candore niuali.
Hic animas perhibent heroum laude potentes
Degere ſecuras uirtutis munere pulchro .
Gimmerium recta:ſed ſi quis boſporon ibit .
Cernitur hinc dextra:uaſta mæotidis unda:
Inſula mole grauis tranſ alopecea lata
Poſt quam phenagoren:hermonaſſamq; nepoteſe
Egrecie quondam coluerunt gentis ionum
Inſula hæ celebres pelagi ſunt nomine claro.
Aſt alias reſſuum circundat tethyos æquor :
Quarum demonſtrem poſitum regionis ad oras:
Aethiopes habitant erytheam pectore iuſti
Atlantem iuxta longæui finibus olim
Venit hyperboreius qua gens poſt facta perempti
Geryonis:domuit quem uirtus herculis ingens .
Sed ſummam contra ſacrum cognomine dicunt
Quam caput europæ:ſunt ſtanni pondere plenæ
Heſperides:populus teuuit quas fortis hiberi
Aſt alia oceani iuxta boreetidas archas
Sunt gemina rheniq; britānides hoſtia cernunt.
Hic etenim laſſo perumpit tethya curſu.
Has tamen haud habeat ſpacio ſuperare per orbem
Inſula perfulget nigro ſplendore gagates:
Hic lapis ardeſcens auſtri perfulſus aquarum
Aſt oleo perdens flammas:mirabile uſu .
Atritus rapit hic teneras ceu ſuccina frondes .
Nec ſpacio diſtant neſidum littora longe
In quibus uxores amnitarum bacchica ſacra

Concelebrant: hereda foliis tecta; corymbis.
Oceanus tranans hic nauibus æquor apertum
Ad thulen uenies: quæ nocte dieq; relucet
Titanis radiis: cum curru scandit ad axes
Sigtiferi boreas succedens lampade partes
Ad nauem pelago flectenti aquilonis ab oris
Ad solem calido referentem lumen ab ortu
Aurea spectetur tibi pinguibus insula glebis.
Hinc trepidos proram conuertens nauis ad austros
Taprobanem ueniet: generat quæ magna elephantas.
Per fines asiæ: iacet hæc sub sydere cancri
Littoribus cuius saliant densissima cete:
Quæ pascit uastum mare rubrum montibus aqua
Tenditur horribilis: quorum per terga per armos
Spina ferens cladem: fatumq; sub ore feroci:
Quippe solent pariter nauem sorbere uirosq;
Nam mala tam pelagus q̄ terra merentibus offert.
Vtlerius pergas si post carmanicla summam
Ogyris occurrat, qua dicitur esse sepulchrum
Regis erythrai: dederat qui nomine ponto:
Perlicus inde sinus penetratur. & icaron offert
Insula: quæ fertur nimium placare dianam.
Tot sunt ingentes quas cingit terhyos unda
Insula: ast aliæ diuersis partibus orbis.
Dispersæ plures: fama latuere minores
Auris difficiles nautis uel portubus aptæ
Quarum non facile est mihi promere nomina uersu.

St asiæ fines amborum linea monstrat.
Et formam contra positarum imagine conij.
Paulatim trahitur tamen hæc orientis ad oras

Oceanus statuas bacchi qua tangere fertur
Finibus indorum postremis gurgite torrens
Qua ganges liquido nysseos irrigat agros
Non tantum & spacio similis telluris apertæ
Scilicet ambabus penetralibus unus in illis
Funditur oceani sinus: & disternat ambas.

Ast asiae gremio triplex mare confugit undis
Hircanum pariter persum simul atq; sabacum
Hæc noton: ad boreos hyrcanum uergit ad axes:
Gurgitis euxini uicinum multa uirorum
Milia: quod circum degunt per littora ponti.
Amborum medius campis discernitur isthmus.
Ast asiam qui mons excelsus diuidit omnem
Incipit a mediis terræ pamphylidis oris
Et longis sese spaciis producit ad indos:
Nunc obliqua means: nunc recto limite currens
Vertice: quem toruo perhibent cognomine taurum.
Cornua nam summus scopulis imitatur acutis:
Multifidusq; suos huc colles spargit & illuc.
Ex hoc innumeri descendunt fontibus amnes
In partes curi zephyri boreæq; uel austru.
Quis memorare queat fluuiorum nomina cuncta?
Non tamen est unum montis cognomen ubiq;
Sed uarii flexus uariantur nomine multo.
Singula sed propriis sunt nomina nota colonis.
Nunc igitur gentes illum populosq; tenentis
Qui celebres memorem: sed scelix numen adesto
Mæota primi tangunt mæotidis undas
Sauomataq; truces gens aspera martis in armis
Sanguis amazonidum fortis: quos protulit olim.
Sauomatis mixta quæ thermodoonte relicto
Ingentes genuere uiros: belloq; potentes
Innumeras habitant qui siluas gurgite uasto:
Inter quas tanais mæotidis intima pulsat
Europen fluuio dirimens asiamq; reflexo:
Europen zephyro: asiam sub partibus orrus
Caucasi exit cuius fons montibus altis
Murmure cum uasto scythiæ per plana refusus:
Nunc tamen imenso torrentem flumine uertit
In glaciem boreas horrendo flamine secuus:
Heu miseros homines: habitant qui sinibus illis
Aere damnati tristi: nimioq; rigore:
Quo percunt pecudes pariter populiq; uirorum

Ni prope relinquant sua rura furentibus curis
Hi tanain habitant fluuium prope sauromatarum
Cui sunt uicini sindi quoq; cimmeriq;
Post hos cercetii iuxta quos axenus altis
Fluctuat aequoribus: necnon oretaq; feroces
Et qui troianæ post proelia gentis achæi
Alcalpi regis: uictricia signa sequentes
Dispulsi uentis istas uenere sub oras.
Post hos eniochi. genuit quos gracia tellus
Et zygii iuxta uiuunt regione sub una
Intima sed ponti post fines tyndaridarum
Aegypto missi colchi tenuere coloni:
Caucasii mentis prope collem & caspia ponti
Littora: qua celeres descendunt phalides undæ
Circæosq; secant campos: atq; aquora ponti
Nascitur armenii fluuius: qui uertice montis:
Ad cuius partes boreas & solis ad ortus
Euxinum dirimens: & caspia littora late:
Diffusos spacium per longum panditur isthmus:
Quem xuita terras habitant orientis iberes
Pyrhenæ quondam: celsi qui monte relicto
Huc aduenerunt hyrcanis bella frequentes.
Hic camaritarum gens est carissima baccho:
Fluctibus hanc propter perfraxit caspius ætus.
Undiq; quem tereti concludit margine tellus.
Sed mare non ualeat tribus illud mensibus ulla
Scilicet imensum nauis transire profundo.
Non tamen exacuit pars una sub axibus æquor:
Qua tractum refugæ miscetur tethyos undæ.
Multa quidem generat uiuis miracula rerum.
Sed tamen egregio cristalli pondere gemmam
Atq; malos lemures quod pellit munus iaspi
Nocturni manes fugitant: quem membra tuentem.
Hoc igitur pelagus: quæ gentes undiq; cingunt
Incipiens numerum primis aquilonis ab oris
Quæ uergunt zephyro: quas caspia littora claudunt.
Primi sunt scythiæ populi saturnia iuxta

Aequora uiuentes. hyrcaniciq; hostia ponti
Quos supra gryphes ditissima rura smaragdo :
Qualem non alius terrarum possidet orbis :
Atq; aurum sibi met defendunt pondere puro
Omnia: sed duri superans audacia lucri :
Aduersus uolucres heu commouet arma uirorum :
Prælia nam faciunt armaspi gryphibus hostes
Hic & cristalli perlucet maxima moles .
Hinc unnus sequitur. post fortis caspia proles.
Hinc sunt alban bellaces marte feroci :
Vnde canes nati superant genus omne ferarum :
Magnus alexander missum sibi uiderat inde
Victorem barriq; canem. rabidiq; leonis .
Post hos cadusii durissima rura colentes :
Et prope sunt mardii: sequiturq; hyrcania plebes .
Hinc apyri: per quos mardus deuoluitur amnis
Dercebius bibit hunc præter bactrusq; fluentem
Per quos hyrcanum currens descendit in æquor
Sed bactri mediis habitant telluris in aruis :
Parnassum late prope montem rura tenentes.
Dercebi uero sub caspia littora uergunt.
Post hos massagetæ: trans flumen araxis ad ortum
Hospitibus sacri cunctis belloq; feroces
Non bacchi donum: cereris nec munera norunt :
Sed lac commixtum potant cum sanguine equino
Hos iuxta borcam uergit chorasmia proles
Sugdias hanc sequitur rapidus quam diuidit oxus
Emodum montem: qui linquens caspia rumpit.
Inde sacæ nimium certis gens mira sagittis
Flumen iaxartem iuxta: quibus arua coluntur :
Et tochari phruniq; & plurima milia ferum
Illis nulla bouum: pecoris nec pascua curæ:
Vestibus utuntur: texunt quas floribus ipsi
Quos tenuat lectos deserti finibus ipsi .
Ast alia scythiæ gens est externa per arua
Quos prope sunt tristes uentis & frigore terræ
Nanq; niues semper pulsant has grandine mixtæ :

Caspus his populus lustratur pontus & oris.
Aspice post colchos nunc: & post phasidis undas
O casum uersus populos in littore ponti
Euxini: damus hos usq; ad chalcedonis ora
Bosporus angustat scopulis qua trachius urgens.
Byzeres primi quos iuxta terra uechirum.
Macrones post hos pariter: phyliresq; sequuntur.
Mossyniq; domos praebent quis: lignea tecta
Turribus arboreis habitantes unde uocantur.
Hinc pecorum est diues nimirum gens tibarenum
Hanc prope sunt chalybes durissima rura colentes
Quos labor exercet saeuus ferriq; metalla.
Vicinos istis campos terramq; parentem
Assyrii complent populi: qua gurgite uasto
Inter amazonidas thermodon martius annis
Armenium linquens montem descendit in aquor.
Huc asiae quondam deuenit alumna sinope
Ex qua cognomen ceperunt moenia clara.
Illius fluuii rigidas prope frigore ripas
Inuenies lapidem cristalli pondere puro
Confimilemq; gelu: nec non splendore nitenti
Gemma micans illic perlucet iaspidis albae
Lis continuo liquidis percurrit in aquor.
Post halys est fluuius boreae qui currit in ortus:
Atq; carambidis irumpit prope littora pontum:
Armoniis primas qui montibus accipit undas.
Paphagones post hos: mariandyniq; sequuntur
Bithyniq; uiri pinguiissima rura colentes:
Qua rhebas pulcher gratissima flumina uoluit
Rhebas qui rapidi decurrit ad hostia ponti.
Nam prius exposita scythiae sunt semina gentis.
Nunc asiae regio contingens littora nobis
Dicatur: partes calidas decurrit ad austri
Atq; helespontum transit syriaeque recessus
Poscit & arabiam: qua florent ubere terrae.
Sunt chalcedonii primi post hostia ponti
Moenia byzantis qui cernunt optima contra

Romanisq; pie regnis dominantia mundo.
Bebrycii post hos:& mysia montibus alta:
Qua cius egregia decurrens murmurat unda:
Qua nymphas comitem perhibent rapuisse potentis
Alcidae puerum tristissima fata gementis.
Hinc hellepontum pertenditur angulus ingens
Qua breuior phrygiae pars est:nam latior intus
Sangarii ripis fluuii uicina rapacis:
Tenditur haec potius titanis pinguis ad ortus:
Altera ad occasus altae sub montibus ida
Altera quae cecidit praeclearo nomine terra:
Ad xanthi liquidas necnon simeontis ad undas:
Post haec coliae tellus praetenditur ora
Fluctibus aegaei primis quae tunditur alti.
Inde tenet terras pelagus prope sanguis ionum:
Per quas maender pinguis descendit in aequor
Inter miletum currens:latamq; prienem.
Ad latus istorum boreum sunt moenia clara
Vrbs ephesus:claudit quam grato litore pontus:
Post has meoniae tellus:quae uergit ad ortus:
Et tmoli colles:fluuius quibus aurifer exit
Pactolus:cuius prope ripa tempore uerno
Si sedeat:dulci capiaris pectora cantu
Cygnorum:pascunt quos herbae flumine circum:
Nam florent asiae per campos plurima prata:
Sed magis ad fluuium maendri gurgite miti:
Quem iuxta uoluens se:murmurat unda caystri:
Post hos sunt lycii:quos xanthus diuidit amnis:
Ad mare uergentes qui tauri cornua cernunt:
Vsq; ad pamphylis perhibent quem nomine cragum.
Illic aspicias aspendum:moenia cuius
Eurimedon amnis radit uicina profundo.
Continuoq; iacent aliae pamphylidis urbes:
Corycus parceq; calens:& celsa phaelis.
Hos supra mediis habitant telluris in aruis.
Ad partes ortus:gens dura lycaonis armis.
Post hos pisidum pinguiissima rura coluntur

Termessus: lybre necnon clarissima sege
Gentis amiclae pulcherrima moenia quondam
Hinc sinus est longus cilicum: qui uergit ad ortus
Euxini penetrans uicinas aequoris oras.
Hunc aliae perhibent angustis partibus esse:
Cui tamen immenso fluuui se gurgite miscent
Per longum pyramus spacium pynarusq; uoluti
Flexilis & cydnus dirimit q̄ flumine tarson:
Hinc aliae cilicum sunt celsis moenibus urbes
Lyrnessus malosq; simul uicina profundo
Atq; soli medio terrarum sine locati
Comagena dehinc regio: syriaq; sequuntur
Urbes dispositae per longi littora flexus.
Nam casii montis: qua prominet ora per aequor
Vergit in occasus diffusis tractibus unda.
Nunc aliquas aliae partes tibi carmine pandam
Quadrati lateris qua clauditur undiq; forma
Et spacii campos longis protendit in ortum
Scis etenim memorasse tibi: q; collibus altis:
Per totam mediis mons ingens tenditur acta:
Quot fines aliae nigros producit ad indos
Hoc esto laterum boreum tibi: nilus ad oras
Hesperies finit: sed tethys solis ab ortu
Indica concludit: rubrum mare terminat austrum.
Alpice nunc igitur dum finem uersibus ortus
Peruenso retegens tibi ueris omnia rebus.
Incipiens syriae terris: qua parter reliqui
Quae pelagus supra sub solem uergit ad austrum
Vrbibus & multis habitatur nomine prisco.
Quae caua uulgatur: mediam quia collibus altis
Ast humilem libanus claudit protentus in ortum.
Occasumq; petens casius. multisq; uirorum
Incolitur populis locupletibus alma diremptis.
Nanq; alii mediis habitant telluris in aruis:
Hosq; syros proprie perhibent: sed littora iuxta
Phoenices uiuunt ueteri cognomine dicti:
Quos misit quondam mare rubrum laudibus auctos

Chaldeo nimium decoratam sanguine gentem :
Archaniſq; dei celebratam legibus unam :
Quod pelagus primi tentantes nauibus altis
Diſiunctas gentes docuerunt iungere mercem
Et primi ſtellis numeros nomenq; dedere:
Atq; oculis mirum uoces ſentire figuris.
Hi muros iopes: gazam quoq; elaida complent.
Antiquamq; tyrum: beryti & mœnia grata:
Vicinamq; mari byblim: ſydonaq; pulchram
Quam iuxta liquido boſtrenus gurgite currit :
Et pinguem tripolim: necnon arthofida ſacram
Laodicem pariter. poſitam prope littus amœnũ
Et poſidi turres: & daphnes optima tempe
Terrarum mediis apamea mœnia clara
Ad cuius partes coas orontes .
Antiochi medius dirimit qui gurgite regna:
Hæc omnis pinguis tellus eſt ubere lata:
Arboribus pariter. pecoriq; & cõmoda uiti:
Ad cuius fines ueniens: quos terminat auſtera
Arrabii cernes extremi littora ponti .
Qui ſyriam medius diſterminat arrabiamq;
Et tangit uergens orientem uerſus elanos .
Diues arabs poſt quos latiffima poſſidet arua
Quæ protenta diu cinguntur ab æquore perſo
Arrabioq; ferit zephyrus quod flamine ſauro
Perſica nam flatus æoi littora turbant
Ora: ſed hæc auctro tendit ſubiecta per ortus
Fluctibus oceani pulſatur & undiq; rubri .
Hanc quoq; deſcribam tenui ratione recẽſens :
Paſcere nam populos foeliccs diuite terra
Floribus & uariis miracula prabet odoris .
Nanq; thyo ſmyrnaq; uiget cum thuris odore
Et caſia. necnon & cannae dulcis odore
Cinnama præterea iocundæ naribus auræ
Fertilis hæc generat tellus. auriq; metalla
Veſtibus auratis quare gens utitur illa .
His pueros ſeruans molochites ſplendet arenis

Andromadaſq; lapis cōpeſcens pectoris iras.
Sed libani montis ſunt poſt decliua primi
Fœlices opibus nabaræi nomine dicti.
Chablaſii poſt hos atq; ageres. inde propinquante
Chatramis atq; ſacæ: contra ſunt perfidis aquor
Minæiq; maris prope rubri littora uiuunt
Atq; ſabæ poſt hos: nec non habitant cletabeni
Arabiaꝝ populi celebres hi nomine claro.
Sunt tamen & plures alii: nam maxima tellus:
Trans iſtam zephyri ſub partes degit erembum
Speluncis genus inſœlix & rebus egenis
Qui ſolis radiis nigreſcunt corpus aduſti
Diſperſiq; dolent luſtrantes more ſerarum
Non arabis ſimiles opulentiſſe ſcilicet æqua
Omnibus eſſe poteſt nunq̄ fortuna bonorum.
Poſt libani montis populi ſunt ſolis ad ortus
Alterius ſyriæ. quæ tendit ad uſq; linopen
Cappadoces mediis habitant in tuiibus huius
Terminus aſſyrios. ſed claudit ponticus ille
Thermodon: pelagi qua pulſat gurgite fluctus:
Cuius ab eoo decurrit limite ualſis
Viribus euphrates deſcendens montibus aſpris
Armeniaꝝ longuſq; noton pertendit & inde
Ad ſolem flexus babiloniſ diuidit urbem:
Littora deinde ruens prumpit perfidis undæ
Extrema fluuii ſub parte terredona radens
Huius ad auroram ripis deuoluitur altis
Tigris. aqua ſuperant quem flumina nulla rapaci
Sed tantum ſuperat: quantum uix ſeptimus ortus
Conficiat pedibus ſpaciū properantibus ire.
Atq; lacu mediis thonſtes intrat & exit
Nec uiolatur aqua: quâuis penetrabilis illa
Ocior atq; uadis emergens cedit amariſ:
Hoc tamē omne ſolū fluuius quod cingit uterq;
Indigne populi pro re dixere medânem:
Quod medias amnes has terras flumine cingunt
Agricolis pariter paſtoribus atq; ſeracem

Vbere nam lato florenti semina cuncta
Herbarumq; thoris: & gramina lata uirescunt:
Vt uariis rami complentur fructibus alti:
Gens quoq; præfulget claris in laudibus illa:
Nam peperit multos celsa uirtute potentes
Atq; adeo similes: licet ut mortalibus esse
Armenii iuxta quam sunt aquilonis ad axes
Cominus & fortes: quos sentit mars matieni
Quos prope concludunt euphraten collibus altis
Montes diuitiis pariter belloq; potentes:
Ad partes austru babylon: quam mœnibus olim
Mirandis posuit firmisq; semiramis urbem
Cuius in arte domū splendentē fecerat auro:
Quam simul argentum uarie decorauit eburq;
Hoc quoq; pingue solū palmarū diuice silua:
Quod fert berylli munus præciosius auro
Berylli lapidem liquidum: glauciq; coloris:
Per loca quæ tendunt asiana ad mœnia petra:
At supra babylona uidet & flamina uasta
Cissos messabiasq; chalonitasq; feroces.
Armenios montes si linquens ibis ad ortus
Medica noscetur tibi tellus: cuius ad axes
Geri sunt mardisq; uiri simul atrapateni
Ad noton inde habitant medorum rura tenētes.
Medea hinc fugiens dederat cognomina terræ
Hinc medi uarios usus nouere ueneni:
Quorū per multas spaciū diffunditur oras.
Hæc generat narcissiten oriente sub ipso
Qui lapis est fuscus: cōplent hanc undiq; silua
Inter quas homines pecuaria ditia pascunt.
Caspiadas tangunt portas: qui solis ab ortu
Ruptibus hæc celsis asia sunt claustra potentis.
Qua uia sub boream duplex: se scindit: & austrum:
Hæc regio persas hyrcanos ducit: at illa:
Sub colles imos habitant: post caspia claustra
Martia gens parthi: telis arcuq; potentes:
Viucere qui spoliis gaudent: raptuq; nefando:

Quæ propter bellis homines uexantur in orbe :
Atq; optata perit multo pax sanguine mundi.
Post hos est persis circumdata montibus altis
Assiduis florens regnis: & diuite censu
Ex quo perdomuit sydorum incenia sardis
Cingitur excellis hæc undiq; collibus omnis
Ad uergens austros post caspia claustra petensq;
Quod proprio pelagus celebrat cognomine latum
Atq; tripartitis habitatur finibus illa.
Nanq; colunt alii rigida sub partibus arcti
Terras quas medi nemorosis montibus umbrant :
Ast alii mediæ utuunt regionis in aruis
Littora postremi tangunt australia persæ
Prima parte sabæ: mediisq; pasargada: post hunc
Tasorum telis habitat gens fortis & arcu.
Quinq; tenent populi diuisos perfidis agros:
Annibus hæc multis recreatur & ubere pingui
Hinc choros inmensus profunditur. inde choaspes
Fonte cadens indo: qui stringit gurgite fusa
In cuius ripis præclarus fulget achates
Pondere consimilis uoluit quos unda cylindris
Fertilis hæc tellus fecundis pascitur auris
Nam uentis semper florescunt rura secundis:
Hæc eadem gemmis nimium decoratur honestis
Quarum quis uarias uires: quis nomina dicat?
Te colythum memorem iusto cognomine dictum
Qui lapides rhenum tritus potusq; resoluit :
Miritenenq; bonum nardi cum reddat odorem
Hic est actites sonitum cui spiritus addit
Archanum crepitans prægnantibus utilis esse.
Necnon pyrites: digito qui strictus adurit
Gemmaq; quæ radios emittit candida solis
Atq; selenites lunaris imagine lucis:
Quod decus & minuit proprii splendoris & auget.
Respice nunc reliquas alia sub finibus oras.
Perfidis ad pontum carmani solis ab ortu
Littora pars habitant: mediæ pars limina terræ:

Gedroni post hos tendunt orientis ad ignem
 Oceanum iuxta radiis prioribus usq;
 Est scythiæ tellus australis flumen ad indum:
 Qui ponto rapidus rubro contrarius exit.
 Gurgite nam celeri rectus decurrit ad austrum:
 Caucasus oriens primum de montibus altis.
 Diuidua cuius patalana cingitur unda
 Separat innumeras & uasto gurgite gentes:
 Ad partes rapidi qua uergunt lumina solis
 Oritas aribalq; simul liniq; arachotas
 Vtentes leuis:& satraidæ simul omnes
 Pampanii montis sub celsa rupe arienos
 Nomine communis: qui terras ubere nullo
 Florentes habitant: squalent nam sentibus aspris
 Coralii lapidem: qui rubrum littore carpuut.
 Saphiriiq; decus nigri: flauiiq; coloris
 Saxorum cædunt uenis ac merce beati
 In quorum terras hinc tethyos aquora claudunt
 Quas primo titan ascendens lumine cernit
 Vnde color populis niger est flagrantibus ortus
 Atq; gerunt similis hyacintho fronte capillos.
 Effodiunt alii terras: auriq; metallum.
 Ast alii texunt tenuissima tegmina lini.
 Vel dentes stringunt elephantis ab ore reuulsos:
 Scrutantur ripis alii torrentibus imbri:
 Berylli gemmas glauci: nitidumq; adamanta:
 Atq; aura uiridi legitur: quæ splendet iaspis:
 Coraliq; decus liquidi: gratiq; topazi
 Purpureoq; amethyos inest suffusa colore.
 Diuitias magnas sic tellus illa ministrat:
 Assiduis rigant hanc totam fontibus amnes
 Arboribusq; uiget uariis milioq; sequenti:
 Et precio rubræ perfloret arundinis illa.
 Hinc alii superant procero corpore tantum
 Infiliant equitum faciles ut more elephantis:
 Ast alii uiuunt sapienti pectore nudi
 Luminibusq; uident rectis mirabile solem



Et radios oculis & sacra mente retractant
Signa q̄ concipiunt arcana luce futuri:
Pitacus hic uiridi decoratus torq̄e rubenti
Nascitur: humanæ simulat qui uerba lingua:
Nunc age te fluuios montes formamq̄ docebo:
Ipius terræ populos gentesq̄ beatas
Marginibus ternis tellus hæc clauditur omnis
Obliquatq̄ latus per cunctas linea partes.
Helperios fines immanis terminat indus:
Ad notios pelagus concludit gurgite rubrum:
Sed gentes ortus & caucasus excipit arcum.
Hanc homines habitant multi ditescq̄ colendam
Nominibus uariis discreti: & finibus amplis:
Dardanii ripas contingunt fluminis indi
Hic ubi præcipitem scopuli fundunt acesinem
Huncq̄ capax classis uenientem uoluit hydaspes
Tertius hos sequitur splendenti gurgite cophes.
Toxilus inter quos habitat cum gente fabarum.
Hinc scodri post hos sunt: peucaneiq̄ feroces.
Gangaridæq̄ truces: auri qua pondus onustum
Deuoluens: hypanisq̄ trahit: rapidusq̄ megarus
Quos capit emodo missos gangetica monte
Tellus porrigitur quæ ad terræ colidis austros
Oceani tangens pelagus sub collibus altis
Quos uolucres metuunt celeri contingere penna
Vnde locis graii posuerunt nomen aornin
Hic uia quæ celebrat nomen dionysia bacchi
Cui statuas dederat uictoria finibus illis
Hic tylos est superans uastæ miracula terræ
Infula: nanq̄ uiret cunctis in partibus anni
Nec foliis nudat ramos autūnus in illa.
Assidueq̄ tenet flores genus arboris omne.
Hic adamas fulget lymphantia pectora sanans.
Et prohibens miseris occulti damna ueneni:
Quem minime ualeat ferram superare nec ignis:
Frangitur hircino maceratus sanguine tantum:
Sed tepido: fractis multis in eudibus ante:



Ad metum retrahit defendens robore miro
Hic lignis lucem simulat splendore lucernæ
Hinc meruit nomen præclaro nomine dignum
Tot sunt per terras uulgata nomine gentes
Nam reliquas quæ mens ualeat mortalis in orbem
Disperfas: numerare tibi sine numine magno?
Quod bene disposuit terras: ponticq; profundum:
Syderibus uariis decorans caelestia templa:
Et multis recreans: uariisq; coloribus arua
Munera per populos tribuens diuersa uirorum.
Sed uos terrarum tractus gaudete per æuum:
Et quæcunq; mari circumdatur insula uasto:
Oceanusq; simul: necnon penetrabilis unda:
Quam gremio tellus sinuoso suscipit alma:
Et fluuii: montesq; lacus: quos continet orbis:
Nam pelagi partes percipi carmine uastas:
Et terra pariter regiones finibus amplis:
Omnipotens pro quo genitor mihi præmia donet.

FINIS

**Impressum Venetiis Impensis Magistri Michaelis Manzolini de Parma . Anno Domini . MCCCCLXXXI .
Die . xv . Mensis Decembris .**



©XL2, 11

Registrum huius voluminis

Ca	algus	ratiuo :	Cy	Ætios nã	Cl
Juliano	ci	co:qua	& præposi	Cdd	pãda:icut
minatio	paruas	cr	tiones di	cõiugũt	ben in
do post u	solẽt ut	ad uolatũ	idest præ	Quia est	caibus
simos	p macedo	Iuero uel	ctiones po	litio fit	cum in
Cb	ck	tiã dicũt	Cz	gunt:ut	Cmm
muha p	huiusmõi	cl	TÓΠΟΤΕ	Cee	Pondera
uocat.	Virgilius	accipiẽda	dibus. Idẽ	dicet. Vt	Bis quinqz
ãtecedẽte	ra furcas	& co	Liber. xy.	cõtra legẽ	Sume de
ẽ quod	et hoc	eam:ut	C&	delatum	Narratio ẽ
Cc	cl	lachrymis	Similiter	Sciendũ	Cnn
magnus	metham.	cs	scelciter	Cff	caula etiã
singulos	telligi	magis	ta sub	Et cũ eo	In eisdẽ
fades :	in a ter	uendo	in eodẽ	p ablatio	pastoris q
Cd	cm	ptũ faciũt	co	ger ante	tiũ ppter
enĩ desi	myrtus	ct	ex sigulis	Cgg	Co
ab aducr	& ab his	dixit	ut fieri p	Reuiso	si primi ac
ut teneri	uel neutri	ut mergo	cidit. Nec	ex huiusce	ueritãtẽ
paratur	thebaidos	cistis. Vir.	C&	kat arã	Dactylus
Ce	cn	& paribus	Qualis	p boni	Omnia
ut palia	laurentis	cv	iterrogatĩe	Chh	Cpp
Nubes	et fortassis	tempus	ad simpliciã	Est enim	audiat
nomen	puer unã	ceo discis	tionẽ arti	enim car	ducitur
Cf	co	prãteritũ	caa	piũ legẽdo	Prisciani
habeo	p metui	intima	itellige	tionẽ nũc	Adis o
extremãz	vocatiuus	cu	Virgilius	Cii	Cqq
latus	enim dicã	De pnoie	uus in	Ma. ex	Concipit
hãc in	post doce	qz ẽ ipse	Cbb	oia fere	Quo pfu
Cg	cp	Et primiti	simplicẽ	mica.	Cõcelebrãt
in rudẽte	si quid	alios sibi	a corpibus	ma pfectã	Ni pperẽ
obliquis	significati	Cx	borũ supe	Ckk	Caspus
hic et hoc	pridẽ res	secundũ	nomẽ pti	eo qd est	
Ch	Cq	illius illi	Ccc	re arceat	
casu una	matertera	omnis	nomẽ pfo	Di. quã	
unũ casũ	Modi sũt	O nõ esse	mens ille	Pãditur	AMEN. . .

Man XXI



